



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### **Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.


We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

**B** 1,260,263







BR  
63  
.H461  
1755.











Feb. 1869.

**PATRUM**  
**APOSTOLICORUM OPERA.**

---

**TEXTUM**

**EX**

EDITIONIBUS PRÆSTANTISSIMIS REPETITUM RECOGNOVIT,  
ANNOTATIONIBUS ILLUSTRAVIT, VERSIONEM LATINAM  
EMENDATIOREM, PROLEGOMENA ET INDICES

**ADDIDIT**

**CAROLUS IOSEPHUS HEFELE,**

SS. THEOL. DOCTOR EIUDEMQUE IN ACAD. TUBING. PROF. P. O.

---

**EDITIO QUARTA**  
**AUCTA ET EMENDATA.**

---

**TUBINGÆ,**  
**IN BIBLIOPOLIO HENRICI LAUPP.**  
**MDCCLV.**

EX OFFICINA HENRIQI LAUPP.

Pap. 106  
1815  
1816

## PRAEFATIO.

---

Quum vetustiores illae quas habemus Patrum Apostolicorum collectiones tum ob caritatem tum ob raritatem usui publico et majori auditorum conventui in praelectionibus academicis minus essent aptae, ad novam hanc collectionem adornandam ante sedecim annos et animum et manus admovimus. Primam editionem quae a. 1839 prodiit, secunda et tertia annis 1842 et 1847, denique his ipsis diebus haec quarta secuta est, et qui singulas inter se velit comparare, posteriores multis modis prioribus praestare non negabit. Prima editio textum graecum (sine versione latina) e praestantissimis libris repetitum et passim recognitum cum paucis adnotationibus exhibuit. Secunda aucta est Actis martyrii S. Ignatii et epistola ecclesiae Smyrnenensis de martyrio S. Polycarpi, atque textui graeco pluries emendato addita est versio latina, quam in Ignatii epistola ad Romanos a Ruinaro, in Actis martyrii S. Ignatii a Clerico et Ruinaro, in epistola ad Diognetum a Henrico Stephano, in cunctis reliquis epistolis a Cotelerio mutuati sumus et millies emendavimus. Insuper indices rerum et personarum, nec non et Prolegomena, in quibus de singulis Patrum Apostolicorum operibus, eorum fati et editionibus, de authentia et integritate etc. disseritur, valde auximus, de vita singulorum Patrum verba fecimus et uberius de quaestionibus criticis disputavimus. — Non parum deinde

studii et laboris in tertia editione adornanda impendimus. Syriacam veterem trium Ignatianarum epistolarum versionem in monasterio quodam Aegypti detectam et a *Curetono* Anglo a. 1845 editam (*The ancient Syriac version of the epistles of saint Ignatius to St. Polycarp, the Ephesians and the Romans* etc. London, Rivingtons) cum graeco textu nostro contulimus; secundam *Jacobsoni* editionem Patrum Apostolicorum (Oxon. 1840. 2 tom.) utiliter adhibuimus, animadversiones *Joannis Caroli Theodori Otto* in epistolam ad Diognetum et lectiones variantes codicis Argentoratensis ab ipso collati, ubi videbatur, in usum nostrum convertimus etc. etc.

Novis curis denique quarta haec editio elaborata est. Textum multis locis, praesertim in epistolis S. Ignatii, veteres versiones Syriacam et Armeniacam (nuper a Petermanno editam) adhibentes, emendavimus et annotationum majori numero illustravimus. In versione latina ubique sensum sanctorum Patrum accuratius exprimere conati sumus, Prolegomena et indices amplificavimus et correximus, et quae a viris doctis in rem nostram disputata erant, in Prolegomenis et notis proposuimus. Maximo hinc usui nobis fuerunt numerosi illi libri, qui a viris doctissimis ultimis his annis de operibus Patrum Apostolicorum in genere et praecipue de epistolis S. Ignatii conscripti sunt. Laudamus praesertim

- 1) *Corpus Ignatianum: a complete collection of the Ignatian Epistles, genuine, interpolated, and spurious; together with numerous extracts from them, as quoted by ecclesiastical writers down to the tenth century; in syriac, greek, and latin: an english translation of the syriac text, copious notes, and introduction, by*

- William Cureton, M. A. F. R. S. Chaplain in ordinary to her Majesty the Queen. London, Francis et John Rivington. 1849.*
- 2) *Bunsen, die drei ächten und die vier unächten Briefe des Ignatius von Antiochien. Hergestellter und vergleichender Text mit Anmerkungen. Hamburg 1847.*
  - 3) *Ejusdem, Ignatius von Antiochien und seine Zeit. Sieben Sendschreiben an Dr. August Neander. Hamburg 1847.*
  - 4) *Ejusdem, Hippolytus und seine Zeit. Leipzig. T. I. 1852. T. II. 1853.*
  - 5) *Petermann (Dr. et Univers. Berol. Prof.), S. Ignatii Patris Apostolici quae feruntur epistolae unacum ejusdem martyrio. Collatis edd. graecis versionibusque Syriaca, Armeniaca, latinis etc. Lipsiae 1849.*
  - 6) *Baur, die Ignatianischen Briefe und ihr neuester Kritiker. Eine Streitschrift gegen Herrn Bunsen. Tübing. 1848.*
  - 7) *Denzinger (Prof. Würzburg.), über die Aechtheit des bisherigen Textes der Ignatianischen Briefe. Würzburg 1849.*
  - 8) *Ejusdem 2 Dissertationes in Tübinger theologische Quartalschrift 1851: „Ritschl und die Ignatianischen Briefe“, 1852: „über die Zeit der Entstehung des gnostischen Aeonensystems.“*
  - 9) *Uhlhorn (Theologus Göttingensis): das Verhältniss der kürzern griechischen Recension der Ignatianischen Briefe zur syrischen Uebersetzung, und die Authentie der Briefe überhaupt, in Niedner's Zeitschrift für die historische Theologie 1851 p. 3 sqq. et p. 247 sqq.*

- 10) *Hilgenfeld (Prof. Jenensis), die Apostolischen Väter, Untersuchungen über Inhalt und Ursprung der unter ihrem Namen erhaltenen Schriften. Halle 1853.*
- 11) *Justinus des Märtyrers Brief an Diognetus, griechisch und deutsch, mit Einleitung und Erläuterungen, von Dr. Hoffmann, Gymnasial-Oberlehrer in Neisse 1851.*
- 12) *Otto, Epistola ad Diognetum, Justini Philosophi et Martyris nomen prae se ferens. Editio II<sup>da</sup>. Lipsiae 1852.*
- 13) *Nolte, Dr. (Presbyter Arnhemii in Hollandia), Beiträge zur Texteskritik der Briefe des Barnabas, Clemens von Rom, Ignatius, Polycarpus und der Martyr-Acten des Lextern (in Scheiner, Zeitschrift für kathol. Theologie, Wien 1854. p. 226 sqq.).*
- 14) *Lübker, Dr., die Theologie der apostol. Väter in übersichtlicher Zusammenstellung etc. in Niedner, Zeitschrift für die histor. Theolog. 1854. p. 589 sqq.*
- 15) *Quum Richardi Adalberti Lipsii (Theologi Lipsiensis) disquisitio de Clementis Romani epistola ad Corinthios priore prodiret (Lipsiae 1855); ea pars editionis nostrae, quae de epistolis S. Clementis agit, prelo jam impressa erat.*

Scribendam Tubingae mense Julio MDCCCLV.

# PROLEGOMENA.

## I. DE EPISTOLA BARNABAE.

I. Inter S. Pauli socios et coadjutores *Joses Barnabas* eminet, in Cypro natus, genere Judaeus et Levita, qui christiani amoris fervore motus agrum suum vendidit, pretiumque ante pedes Apostolorum posuit. Act. 4, 37.

Numero LXX discipulorum Christi eum fuisse adscriptum, veteres non absoue tradunt <sup>1)</sup>, eorumque narrationem ad veritatem accedere recentiores non incaute credunt. Cognomen *Barnabae*, teste S. Scriptura ab Apostolis Nostro impositum, idem esse quod בְּרִיבָאָה seu: *filium orationis inspiratae*, ex versione S. Lucae Act. 4, 36: *υἱὸς παρακλήσεως* satis adparet <sup>2)</sup>. *Josen Barnabam* a *Josepho Barsaba* (Act. 1, 23.) non esse distinguendum, et utrumque nomen eandem denotare personam, nostris temporibus *Ullmannus* <sup>3)</sup> et alii probare studebant, aliorum assensu destituti, beneque reclamantibus viris doctissimis De Wette <sup>4)</sup>, Olshausen <sup>5)</sup> et Winer <sup>6)</sup>. Plura de vita et laboribus Barnabae apostolicis nobis tradunt libri sacri:

a) Act. 9, 26. 27.: Paulum conversum primus Barnabas circa ann. 40 p. Ch. Apostolis, adhuc illum timentibus, adduxit.

1) *Clem. Alex.* Strom. Lib. II. c. 20. p. 489 ed. Pott. Venet. *Euseb. H. E.* I, 12. *Epiphan.* haer. 20, 4.

2) De hac re disputavi in libro meo: *Das Sendschreiben des Apostels Barnabas aufs Neue untersucht, übersetzt und erklärt* etc. Tub. 1840. p. 6—8.

*Patres apost.* Ed. IV.

3) *Studien u. Kritiken* 1828. p. 377 sqq.

4) *Kurze Erklärung der Apostelgesch.* p. 12 ad Act. I, 23.

5) *Bibl. Commentar.* T. II, p. 574.

6) *Bibl. Realwörterbuch* s. v. *Joseph Barsabas*. Cfr. librum meum: *Das Sendschreiben* etc. p. 9—11.



- b) Act. 11, 22. Paulo post Barnabas ab Apostolis Antiochiam missus est, ut hanc ecclesiam regeret;
- c) Act. 11, 25. Apostolici hujus muneris socium Paulum sibi addidit.
- d) Act. 11, 30. Barnabas et Paulus circa ann. 44 pecunias Antiochiae collectas Hierosolymam pertulerunt.
- e) Act. 13 et 14. Ambo annis 45 et 46 p. Ch. nomen Domini praedicantes Cyprum et Asiam minorem peragrarunt.
- f) Act. 15, 2 sq. et Gal. 2, 1. 9. Barnabas et Paulus reversi, ab Antiochenis ob seditionem propter Judaistas obortam Hierosolymam missi, concilio Apostolorum interfuerunt. ann. 50—52.
- g) Act. 15, 37 sq. Aliquo tempore praeterlapso Barnabas et Paulus secundum iter apostolicum ingredi statuebant, sed dissensione Marci causa oborta Barnabas a Paulo discessit, assumptoque Marco Cyprum navigavit. De fati ejus subsequentibus liber actuum Apostolorum prorsus silet. Sed
- h) I Cor. 9, 5. 6. edocemur, Barnabam non minus ac Paulum *labore manuum victum quaesivisse* (juxta Vulgatam et nonnullos Patres: *feminam non secum duxisse*).
- i) Gal. 2, 13. Petri simulationem ob metum Judaistarum Barnabas Antiochiae imitatus est ann. 52 seu 55.
- k) Barnabam anno 57 iterum S. Pauli fuisse comitem et ab eo in societate Titi ad Corinthios esse missum, Gallandius <sup>1)</sup> ex II Cor. 8, 18 sqq. evincere conatus est. Sed erravit vir doctissimus <sup>2)</sup>.
- l) Anno 62 Marcus, Barnabae consobrinus et itineris comes, iterum in societate Pauli versabatur (cfr. Coloss. 4, 10.); quo fit, ut Barnabam illo anno jam mortuum fuisse putemus. Idem concludi potest ex I Petr. 5, 15 et II Tim. 3, 11; nec minus Alexander, monachus Cyprius (Sec.

1) Biblioth. vet. Patrum T. I. Proleg. p. XXXIV.

2) Cfr. *Olshausen*, Commentar. T. III. p. 783 et libellum meum supra citatum p. 27 et 28.

VI vel IX.), Barnabae laudator, tempus martyrii ejus annis 53—57 assignat <sup>1)</sup>).

Haec sunt, quae de vita et factis Barnabae comperta habemus. Multas alias easque fabulosas narrationes in libello meo supra citato congestas reperies p. 11—15 et p. 31—47.

II. Barnabae nostro epistola tribuitur, gracco sermone conscripta, de cujus authentia adhuc sub judice lis est. Defenderunt eam *Ludovicus Elias Dupin* <sup>2)</sup>, *Nicolaus Nourrius* <sup>3)</sup>, *Gallandius* <sup>4)</sup>, et nostris temporibus *Henke* <sup>5)</sup>, *Rördam* <sup>6)</sup> et *Franke* <sup>7)</sup>; authentiam epistolae impugnaverunt *Hugo Menardus* <sup>8)</sup>, *Tentzelius* <sup>9)</sup>, *Natalis Alexander* <sup>10)</sup>, *Remi Ceillier* <sup>11)</sup>, *Ittigius* <sup>12)</sup>, *Moshemius* <sup>13)</sup>, *Lumperus* <sup>14)</sup>, *Hugius* <sup>15)</sup>, *Ullmannus* <sup>16)</sup>, *Neander* <sup>17)</sup>, *Mynster* <sup>18)</sup> et *Winer* <sup>19)</sup>. Ipse ego in tertio libri mei capite p. 147—195, pluribus verbis hanc sententiam tueri conatus sum; paucis nunc disputabo.

a) Antiquissimus authentiae testis est *Clemens Alexandrinus*, qui septies epistolam Barnabae laudat, quaterque eam *Apostolo* Barnabae tribuit.

Strom. II, 6. p. 445: *Εἰκότως οὖν ὁ Ἀπόστολος Βαρνάβας Ἄφ' οὗ, φησὶν, ἔλαβον μέρους κ. τ. λ.* Epist. Cap. 1.

Strom. II, 7. p. 447: *Καὶ Βαρνάβας ὁ Ἀπόστολος· Οὐαὶ οἱ συνετοὶ παρ' ἑαυτοῖς.* Ex Cap. 4.

- |   |   |
|---|---|
| <p>1) Cfr. libellum meum p. 2. not. 6. p. 31 sqq. et 159.</p> <p>2) <i>Bibl. des auteurs etc.</i> T. I. p. 6 sq.</p> <p>3) In apparatu ad <i>Bibl. max. P. P.</i> T. I. Diss. 3.</p> <p>4) <i>Bibl. vet. Patrum</i> T. I. Proleg. p. XXIX sqq.</p> <p>5) De Epistolae, quae Barnabae tribuitur, authentia. Jen. 1827.</p> <p>6) <i>Comment. de authentia Ep. Barnabae.</i> Hafniae 1828.</p> <p>7) In <i>Guerike et Rudelbach Zeitschrift für luth. Theol.</i> 1840. fasc. 2.</p> <p>8) In sua Epistolae nostrae editione.</p> <p>9) Apud <i>Fabric.</i> <i>Bibl. eccles.</i> p. 42.</p> <p>§. X.</p> | <p>10) <i>Hist. eccles. Sec. I. c. 12. art. 8.</i></p> <p>11) <i>Histoire général des auteurs etc.</i> T. I. p. 498 sqq.</p> <p>12) In <i>selectis capitibus historiae eccl. Sec. I. T. I. p. 20.</i></p> <p>13) <i>Commentar. de rebus Christ. ante Const. M. p. 161.</i></p> <p>14) <i>Historia theol. critica</i> T. I. p. 150.</p> <p>15) <i>Zeitschrift für das Erzbisthum Freiburg.</i> Fasc. 2. p. 132. Fasc. 3. p. 208 sqq.</p> <p>16) <i>Studien u. Kritiken</i> T. I. p. 381.</p> <p>17) <i>Kirchengesch.</i> T. I. 3. p. 733.</p> <p>18) <i>Studien und Kritiken</i> II, 323.</p> <p>19) <i>Bibl. Realwörterbuch s. v. Barnabae.</i></p> |
|---|---|

Strom. II, 20. p. 489: Οὐ μοι δεῖ πλειόνων λόγων, παραθεμένῳ μάρτυν τὸν ἀποστολικὸν Βαρνάβαν, ὁ δὲ τῶν ἑβδομήκοντα ἦν καὶ συνεργὸς τοῦ Παύλου, κατὰ λέξιν ὡδὲ πως λέγοντα· Πρὸ τοῦ ἡμᾶς πιστεῦσαι τῷ Θεῷ κ. τ. λ. Ex Cap. 16.

Strom. V, 10. p. 683: Ἀλλὰ καὶ Βαρνάβας, ὁ καὶ αὐτὸς συγκηρύξας τῷ Ἀποστόλῳ, κατὰ τὴν διακονίαν τῶν ἐθνῶν, τὸν λόγον· Ἀπλούστερον, φησὶν, ὑμῖν γράφω κ. τ. λ. Ex Cap. 6.

Strom. II, 15. p. 464: Ἀλλὰ καὶ Δαβὶδ, καὶ πρὸ Δαβὶδ ὁ Μωϋσῆς, τῶν τριῶν δογμάτων τὴν γνώσιν ἐμφαίνουσιν διὰ τούτων... Ταῦτα μὲν ὁ Βαρνάβας. Ex Cap. 10.

Strom. II, 18. p. 472: Ἀμέλει μυστικῶς ὁ Βαρνάβας· Ὁ δὲ Θεὸς ὁ τοῦ παντὸς κόσμου κυριεύων, φησὶ, δῶῃ κ. τ. λ. Ex Cap. ult.

Strom. V, 8. p. 677: Ἐμπάλιν δὲ ἐπιτρέπει, διχηλοῦν καὶ μαρνώμενον ἐσθλεῖν· μὲν ὁ Βαρνάβας, κολλᾶσθαι δεῖν μετὰ τῶν φοβουμένων τὸν Κύριον κ. τ. λ. Ex Cap. 10.

b) Praeceptorem suum secutus est Origenes :

Lib. I. contr. Cels. n. 63. T. I. p. 378 ed. Ruae.: Γέγραπται δὴ ἐν τῇ Βαρνάβα καθολικῇ ἐπιστολῇ· ὅτι ἐξελέξατο τοὺς ἰδίους ἀποστόλους Ἰησοῦς, ὄντας ὑπὲρ πᾶσαν ἀνομίαν ἀνομωτέρους. Ex Cap. 5.

De Princ. III, c. 2. n. 4. T. I. p. 140: *Eadem quoque Barnabas in epistola sua declarat, quum duas vias esse dicit, unam lucis, alteram tenebrarum, quibus et praeesse certos quosque angelos dicit: viae quidem lucis angelos Dei, tenebrarum autem viae angelos Satanae.* Ex Cap. 18.

Sacris quoque Scripturis Origenes epistolam nostram adnumerasse videtur Lib. I. Comment. in Ep. ad Rom. 1, 24. T. IV. p. 473: *Sunt praeterea, sicut in multis Scripturae locis invenimus, etiam utriusque partis, vel utriusque viae fautores quidam et adjuutores angeli.*

Sed neminem latet, cum Clementem, tum Origenem saepius libros apocryphos et nothos pro genuinis habuisse, ideoque testimonio illorum pro epistolae nostrae authentia non plenam vim esse tribuendam. Bene Hugius et Redepenning addunt, nec

Clementem nec Origenem cum eadem reverentia, quam scriptis vere apostolicis tribuunt, de epistola nostra disputare <sup>1)</sup>).

c) *Eusebium et Hieronymum* authenticam epistolae nostrae negavisse, multi male credunt.

Legimus quidem in illius historia ecclesiastica III, 25: ἐν τοῖς νόθοις κατατετάχθω καὶ τῶν Παύλου πράξεων ἢ γραφῆ, ὃ τε λεγόμενος Ποιμὴν, καὶ ἡ ἀποκάλυψις Πέτρου, καὶ πρὸς τοῦτοις ἡ φερομένη Βαρνάβα ἐπιστολή.

Sed Eusebius, epistolam nostram τοῖς νόθοις accensens, improprie hanc vocem usurpavit, et revera non de libris *adulterinis*, sed de ἀντιλεγόμενοις, sive *dubiis* libris, et a nonnullis *repudiatis* verba fecit, ut ipse paulo post testatur dicens: ταῦτα μὲν πάντα (i. e. . . . Acta Pauli, Pastor etc. et Epistola Barnabae) τῶν ἀντιλεγόμενων ἂν εἴη.

Non minus Eusebius in sexto historiae suae libro c. 14. epistolam nostram τοῖς ἀντιλεγόμενοις adscribit, docens: Clementem Alexandrinum in libris Hypotyposeon omnes libros sacrae Scripturae enarrasse, ne ἀντιλεγόμενοις quidem libris praetermissis, μηδὲ τὰς ἀντιλεγόμενας παρελθῶν· τὴν Ἰούδα, λέγω, καὶ τὰς λοιπὰς καθολικὰς ἐπιστολάς, τὴν τε Βαρνάβα καὶ τὴν Πέτρου λεγομένην ἀποκάλυψιν. *Auctoritatem* igitur epistolae, non ejus *authenticam*, Eusebius in dubium vocavit.

Paene eadem dicenda sunt de Hieronymo, scribente: *Barnabas Cyprius, qui et Joseph Levites, cum Paulo gentium Apostolus ordinatus, unam ad aedificationem ecclesiae pertinentem epistolam composuit, quae inter apocryphas scripturas legitur* <sup>2)</sup>). Quem in locum scite Pearsonius <sup>3)</sup>): „Barnabae epistolam fuisse tradit (Hieronymus) non ipsi suppositam, aut spuriam; *ad aedificationem ecclesiae* pertinuisse asserit, non itaque haereticam putavit; *lectam tamen inter apocryphas Scripturas* docet, nec ab ecclesia repudiatam innuit.“ Apocryphi autem libri tum ii vocantur, qui authentici quidem, sed ab auctoritate canonica remoti, et in sacrarum scripturarum canone non repositi sunt; tum ii, qui non sunt eorum, quorum titulis prae-

1) *Redepenning*, Origenes I, p. 249.

3) *Vindic. Ignat. P. I. c. 4. p. 289.*

2) *Hieron. lib. de viris illustr. c. 6.* | Cfr. Galland. I. c. p. XXX.

notantur (*ψευδεπιγραφα*). Hieronymum priori sensu Barnabae epistolam apocrypham appellasse patet, quum eam Barnabae quidem adscribat, et nihilominus inter apocryphas scripturas eam lectam esse contendat.

Testimonia igitur scriptorum antiquorum authenticæ epistolæ favere nemo negabit. Nihilominus non levibus moti argumentis eam apostolico viro abjudicandam censemus.

1. Si epistola nostra ab antiquis pro authentica fuisset reputata, certe inter libros canonicos ea legeretur; sicut Augustinus de Apocryphis Andreae et Joannis dicit: *si illorum essent, recepta essent ab ecclesia* <sup>1)</sup>.

2. Epistolam nostram *post* eversionem Hierosolymæ exaratam esse, ex cap. 16 facile conjicitur. Sed supra p. VIII. lit. 1) vidimus, Barnabam sine dubio tunc temporis non amplius in vivis degisse.

3. Capite 5 Apostoli *ὑπὲρ πάντων ἁμαρτιῶν ἀνομιᾶτεροι* vocantur. Talia Barnabam, Apostolorum socium, dixisse vix putem. Ista autem hyperbola multo magis secundi seculi rhetorem prodit.

4. Quae capite 10 incredibilia de lepore, hyaena etc. proferuntur, magis nugatorem allegorizantem, quam Apostolum redolent.

5. Barnabas, qui provincias Asiae minoris peragraverat, multosque annos Antiochiae in Syria vixerat, bene compertum habere debuit, falsum id esse, quod capite 9 affirmatur, omnes idolorum sacerdotes Syrosque omnes esse circumcisos.

6. Innumeræ allegoriae nugatoriae, praesertim c. 5—11, ab illo non possunt esse conscriptae, qui propter eloquentiae ardorem ab Apostolis בר נבויא est appellatus.

7. Quoad sacros Judaeorum ritus falsa quaedam in epistola nostra c. 7 et 8 leguntur, quae *Levitam* Barnabam, qui diutius Hierosolymis vixerat, auctorem habere non possunt.

8. Epistola nostra injuste de Judaismo disputat, circumcisionem carnis supersticiosam esse pronuntiat (c. 9), sabbatum vituperat (c. 15), leges Mosis a Judaeis non ad litteram intel-

1) Contr. adversarium Legis et Prophetarum I, c. 20. n. 39. ed. *Migne*, T. VIII. p. 626.

ligendas fuisse contendit (c. 10), et oeconomiam veteris Testamenti non Evangelio demum, sed jam illo die, quo Moses tabulas legis de manibus projecit, abolitam esse, Judaeosque tur̄c testamentum in perpetuum perdidisse docet (c. 4 et 14). Cuncta haec non a Barnaba exspectes, qui, ut fideles e gentibus et e Judaeis componeret, Antiochiam est missus; sed secundum seculum talia sapiunt, similemque contra Judaismum fervorem in epistola ad Diognetum reperies.

III. Revera primis seculi secundi temporibus 107—120 epistolam nostram exaratam esse putem.

1. Post eversionem templi Hierosolymitani eam scriptam esse, ex capite 16 satis liquet. Sic enim ibi: *Διὰ γὰρ τὸ πολεμεῖν αὐτοῖς καθ'ἑαυτῶν (ὁ ναὸς) ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν· νῦν κ. τ. λ.* Qui aliter distinguunt, et τὸ νῦν nomini ἐχθρῶν jungunt, statim post annum 70 p. Ch. has litteras datas esse contendunt <sup>1)</sup>.

2. Primis seculi secundi temporibus Judaistae, ecclesiam in periculum vocantes, eodem ferventi modo impugnabantur a S. Ignatio Antiocheno et ab auctore epistolae ad Diognetum.

3. Non ante seculum secundum Christiani sabbatum celebrare desierunt; quod jam evenisse, epistola nostra docet c. 15.

4. Auctor epistolae nostrae contra eosdem haereticos, Judaistas et Docetas, verba facit, quos S. Ignatius vituperat. Ut hic, ita et Noster *incarnationem* Christi contra Docetas (c. 5 et 6) praedicare conatus est.

5. Theologumena multa epistolae nostrae, praesertim quoad typologiam, simillima sunt doctrinae S. Justinii et Tertulliani, i. e. scriptorum seculi secundi.

6. In omnibus codicibus antiquis epistola Barnabae *postposita* est epistolae Polycarpi, fortasse, quia junior, certe non multo antiquior putabatur.

7. Non ita multo post annum 120 epistolam nostram conscriptam esse,

α) ex capite 16 patet, ubi de eversione Hierosolymae ita

1) Galland. l. c. p. XXXIII.

disseritur, ut palam sit, Aeliam Capitolinam nondum ab Hadriano fuisse exstructam.

- β) Post annum 137, secundo bello Judaico finito, nullum amplius Judaistarum periculum adesse poterat. Denique  
 γ) Celsus jam circa annum 150—160 ex epistolae nostrae cap. 5 (ἐπὲρ πᾶσαν ἁμαρτίαν ἀνομιώτεροι) convicia contra Apostolos hausisse videtur <sup>1)</sup>.

IV. Quibusnam lectoribus epistola fuerit destinata, nullibi, deficiente pleniore salutationis formula, claris verbis expressum est. Origenes epistolam nostram *catholicam* nominat; sed ex capite primo et fine noni patet, ad *certos* quosdam fideles, *arctiori* vinculo auctori junctos, litteras has fuisse datas. Argumentum primae partis epistolae et totius demonstrationis methodus certiores nos faciunt, auctorem ad *fideles e Judaeis*, sine dubio Hellenistas, instante periculo Judaistarum verba fecisse. Danielem Schenkel, certiora de lectoribus proferentem, temere id egisse, alibi demonstravimus <sup>2)</sup>.

V. Idem vir doctus, Daniel Schenkel <sup>3)</sup>, ut litem de authenticia epistolae componeret, probare conatus est, epistolam Barnabae genuinam quidem esse, sed non integram, omnesque ejus partes, viris doctis displicentes, a Therapeuta quodam, Christianorum sacra seculo, originem traxisse, qui mystica sua sapientia viri apostolici litteras augere sit ausus. Nos contra alibi integritatem epistolae defendere studuimus <sup>4)</sup>. Paucis nunc rem absolvam:

1. *Secunda* seu paraenetica pars epistolae, c. 18—21, quae jam ante Schenkelium a pluribus in dubium vocabatur, quippe quae in veteri versione latina non exstet,

- α) jam ab antiquissimis illis scriptoribus, qui primi epistolae mentionem faciebant, Clemente et Origene, lecta est, et laudata et citata.

1) *Origen.* c. Cels. n. 63. T. I. p. 378.

2) In libello: *Das Sendschreiben des A. Barnabas* etc. p. 132 sq.

3) In *Ullmanni* etc.: Studien und Krit. 1837. p. 652—686.

4) *Tübing. theol. Quartalschrift.* 1839. I. p. 60 sqq. et in libello meo supra citato p. 196 sqq.

- β) Eadem in omnibus, quos habemus, graecis codicibus exstat.
- γ) Non minus in stichometriis veterum pars haec secunda numerabatur.
- δ) Sancti Pauli quoque epistolae parti didacticae alteram partem paraeneticam adjungunt.
- ε) In parte secunda de duabus viis disseritur, quarum jam in parte prima cap. 4 et 6 mentio fuerat facta.
- ζ) Styli diversitatem ex diversa utriusque partis indole ortam esse facile perspicimus.

2. *Prima* quoque epistolae pars integra et ab interpolationibus libera est reputanda.

- α) Singula enim capita unius argumenti sunt partes, eumque habent finem, ut demonstretur, Judaismum esse abolitum, novaeque eum oeconomiae salutis cessisse, quam typis praemonstrare jam ab initio Judaismi munus erat.
- β) Falsum est, quod Schenkelius contendit, caput sextum non cum septimo, sed demum cum tertio decimo orationis nexu esse conjunctum. Ea enim capita, quae Schenkelius delenda putat, c. 7—12 incl., nil aliud, nisi continuationem antecedentis demonstrationis, novam oeconomiam a Judaismo typis fuisse praemonstrandam, continent.
- γ) Duo alia quoque capita, 15 et 16, quae Schenkelio displicent, minime sunt rejicienda, quippe quae ad demonstrationem necesse pertineant. Quodsi enim abolitio Judaismi fuerat demonstranda, etiam de abrogatione *sabbati* (c. 15) et *templi* (c. 16) verba facienda erant.
- δ) Capita, Schenkelio displicentia, non aliter de veteri Testamento disputant, ac ea, quae pro genuinis sunt reputata. Ubique idem fervor contra Judaismum nobis occurrit.
- ε) Perperam Schenkelius affirmat, de novo quoque Testamento contraria doceri in diversis capitibus.
- ζ) Jam Clemens Alexandrinus, qui primus epistolae nostrae meminit, capita ista displicentia legit et laudavit, et ne minimum quidem interpolationis testimonium ullibi exstat.

VI. De *doctrina* Barnabae cfr. libellum meum: *Das Schreiben des A. Barnabas* etc. p. 242—262. De eadem re



disputarunt *Franke*, in *Rudelbach* et *Guerike*: *Zeitschr. für luth. Theologie* etc. 1840. Fasc. II., *Hilgenfeld* (die apostol. Väte 1853. p. 37 sqq.) et *van Gilse*, *Heyns* et *Junius* in tribus commentationibus de theologia patrum apostolicorum morali, et Academia Lugduno-Batava 1833 praemio ornatis. Denique ann. 1854 Dr. *Lübker* de theologia Patrum apostolicorum generati disputavit in *Niedner*, *Zeitschrift für histor. Theologie* T. XXI a. 1854. p. 589 sqq.

VII. Post Nicephorum patriarcham Constantinopolitanum († 828) et auctorem antiquae cujusdam Stichometriae, a Cotelerio publicatae, usque ad seculum XVII nemo epistolae nostrae notitiam habuisse videtur.

Primus iterum eam, epistolae Polycarpi conjunctam, Jacobus Sirmondus S. J. in codice Turriano detegebat. Paulo post aliis tribus codicibus, Bibliothecae Vaticanae, Cardinalis Columnae et Andreae Schotti S. J., eadem epistola reperiebatur. Hugonem Menardus, e Congregatione S. Mauri, antiquam epistolae versionem latinam in codice Corbeiensi (ante Sec. IX) invenit. Apographon codicis Schottiani et veteris illius versionis latinae Claudius Salmasius Isaaco Vossio, Vossius Usserio tradidit. Quo facto Jacobus Usserius Armachanus, Hiberniae Primas a. 1644 Oxonii epistolam Barnabae prelo subjecit. Sed ingens incendium, quod non exiguum partem urbis Oxoniensis vastavit, omnia quoque exemplaria absumsit.

Quo autem ferme tempore Usserius suam praeparabat editionem, de ipsa epistola Parisiis evulganda cogitabat Hugonem Menardus, monachus Benedictinus. Ipso mortuo 1644 Lucas Dacherius, ejusdem Congregationis, Menardi editionem 1645 in lucem emisit, textui Turriano versione Corbeiensi adjecta.

Emendatiorem Barnabae epistolam 1646 Amstelodami edidit Isaacus Vossius, pluribus aliis codicibus usus, Florentino, Vaticano et Romano Theatinorum. Plures deinde secutae sunt editiones praesertim Cotelerii, Russelii et Gallandii.

VIII. Notandum denique, in *omnibus* graecis codicibus deesse capita 1—4 inclus. et dimidium quinti.

## II. DE DUABUS EPISTOLIS CLEMENTIS ROMANI.

I. Clementem Romanum eundem esse cum eo, quem S. Paulus in Ep. ad Philipp. 4, 3 laudibus effert <sup>1)</sup>, jam Origenes <sup>2)</sup>, Eusebius <sup>3)</sup>, Epiphanius <sup>4)</sup>, Hieronymus <sup>5)</sup> et alii veterum affirmarunt <sup>6)</sup>. Quodsi res ita se habet, facile apparet, Clementem S. Pauli, Philippis in Macedonia secundo itinere apostolico A. 53—55 (cfr. Act. 16.) Evangelium praedicantis, socium ac coadjutorem optime meritum fuisse.

Chrysostomus in Commentario ad I Timoth. suspicatur, Clementem, pariter ac Lucam et Timotheum, perpetuum itineris comitem Divi Pauli fuisse.

Mihi autem Clemens *civis urbis Philippensium* fuisse videtur, qui a Paulo, Philippis morante, conversus, ipse praeconem Evangelii in opere apostolico optime adjuvit, Paulo autem abeunte, domi remansit, inter suos Christi causam agens.

Pluribus conjectura nostra probari potest.

- a) Quum Paulus Philippos properaret, neminem nisi Silam, Timotheum et Lucam comitem habuisse videtur. Cfr. Act. 16.
- b) Nullibi sacra Scriptura Clementis meminit, Apostolum Paulum in itineribus comitantis.
- c) Ex Philipp. 4, 3 clare apparet, tempore primae Pauli captivitatis Romanae Clementem Philippis degisse.
- d) Philipp. 4, 3 Clementis non aliter fit mentio, ac eorum, qui cives Philippenses absque dubio fuerunt.

Quando, ubi et quonam genere ortus fuerit Clemens noster,

1) *Ναὶ ἐρωτῶ καὶ σὲ, σύζυγε γνήσιου Ἀλλαμβάνου αὐταῖς, αἵτινες ἐν τῷ εὐαγγελίῳ συνήθλησάν μοι, μετὰ καὶ Κλήμεντος καὶ τῶν λοιπῶν συνεργῶν μου, ὧν τὰ ὀνόματα ἐν βιβλίῳ ζωῆς.*

2) In Joann. 1, 29. Opp. T. IV. p. 153 ed. Ruae.

3) H. E. III, 15.

4) Haeres. 27. n. 6.

5) Liber de viris illustr. c. 15. Opinionem hanc impugnant *Gieseler*,

Lehrb. d. Kirchengesch. I, 121, *Guerike*, Handb. d. K.G. I, 167 et alii, ad quorum augendam dubitationem magnum *Jacobsonus* accedere putat pondus ex eo, quod Irenaeus, qui omni laude Clementem nostrum cumulat, de tali ac tanto testimonio (Philipp. 4, 3) ne verbum quidem habeat.

6) Contradicunt *Ritschl*, Entstehung der altkathol. Kirche. 1850. p. 284 et *Hilgenfeld*, l. c. p. 95.

nescimus. Liber pontificalis, Catalogi Romanorum pontificum, S. Eucherius Lugdunensis et Breviarium Romanum ex Recognitionibus et Homiliis pseudoclementinis fabulosam illam receperunt narrationem, quae Clementi genus Romae senatorium, patremque Faustinum ex stirpe Caesarum vindicat. Talia refutatione non indigent.

Tillemontius (*Mémoires* II. p. 149) ex prima Clementis epistola, cap. 4. (πατὴρ ἡμῶν Ἰακώβ) collegit, virum nostrum apostolicum ex stirpe *Judaica* esse editum. Ipsi primum accessit Coustantius in celeberrima sua editione Epistolarum Romanorum pontificum T. I. p. 11; postea vero (l. c. p. 41) vir doctissimus suam mutavit sententiam. Tillemontii sententiam amplexus est Herm. Venema, ut exinde argumentum deduceret contra epistolam posteriorem, cujus scriptor origine Gentilem aperte se prodit.

Tillemontius addere poterat, Clementem non solum cap. 4., sed et c. 31 (ὁ πατὴρ ἡμῶν Ἀβραάμ) patriarcham Judaeorum *patrem nostrum* appellare.

Praeterea Clemens c. 55. de amore erga patriam disputans, exemplis *gentium* prolatis, ad exempla eorum procedit, quos, ut dicit, *inter nos* cognovimus. Quibus quum *judaicas* mulieres, Judith et Esther, adscribere videatur, ipse in ortus judaici suspicionem incurrit.

Sed non valde gravia haec sunt argumenta. Notum enim est, et alios patres, quos e gentibus ortos esse nemo nescit, justas veteris Testamenti personas suis adscribere majoribus. E. g. Theophilus lib. III. ad Autol. n. 24. scribit: Ἀβραάμ ὁ πατριάρχης ἡμῶν, n. 27: Ἀβραάμ τοῦ προπάτορος ἡμῶν, et n. 94: Δαβὶδ ὁ πρόγονος ἡμῶν. Plura alia exempla vide sis apud *Semisch, Justin. der Mart.* T. I. p. 121.

Quod autem memorata capitis 55 exempla attinet, monendum praeterea, Clementem fortasse primum e gentibus, tum e Christianis, denique e Judaeis exempla amoris patriae protulisse.

Clementem, Apostolorum discipulum, a Clemente Alexandrino *Apostoli* nomine insignitum <sup>1)</sup>, *Romanae ecclesiae fuisse episco-*

1) Strom. IV, c. 17. p. 609 ed. Pott.

*pum*, unianimes tradunt veteres; sed quotus ordine Romanam insederit cathedram, vetus et adhuc sub iudice lis est <sup>1)</sup>.

1. Clementem immediatum Petri successorem fuisse, plerique Latinorum priscis jam temporibus, teste Hieronymo <sup>2)</sup>, affirmarunt.

Eum a Petro ipso fuisse ordinatum, Tertullianus addit <sup>3)</sup>. Hieronymus ipse, quamvis in Catalogo Clementem Lino et Anacleto postposuerit, postea sententiam mutasse, ceterisque Latinis accessisse videtur, scribens: *Et Clemens, vir apostolicus, qui post Petrum Romanam ecclesiam rexit, scribit ad Corinthios* <sup>4)</sup>.

2. Clementem nostrum *Lino* demum successisse censent Augustinus <sup>5)</sup>, Optatus Milevitanus <sup>6)</sup>, Constitutiones Apostolorum <sup>7)</sup> et Catalogus Romanorum pontificum, a Bollandistis in Propylaeo mensis Maji evulgatus.

3. Denique non *Linum* solum, sed et *Cletum* seu *Anacleum* ante Clementem nostrum Romanae ecclesiae gubernacula tenuisse, Irenaeus <sup>8)</sup> contendit: *Θεμελιώσαντες οὖν καὶ οἰκοδομήσαντες οἱ μακάριοι Ἀπόστολοι τὴν ἐκκλησίαν, Αἰνῶ τὴν τῆς ἐπισκοπῆς λειτουργίαν ἐνεχείρισαν. Τούτου τοῦ Αἰνοῦ Παῦλος ἐν ταῖς πρὸς Τιμόθεον ἐπιστολαῖς μέμνηται. διαδέχεται δὲ αὐτὸν Ἀνέγκλητος· μετὰ τοῦτον δὲ τρίτῳ τόπῳ ἀπὸ τῶν Ἀποστόλων τὴν ἐπισκοπὴν κληροῦται Κλήμης, ὁ καὶ ἑωρακῶς τοὺς μακαρίους Ἀποστόλους, καὶ συμβεβληκῶς αὐτοῖς, καὶ ἔτι ἔναυ-*

1) Optimum catalogum pontificum Romanorum invenies in *Blanchiniana* (Bianchini) editione operis *Anastasio* Bibliothecarii de vitis Pontificum.

2) Liber de viris illustr. c. 15: *Clemens . . . quartus post Petrum Romanae episcopus; siquidem secundus Linus fuit, tertius Anacleus, tametsi plerique Latinorum secundum post Petrum Apostolum putent fuisse Clementem.*

3) De praescript. haer. c. 32: *Romanorum* (ecclesia) *Clementem a Petro ordinatum edit.*

4) In Isai. c. 52.

5) Ep. 53 ad Generos.: *Petro successit Linus, Lino Clemens, Clementi Anacleus.*

6) Lib. II.: *Cathedra una est; sedit prior Petrus, cui successit Linus, Lino Clemens, Clementi Anacleus.*

7) Lib. VII, c. 46: *Τῆς δὲ Ῥωμαίων ἐκκλησίας Αἰνος μὲν ὁ Κλαυδίας πρῶτος ὑπὸ Παύλου, Κλήμης δὲ μετὰ τὸν Αἰνοῦ θάνατον ὑπ' ἐμοῦ Πέτρον δεύτερος κειμήλιον ἔσται.*

8) Adv. haer. Lib. III. c. 3 apud *Euseb. H. E. V, 6.*

λον τὸ κήρυγμα τῶν Ἀποστόλων, καὶ τὴν παράδοσιν πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχων κ. τ. λ.

Cum Irenaeo stat *Eusebius* (H. E. III, 13. 15. 34.) docens, *Linum* ab anno 68 usque ad a. 80, *Anenclerum* 80—92, *Clementem* 92—101 p. Ch. n. sedem Romanam tenuisse.

Eandem sententiam *Hieronymus* in libro de viris illustribus c. 15 tuebatur, ut supra vidimus <sup>1)</sup>).

4. Varias has sententias ita componebant viri docti et priscorum et recentiorum temporum, ut conjicerent, *Linum* et *Cletum* viventibus adhuc Apostolis Paulo et Petro Romanorum fidelium fuisse antistites, *Clementem* autem, illis fortasse defunctis, seu sub Nerone martyrio coronatis <sup>2)</sup>, a Petro, ad mortem properante, Romanae ecclesiae *Episcopum* esse ordinatum.

Hanc sententiam tui sunt

α) Rufinus (Praef. in S. Clementis Recognit.): *Cujus rei hanc accepimus esse rationem, quod Linus et Cletus fuerunt quidem ante Clementem Episcopi in urbe Roma, sed superstite Petro, videlicet, ut illi Episcopatus curam gererent, ipse vero Apostolatus impleret officium. Sicut invenitur etiam apud Caesaream fecisse; ubi cum ipse esset praesens, Zachaeum tamen a se ordinatum habebat Episcopum. Et hoc modo utrumque verum videbitur: ut et illi ante Clementem numerentur Episcopi, et Clemens tamen post obitum Petri docendi susceperit sedem.*

β) Chronicon Damasi: *Nisi tempora pontificatus Lini atque Cleti sub spatio praesulatus B. Petri comprehenderit, non sibi consone respondebunt anni pontificum Romanorum annis imperatorum.*

γ) Beda venerabilis, Rabanus, Haymo et alii. Cfr. Cotelier. ed. Patrum apost. T. I. p. 492 et p. 387.

Conjecturae huic Eusebius obstat, docens, *Clementem* anno demum 92 sedem episcopalem ascendisse, 24 annis a morte S. Petri praeterlapsis, quorum 12 Lino, et pariter 12 Anenclero

1) Cfr. pag. anteced. Not. 2.

2) Indiculus Romanorum pontif., supra memoratus, *Linum* Capitone

et Rufo Coss. (i. e. A. 67 p. Ch.) e vivis decessisse annotat.

assignantur. Sed vix credam, Eusebium id, documentis fultum, scripsisse. Fortasse per traditionem ipsi innotuerat, Linum et Anencletum 12 annos Romanam rexisse ecclesiam. Quum autem ipsum lateret, illos conjunctos, *unacum, vivente adhuc Petro*, gubernacula tenuisse; fieri poterat, ut, Catalogum Irenaei respiciens, summa fiducia suam nobis proponeret computationem.

5. Nec de Epiphaniï conjectura taceamus, qui I Clem. c. 54 male interpretatus, Clementem, a Petro ordinatum, pacis causa cecidisse Lino autumat; Lino autem successisse Cletum, Cleto Clementem resumto pontificatu, arbitratur <sup>1)</sup>. Nos hanc quaestionem iterum adtingemus, de tempore, quo prima Clementis epistola scripta fuerit, disputantes (infra n. VIII.).

Jam de *morte* Clementis verba faciamus. Eusebius contendit, Clementem *novem* annos munere episcopali functum, tertio Trajani anno (101 p. Ch.) mortem obiisse. Ad ea autem, quae supra diximus, et infra dicemus, attendentes, *novem* quidem regiminis annos Clementi tribuimus (A. 68—77) cum Caveo, Dodwello, Fleurio et aliis; eum autem jam sub Vespasiano defunctum esse putamus. Qui vero Eusebio fidem habere velit, cum ipso credat oportet, brevi tempore, A. 101—153, non minus quam septem seu octo pontifices sedem Romanam ascendisse, quamvis una tantum persecutio hoc temporis spatium perturbasset.

Eusebius et Hieronymus. (l. l. c. c.) mortem Clementis nulla de martyrio mentione instituta commemorant. Irenaeus quoque (III, 3.), Pontifices usque ad Eleutherium recensens, eorum quam martyrium passum praeter Telesphorum haud significat. A Rufino vero et Zosimo Clemens noster martyr appellatur <sup>2)</sup>.

Ex Actis martyrii, sine dubio suppositiis, Lumperus historiam martyrii S. Clementis his verbis refert: „Clementem, a Mamertino, urbis praefecto, fidei causa accusatum, Trajanus in Chersonesum ultra Pontum Euxinum relegavit. Invenit vero ibi ultra duo millia Christianorum, jam diu ad caedendi marmoris opus damnatorum. Inter maxima autem horum fidelium incom-

1) Haeres. XXVII, n. 6.

2) Lumper, historia theologico-critica, T. I. p. 16.

moda illud erat, quod sexto milliario aquam humeris suis deportare deberent. Pontifex autem eorum miseratione tactus, cum agni cujusdam ductu, ubi fons esset, cognovisset, eam, ut effoderent, Christianis ostendit. Quibus nequicquam laborantibus S. Clemens ipse eum locum levi ictu percussit, et fons illico exsiliit. Ad miraculi hujus famam tota provincia accurrente, cunctisque ad fidem traductis et baptizatis, intra anni spatium septuaginta ecclesiae constructae, idola omnia confracta, templa circumjacentis regionis diruta, omnesque luci usque ad trecenta milliaria in circuitu concisi fuere. Trajanus vero, ut tantum rei christianae progressum sisteret, Clementem anchora ad collum ligata in mare demergi mandavit. At mari usque ad locum, quo pontificis corpus jacebat, recedente, illud tumulo saxeo in templo quodam marmoreo conditum Christiani invenerunt<sup>1)</sup>.

II. Clementis temporibus quum gravissima dissensio Corinthi exorta esset inter fratres<sup>2)</sup>, ecclesia Romana luculentissimam epistolam Corinthiis scripsit, qua eos ad pacem concordiamque revocaret, et fidem illorum, et quam recens ab Apostolis susceperant traditionem renovarent. Ita Irenaeus<sup>3)</sup>. Hanc epistolam nomine ecclesiae Romanae Clementem nostrum scripsisse refert Eusebius<sup>4)</sup>; multique alii veterum hujus epistolae meminerunt. Sed ante Sec. XVI. omnes medii et inferioris aevi theologi hanc patris apostolici epistolam deperditam lugebant.

Anno autem 1628 Cyrillus Lucaris, Patriarcha Constantinopolitanus, Anglorum regi Carolo I. antiquissimum V. et N. T. codicem dono misit<sup>5)</sup>; et ecce, ad calcem praestantissimi hujus

1) Historia theol. crit. T. I. p. 52 sq.

2) Seditio mota fuerat contra presbyteros (c. 47), qui injuste muneribus suis dejiciebantur (c. 44). Schenkelius (in Ullmanni Stud. et Krit. 1841. Fasc. I. p. 53 sqq.) autumat, factionem illam, quae Christi esse gloriabatur (I Cor. 1, 12), revivisse, et sicut auctoritatem Apostolorum, ita et auctoritatem presbyterorum, qui ab Apostolis fuerant instituti, sprevisse ac

rejecisse. Sed Clemens ipse recentiore Corinthiorum seditionem ab illa priori bene distinguit c. 47.

3) Adv. haer. III, 3. Apud Euseb. Hist. Eccl. V, 6.

4) Hist. eccl. III, 16 et 38.

5) Cfr. Woide, Praef. ad editionem Codicis Alexandrini, p. III. §. 15 et Tübing. theol. Quartalschrift, 1843. p. 583.

codicis *Alexandrini* epistola illa Clementis, dudum desiderata, inveniebatur <sup>1)</sup> cum fragmento alterius libri, quem catalogus codici praefixus his litteris signat:

....εντος ἐ.....λη B. <sup>2)</sup> i. e. *Κλήμεντος ἐπιστολή Β.*

Utamque hanc Clementis epistolam ex vetustissimo illo codice primus omnium Oxonii 1633 edidit Patricius Junius, regis Anglorum bibliothecarius; voces deperditas et litteras vetustate exesas, spatiis et interstitiis accurate, ut putabat, dimensis, supplevit et minio notavit. Sed ipsius editio, et omnes, ad Junianam exactae, vitiis laborant non paucis. Quo factum est, ut Henricus Wottonus, e Coll. S. Johann. Evang. A. M. codicem mstum de novo accurate inspiceret, et textum Junianum octogies emendaret et suppleret. Sic prodiit 1718 Cantabrigiae editio Wottoniana, in qua, quae aberant a msto exemplari, minutioribus typis impressa invenis. Hanc editionem Gallandius sibi sequendam summo jure censuit, qui insuper notis et conjecturis aliorum virorum eruditorum, Millii, Birrii, Freyii etc., in elaboranda sua editione est usus. Denique A. 1838, 1840 et 1847 (edit. III.) Oxonii e typographeo academico prodiit editio elegantissima Guilielmi Jacobsoni, qui codicem Alexandrinum iterum evoluit, textum passim emendavit, conjecturas doctas proposuit, et annotationibus aliorum suas adjecit <sup>3)</sup>.

Nos cum Gallandio et Jacobsono ea, quae apud Wottonum, msto codici plane adhaerentem, vitioso vel obsoleto more scripta inveniebantur, mutavimus, voces et litteras, quae in codice desunt, uncis inclusimus, et Jacobsonum aliosque viros doctos duces habuimus, e nostris quoque, praesertim in annotationibus, nonnulla proferentes.

1) Codex Mstus epigraphen praestat: *KOPINΘIOΥΣ Α.* Cfr. *Jacobson*, Patres apost. edit. II. T. I. p. 2.

2) Cfr. *Jacobson*, l. c. p. XIII. Inscriptionis in fronte epistolae ipsius ne litteram quidem integram praebet Cod. Mstus. *Jacobson* l. c. p. 220.

3) S. Clementis Romani, S. Iguatii,

S. Polycarpi, patrum apostolicorum, quae supersunt. Accedunt S. Ignatii et S. Polycarpi Martyria. Ad fidem codicum recensuit, adnotationibus variorum et suis illustravit, indicibus instruxit *Guilielmus Jacobson* A. M., (Prof. Theol. in Univers. Oxon.) II Tomi, editio tertia. Oxonii 1847.



III. Clementem Romanum ad Corinthios scripsisse, nemo negabit. Fuere tamen, qui epistolam nostram non *genuinam* putarent, nec illam censerent, quam antiqui Patres laudarunt et allegarunt. Praesertim Jo. Tolandus <sup>1)</sup>, Christ. Aug. Salig <sup>2)</sup> et Gisbertus Voëtius, Theol. professor in Academia Ultrajectina <sup>3)</sup> authenticam epistolae nostrae negarunt, illi imperiose nulla afferentes argumenta, hic hallucinationem potius, quam demonstrationem proferens. Quam male praeconcepta opinione ductus id egerit, audi. *Admiramur, inquit, singularem divinam providentiam, quae curavit, ut ab Apostolorum discipulis, virisque apostolicis, et Apostolorum seculo proximis, aut nihil scriberetur, aut nihil conservaretur et ad posteros manaret, aut saltem nihil ab initio ecclesiae usque in hunc diem superesset, de quo non dubitaretur, aut quod per tineas blattasque, aut alium quemvis Dei exercitum mutilatum non esset: ut soli Scripturae tanto evidentius sua constaret auctoritas, illique soli esset propria incorruptibilitas et aeternitas.*

De recentioribus epistolae nostrae impugnatoribus cfr. infra p. XXXII.

Nos eandem, quam Clemens scripserit, habere epistolam, exinde satis probatur, quia ea, quae veteres ecclesiae patres ex dicta epistola allegarunt, in nostra reperiuntur.

- a) Jam S. *Polycarpus*, ut Gallandius monuit, eandem Clementinam epistolam manu versavit, et nonnulla ex ea paene verbotenus in suam ad Philippenses epistolam transtulit.

## Ep. I Clem.

## Epist. Polyc.

C. 1. Γυναῖξίν τε ... παρ-  
γγέλλετε, στεργούσας καθήκον-  
τως τοὺς ἀνδρας ἐαυτῶν ...  
πάνυ σωφρονοούσας.

C. 4. Διδάξωμεν ... τὰς  
γυναῖκας ὑμῶν ... στεργούσας  
τοὺς ἐαυτῶν ἀνδρας ἐν πάσῃ  
ἀληθείᾳ καὶ ... ἐν πάσῃ ἐγκρατείᾳ.

1) In Catalogo librorum Christo et  
Apostolis adscriptorum c. 18. T. I.  
Opp. p. 392.

p. 39. Cfr. *Mosheim*. instit. majores  
p. 213.

2) De diptychis Veterum c. 3. §. 4.

3) Select. Disput. P. I. p. 103. Cfr.  
*Grabe*, Spicileg. T. I. p. 260.

C. 5. Πέτρος ... οὕτω μαρ- C. 9. Εἰς τὸν ὀφειλόμενον  
τυρήσας ἐπορεύθη εἰς τὸν ὀφει- αὐτοῖς τόπον εἰσὶ παρὰ τῆ  
λόμενον τόπον τῆς δόξης. κυρίου.

C. 7. Διὸ ἀπολείπωμεν τὰς C. 7. Διὸ ἀπολείποντες τὴν  
κενὰς καὶ ματαίας φροντίδας, ματαιότητα τῶν πολλῶν ...  
καὶ ἔλθωμεν ἐπὶ τὸν εὐκλεῆ καὶ ἐπὶ τὸν ἐξ ἀρχῆς ἡμῖν παρα-  
σειμῶν τῆς ἀγίας κλήσεως ἡμῶν δοθέντα λόγον ἐπιστρέψωμεν.  
κανόνα.

C. 9. Διὸ ὑπακούσωμεν τῇ C. 2. Διὸ ἀναξωσάμενοι τὰς  
μεγαλοπρεπεῖ καὶ ἐνδόξῳ βου- ὀσφύας ὑμῶν δουλεύσατε τῷ  
λήσει αὐτοῦ (Θεοῦ) ... ἀπο- Θεῷ ἐν φόβῳ καὶ ἀληθείᾳ, ἀπο-  
λιπόντες τὴν ματαιοπονίαν, λιπόντες τὴν κενὴν ματαιολογίαν,  
τὴν τε ἔριον κ. τ. λ. καὶ τὴν τῶν πολλῶν πλάνην.

C. 13. Μεμνημένοι τῶν λό- C. 2. Μνημονεύοντες δὲ ὧν  
γων τοῦ κυρίου Ἰησοῦ, οὓς ἐλά- εἶπεν ὁ κύριος διδάσκων· ...  
λησεν διδάσκων· ... ᾧ μέτρῳ ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, ἀντι-  
μετρεῖτε, ἐν αὐτῷ μετρηθῆσεται μετρηθῆσεται ὑμῖν.

C. 21. Ἴδωμεν, πῶς ἐγγύς C. 4. Γνωσκοῦσας, ... ὅτι  
ἐστιν (ὁ κύριος), καὶ ὅτι οὐδὲν πάντα μωμοσκοπεῖται, καὶ λέ-  
λέληθεν αὐτὸν τῶν ἐνοιῶν- ληθεν αὐτὸν οὐδὲν, οὔτε λο-  
ῶν, οὐδὲ τῶν διαλογισμῶν, γισμῶν, οὔτε ἐνοιῶν, οὔτε τι  
ὧν ποιούμεθα... Ἐρευνητὴς γὰρ τῶν κρυπτῶν τῆς καρδίας.

Ibid. Τοὺς νέους παιδεύσω- Ibid. Διδάξωμεν ... τὰς γυ-  
μεν τὴν παιδείαν τοῦ φόβου ναϊκὰς ὑμῶν (πορεύεσθαι) ἐν  
τοῦ Θεοῦ, τὰς γυναῖκας ἡμῶν τῇ δοθείσῃ αὐταῖς πίστει καὶ  
ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν διορθωσώμεθα. ἀγάπῃ καὶ ἀγνείᾳ ... καὶ ἀγα-  
Τὸ ἀξιογάπητον τῆς ἀγνείας πώσας πάντας ἐξ Ἰησοῦ ἐν πάσῃ  
ἦθος ἐνδειξάσθωσαν, ... τὴν ἐγκρατεία· καὶ τὰ τέκνα παι-  
ἀγάπῃ αὐτῶν μὴ κατὰ προς- δεύειν τὴν παιδείαν τοῦ φόβου  
κλίσεις, ἀλλὰ πᾶσιν τοῖς φο- τοῦ Θεοῦ.

b) Quae Irenaeus de epistola Romanae ecclesiae ad Corinthios  
refert, optime respondent indoli nostrae epistolae. En

verba ejus: Ἐπὶ τούτου οὖν τοῦ Κλήμεντος στάσεως οὐκ ὀλίγης τοῖς ἐν Κορίνθῳ γενομένης ἀδελφοῖς, ἐπέστειλεν ἢ ἐν Ῥώμῃ ἐκκλησία ἰκανωτάτην γραφὴν τοῖς Κορινθίοις, εἰς εἰρήνην συμβιβάζουσα αὐτούς, καὶ ἀνανεοῦσα τὴν πίστιν αὐτῶν, καὶ ἦν νεωστὶ ἀπὸ τῶν Ἀποστόλων παράδοσιν εἰλήφει. Adv. haer. Lib. III. c. 3. n. 3.

c) *Clemens Alexandrinus* multos epistolae Clementinae locos laudat, qui adhuc in epistola nostra reperiuntur.

Strom. I. c. 7. p. 339: Ἀντίκα ὁ Κλήμης ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ κατὰ λέξιν φησὶ, τὰς διαφορὰς ἐπιτιθέμενος τῶν κατὰ τὴν ἐκκλησίαν δοκίμων· Ἦτω τις πιστὸς, ἦτω δυνατὸς τις γινῶσιν ἐξειπεῖν, ἦτω σοφὸς ἐν διακρίσει λόγων, ἦτω γοργὸς ἐν ἔργοις. Eadem verba, ex I Clem. c. 48 desumpta, repetit Alexandrinus Strom. VI. c. 8. p. 773.

Strom. IV. c. 17. p. 609. 610: Καὶ μὴν ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ ὁ Ἀπόστολος Κλήμης, καὶ αὐτὸς ἡμῖν τύπον τινὰ τοῦ γνωστικοῦ ὑπογράφων, λέγει· Τίς γὰρ παρεπιδημήσας πρὸς ὑμᾶς κ. τ. λ. Hic Alexandrinus epistolae nostrae capita 1. 9. 10. 11. 12. 17. 18. 21. 22. 36. 38. 40. 41. 48. 49. 50. 51. 53 excerpisit.

Strom. V. c. 12. p. 693: Ἀλλὰ κἂν τῇ πρὸς Κορινθίους Ῥωμαίων ἐπιστολῇ· Ὡκεανὸς ἀπέραντος ἀνθρώποις γέγραπται, καὶ οἱ μετ' αὐτὸν κόσμοι. Cfr. I Clem. c. 20.

Strom. VI. c. 8. p. 773: Τοσοῦτ' ἄρα μᾶλλον ταπεινοφρονεῖν ὀφείλει, ὅσ' ὀφείλει μᾶλλον μείζων εἶναι, ὁ Κλήμης ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους φησὶ. Cfr. I Clem. c. 48.

Strom. I. c. 7. p. 339: Ἐὰν δὲ τὴν βασιλικὴν τε καὶ ἀφεντικὴν εἰσοδὸν ζητῆς, ἀκούσῃ· Αὐτὴ ἡ πύλη τοῦ Κυρίου, δίκαιοι εἰσελεύσονται ἐν αὐτῇ. Πολλῶν τοίνυν ἀνεργημένων πυλῶν ἐν δικαιοσύνῃ, αὐτὴ ἦν ἐν Χριστῷ. Cfr. I Clem. c. 48.

d) *Origenes de principiis* II. c. 3. n. 6. T. I. p. 82. ed. Ruae: *Meminit sane Clemens Apostolorum discipulus etiam eorum, quos ἀντιχριστοὺς Graeci nominarunt, atque alias partes orbis terrae, ad quas neque nostrorum quisquam*

*accedere potest, neque ex illis, qui ibi sunt, quisquam transire ad nos; quos et ipsos mundos appellavit, quum ait: „Oceanus intransmeabilis est hominibus, et hi, qui trans ipsum sunt mundi, qui his eisdem dominatoris Dei dispositionibus gubernantur.“ Cfr. I Clem. c. 20.*

Orig. in Ezech. c. 8. T. III. p. 422: *Φησὶ δὲ ὁ Κλήμης· Ὁκεανὸς ἀπέραντος ἀνθρώποις, καὶ οἱ μετ' αὐτὸν κόσμοι τοσαύταις διαταγαῖς τοῦ δεσπότου διοικοῦνται. Cfr. I Clem. c. 20.*

Idem in Joann. I, 29. T. IV. p. 153: *Μεμαρτύρηται δὲ καὶ παρὰ τοῖς ἔθνεσιν, ὅτι πολλοὶ τινες λοιμικῶν ἐνοσημάτων νοσημάτων ἑαυτοὺς σφάγια ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ παραδεδώκασι· καὶ παραδέχεται ταῦθ' οὕτως γεγονέναι οὐκ ἀλόγως πιστεύσασταῖς ἱστορίαις ὁ πιστὸς Κλήμης, ὑπὸ Παύλου μαρτυρούμενος, λέγοντος· μετὰ Κλήμεντος κ. τ. λ. Cfr. I Clem. c. 55.*

e) *Eusebium eandem, quae nunc exstat, Clementis epistolam ante oculos habuisse, verba ejus satis demonstrant.*

Hist. eccl. III, 16: *Τούτου δὴ οὖν τοῦ Κλήμεντος ὁμολογούμενη μία ἐπιστολὴ φέρεται, μεγάλη τε καὶ θαυμασία, ἣν ὡς ἀπὸ τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας τῆ Κορινθίων διετυπώσατο, στάσεως τρικάδε κατὰ τὴν Κορινθον γενομένης.*

Ibid. III, 38: *Τοῦ Κλήμεντος ἐν τῇ ἀνομολογημένη παρὰ πᾶσιν, ἣν ἐκ προσώπου τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας τῆ Κορινθίων διετυπώσατο. Ἐν ἣ τῆς πρὸς Ἑβραίους πολλὰ νοήματα παραθεῖς, ἤδη δὲ καὶ αὐτολεξεῖ ἑρῆτοῖς ἐξ αὐτῆς χρησάμενος κ. τ. λ.*

Epistolam nostram saepe iisdem verbis uti, quae in Epistola ad Hebraeos inveniuntur, nemo nescit <sup>1)</sup>).

1) Multi autamarunt, aut Clementem ipsum epistolam ad Hebraeos scripisse, aut certe eam in sua scribenda ante oculos habuisse. Longe aliter conjicit Dr. Mack (Tübing. theol. Quartalschrift 1838. Fasc. III. p. 385 sqq.), id agens, ut nobis ostendat, epistolam Clementis epistola ad

Hebraeos fuisse priorem, et hanc ad Clementis epistolam bene apud Corinthios introducendam confectam, et una cum Clementis epistola datam esse ad Corinthios. Mackium impugnavit W. F. Rinck in Ullmanni Stud. et Krit. 1839. Fasc. IV. p. 1002 sq.

- f) *Cyrillus Hierosolymitanus* Catech. 18. c. 8. fabulam de Phoenice (I Clem. 25.), ut ipse testatur, ex epistola Clementis profert.
- g) *Epiphanius* haer. 27. n. 6: *Ἀέγει γὰρ* (Clemens) *ἐν μιᾷ τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ· Ἀναχωρῶ, ἄπειμι, ἐνσταθῆτω ὁ λαὸς τοῦ Θεοῦ.* Cfr. I Clem. c. 54.
- h) *Hieronymus* de viris illustr. c. 15: *Scriptis* (Clemens) *ex persona Romanae ecclesiae ad ecclesiam Corinthiorum valde utilem epistolam, quae et in nonnullis locis publice legitur, quae mihi videtur characteri epistolae, quae sub Pauli nomine ad Hebraeos fertur, convenire. Sed et multis de eadem epistola, non solum sensibus, sed juxta verborum quoque ordinem abutitur.*

Idem Lib. XIV. Comment. in Isai. 52, 13: *Clemens, vir apostolicus, qui post Petrum rexit ecclesiam, scribit ad Corinthios: Sceptrum Dei, Dominus Jesus Christus, non venit in jactantia superbiae, quum possit omnia, sed in humilitate.* Cfr. I Clem. c. 16.

Idem Lib. I. Comment. in Ep. ad Ephes. 2, 2: *Clemens in epistola sua scribit: Oceanus et mundi, qui trans ipsum sunt.* Cfr. I Clem. c. 20.

Idem ibid. Lib. II. ad c. 4, 1: *Cujus rei et Clemens ad Corinthios testis est: Vinculum charitatis Dei quis poterit enarrare?* Cfr. I Clem. c. 49.

Testimonia posteriorum laceamus.

IV. Nonnulli veterum locos epistolae Clementinae laudant, qui in nostris exemplaribus non leguntur. E. g. *Basilii*, Lib. de spiritu sancto c. 29. n. 72. T. III. p. 61. ed. B. B. scribit: *Ἀλλὰ καὶ ὁ Κλήμης ἀρχαιώτερον* (f. *ἀρχαιώτερος*)· *ἕη, φησὶν, ὁ Θεὸς, καὶ ὁ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον*<sup>1)</sup>.

Sed fuit illorum rationes, qui hanc ob causam authenticam epistolae nostrae impugnarunt; fortasse enim omnes hi loci, quorum parvus est numerus, olim post caput 57 legebantur, ubi folium integrum excidit. Certe *ἕησις* illa Basilii, ut Freyius

1) Reliquos locos reperies in Galland. Bibl. T. I. p. 44 sq.

onuit, peropportune illi loco convenit, et accomodari potest Epistola ad finem decurrente.

V. Jam de *integritate* dicendum est.

a) Eodem anno 1633, quo primum epistola nostra typis vulgatur, *Hier. Bignonius*, Ictus Parisinus, integritatem ejus in dubium vocavit, plures clausulas et voces epistolae genuinae additas esse putans. Praesertim viro doctissimo displicebat

α) narratio de Phoenice c. 25.,

β) frequentia Epithetorum,

γ) vox *λαϊκὸς* c. 40. et

δ) locus capitis 47: ubi ecclesia Corinthiorum *ἀρχαία* vocatur.

Ipsi respondit *Hugo Grotius* <sup>1)</sup>, inter alia monens, Clementem re dubio aequae ac auctorem epistolae ad Hebraeos graecum rationem ex eruditis auctoribus hausisse, ideoque liberior citione, non, ut eam apud *hebraizantes* invenimus, in minutias incisa, sed largius fluenti, usum esse.

Quod narrationem de Phoenice attinet, alii quoque veterum g. Tacitus (Annal. VI, 29.) et Plinius (H. N. VII, 49. XIII, 9. XIX, 9.) eidem fabulae fidem habebant.

Ecclesiam Corinthiorum jam a Clemente, respectu aliarum clesiarum, *ἀρχαίαν* appellari potuisse, nemo negabit.

Denique de voce *λαϊκὸς* quae dicenda sunt, in notis ad 40. reperies.

b) Supra p. XXVI diximus, Clementem Alexandrinum multa epistolae nostrae capita (1. 9—12. 17. 18. 21. 22. 36. 38. 40. 41. 48. 49. 50. 51. 53.), tecto Romani Clementis nomine, excerpisse, et abbreviata libro quarto Stromatum intexuisse <sup>2)</sup>. *Eduardus* vero *Bernardus* et *Clericus* in utraque Amstelodamensi Cotelieriana editione Patrum apostolicorum suspicabantur, omnes hos locos Alexandrinum ipsum habere auctorem, e cujus libro interpolatam esse nostram epistolam contendunt.

Illis accessit *Laurentius Mosheim* V. C. <sup>3)</sup>. Ipsi enim in

1) Apud *Cotelier*. Patr. apost. ed. |  
eric. 1724. T. I. p. 133 sq.

2) Cfr. infra p. 66. not. 2.

3) Instit. hist. chr. majores p. 214 sq.

epistola nostra multa proferri videntur, quorum nulla est cum consilio; Corinthios ad concordiam vocandi, cognatio. *Priora, inquit, decem capita quaedam habent vestigia manus fallacis, sed non ita multa: persequitur auctor constanter consilium suum. At capite XI et XII ad fidem et hospitalitatem commendandam accedit, in quo nulla plane apparet cohaerentia cum praecedentibus. Quocirca parum abest, quin haec capita existimem intrusa esse. Redit ad institutum Clemens capite XIII, et in eo pergīt ad c. XXII. Hoc vero capite repente, nulla ipsum ratione invitante, ad argumentum longe aliud properat, ad resurrectionem corporum mortuorum, de qua ad caput usque XXVIII disserit. Capite XXVIII instituti sui recordari videtur iterum; atque hujus capituli initium bene concinit fini capituli XXI, difficillime vero cum exitu capituli XXVII jungi potest. Quapropter quae de cadaverum in vitam reditu praecipuntur sex capitibus, subjecta videntur esse Clementi . . . Neque melius existimo de capitibus XL—XLV et de capite LV, quibus ea legas, quae nulli potuerunt in mentem venire nisi homini, rei, quam agit, prorsus immemori.*

Quod Bernardi et Clerici attinet argumentationem, bene Wottonus <sup>1)</sup> ita disserit: *Irriti tamen sunt hujus conatus. Qui enim hoc modo ex Clemente Alexandrino arguit, aut eum non probe novit, aut mala fide agit. Eadem enim ratione actum erit de authentia et fide eorum omnium, qui a Clemente Alexandrino usquam citantur, scriptorum. Nemo enim Patrum majore licentia usus est in citandis auctoribus, sive sacris, sive ethnicis; cum ei in more sit, non integra auctorum verba semper recitare, sed pro arbitrio suo nunc contrahere, nunc de suo inserere, alia omittere, alia variis modis mutare.*

Moshemio denique ita respondeamus.

- α) Capp. XI et XII epistolae nostrae cum antecedentibus bene cohaerent, quippe quae eandem cum his materiam tractent, invidiae Corinthiorum exempla hospitalitatis, pietatis et fidei opponant, simulque poenas dissensionis (c. XI) ostendant.

1) In Notis ad I Clem. c. 9.

- β) Nec capita XXIII—XXVIII a consilio Clementis remota sunt. Resurrectionis enim Clemens aut ideo meminit, quia, teste I Cor. 15, 12., nonnulli Corinthiorum resurrectionem mortuorum negabant; aut ideo, ut ea, quae Noster c. 21 et 22 de poenis improborum dixerat, probarentur.
- γ) Capita XL—XLV aperte id agunt, ut Corinthios, contra clerum rebellantes, ad concordiam et subjectionem revocarent. Optime igitur consilio Clementis respondent, simulque arctissime cum capitibus 37 et 38 cohaerent.
- δ) Caput denique LV nil nisi exempla ejus charitatis profert, de qua capite antecedenti verba fiebant.
- ε) Porro nonnulla capita, Moshemio duplicentia, jam a Veteribus laudantur et citantur, e. g. c. LV ab Origene in Joann. I, 29; c. XXV a Cyrillo Hieros. Catech. 18, 8.
- ζ) Omnia capita in dubium vocata in antiquissimo illo codice Alexandrino reperiuntur.
- η) Quum epistola Clementis publice in ecclesiis praelegeretur, vix fieri poterat, ut ab homine improbo foedaretur.
- θ) Styli ac orationis diversitas nullibi in epistola nostra est reperienda.

VI. Recentiorum temporum viri docti et *authentiam* et *integritatem* primae Clementis epistolae ad unum omnes agnoscunt, et nulla jam gravior dubitatio hac de re movetur. Quem enim lateat primaeva simplicitas, qua ornatur, evangelica sapientia, qua excellit, apostolica praedicatio, quam sonat haec Clementis epistola? Nonne viro apostolico ea se praebet dignissimam? Omnia sane ei authentiae indicia adsunt. Audi Wottonum <sup>1)</sup>: *In illa, inquit, non violatur temporis ratio, nihil contra (antiquam) ecclesiae disciplinam instituitur; nihil contra doctrinam christianam praecipitur; stylus ac dicendi methodus proximè accedunt ad Novum Testamentum, neque aliquid, quod non est maxime viro apostolico dignum, in ea reperitur. Et alio loco <sup>2)</sup>: Illa vis et ἐνέργεια divina ubique in eo (Clemente) refulget, quae suo fulgore percellit animum legentis;*

1) Praef. p. CCVI.

| 2) In Dedicat.



adeo, ut paene dicam, Spiritum Dei, non hominem in eo loquentem sentias.

Hugo Grotius <sup>1)</sup> non simulatae vetustatis indicia in Epistola nostra reperiri contendit: *De Christo semper loquitur, non ut posteriores πλατωνικώτερον, sed simpliciter plane, et ut Paulus Apostolus solet. Alia quoque dogmata, postea subtilius explicata, tractat ἀρελέστερον, et vocibus κλήσεως, κλητῶν, ἐλεκτηῶν, sensu plane Paulino utitur.*

Nostris quidem temporibus *Schweglerus* (nachapostol. Zeitalter, T. II. p. 125 sqq.), et *Baurius* (die ignatian. Briefe und ihr neuester Kritiker, Tubg. 1848. p. 127 sqq.) authenticam hujus epistolae in dubium vocare conati sunt, sed strenue eam defenderunt *Bunsenius* (Ignatius v. A. und seine Zeit p. 189 sq.), *Ritschl* (Entstehung der altkathol. Kirche, Bonn 1850. p. 282) et alii.

VII. Magna fuit apud Veteres epistolae nostrae auctoritas, quam *Irenaeus* ἰκανοτάτην γραφήν <sup>2)</sup>, *Eusebius* μεγάλην τε καὶ θαυμασίαν <sup>3)</sup> appellat. Publice eam, praesertim diebus dominicis, in nonnullis ecclesiis fuisse praelectam, *Dionysius Corinthius* <sup>4)</sup>, *Eusebius* <sup>5)</sup>, *Hieronymus* <sup>6)</sup> et *Photius* <sup>7)</sup> testantur.

Minoris eam *Photius* ipse aestimabat, quod *Clemens* mundos trans Oceanum existere supponeret (c. 20), *Phoenicis* avis exemplo tanquam verissimo uteretur (c. 25), quodque pontificem praesidemque Dominum nostrum *Jesus Christum* appellans (c. 36), illas Deo convenientes ac sublimiores de eo voces non protulisset.

VIII. Jam de tempore, quo prima *Clementis* epistola scripta fuerit, disputemus.

Scriptam eam esse brevi post persecutionem aliquam, constat ex ipsa epistola, c. I. Esse vel *Neronis* vel *Domitiani* persecutionem nemo dubitat. *Grabius*, *Pagius*, *Orsius*, *Gallandius*, *Wottonus* aliique, *Neronis* persecutione desinente, proxime post

1) In Epist. ad Bignonium, apud *Coteler.*, Ed. Patr. apost. T. I. p. 134.

2) Adv. haer. III, 3.

3) *Euseb.* H. E. III, 16.

4) Apud. *Euseb.* H. E. IV, 33.

5) *Euseb.* H. E. III, 16.

6) *Hieron.* de viris illustr. c. 15.

7) *Biblioth. Cod.* 113.

Apostolorum Petri et Pauli martyrium, circa A. 68 scriptam eam esse contendunt. Cotelarius autem, Tillemontius, Lumperus, Schliemann (die Clementinen p. 409 sq.), Bunsen (Ignat. v. Antioch. etc. p. 95), Ritschl (l. c. p. 282) et Hilgenfeld (die apostol. Väter 1853. p. 84 et 99) temporibus persecutionis Domitiani circa A. 96 vel 97 eam exaratam arbitrantur.

Tota haec quaestio facillime posset dissolvi, si tempus Clementini episcopatus plane constaret. Ex supra dictis autem intelleximus, ecclesiasticum Clementis regimen aut annis 68—77, aut 92—101 esse tribuendum.

Quum vero res ita se habeat, epistolam ipsam inspiciamus, temporis indicia investigaturi.

- a) Clemens martyrii Apostolorum Petri et Pauli capite 5 mentionem faciens ait: *ἐλθόμεν ἐπὶ τοὺς ἔγγιστα γενομένους ἀθλητάς*. Inde apparet, epistolam nostram non multo post obitum Apostolorum, i. e. non multo post persecutionem Neronis exaratam esse.
- b) Capite 6 persecutio nuper praeterlapsa (c. 1) adeo cruenta, et multitudo martyrum tanta describitur, ut Neronis, non Domitiani tempora indicentur. *Ingentem enim multitudinem sub Nerone cruciatam fuisse, Tacitus (eadem sane phrasi, qua utitur S. Pater, πολὺ πλῆθος) nobis refert* <sup>1)</sup>; de Domitiano autem Tertullianus ita loquitur: *Tentaverat et Domitianus, portio Neronis de crudelitate, sed qua et homo, facile coeptum repressit, restitutis etiam, quos relegaverat* <sup>2)</sup>.
- c) Capite 5 et 6 nullus tot illustrium martyrum, qui sub Domitiano passi sunt, nominatur: non Flavius Clemens, non Ancilius Glabrio, non Flavia Domitilla, non Joannes Evangelista; quorum aliquem, ut Cardinalis Orsi <sup>3)</sup> monet, saltem memorasset S. Pater, si post Domitianeam persecutionem scripsisset.
- d) In fine c. 6 dicit Clemens: *ζῆλος καὶ ἔρις πόλεις μεγάλας κατέστρεψεν*. Quodsi, quando Noster haec scripsit, Jeru-

1) Annal. XV. c. 41—44.

2) Apolog. c. 5.

3) Istor. eccl. T. I. p. 412. Apud Galland. Bibl. T. I. Proleg. p. XIX.

salem jam cecidisset, cujus fatale excidium solo zelo et internis rixis acceleratum fuerat, Clemens illud moestissimum exemplum certe non omisisset, praesertim quia Dominus tam luculenter cuncta praedixerat. Cfr. *Windischmann*, *Vindiciae Petrinae* p. 54.

- e) Ante Domitiani tempora, et paulo post Neronis persecutionem epistolam nostram scriptam esse, suadet cultus Judaici mentio, in templo Hierosolymitano tunc adhuc stante vigentis. Capp. 40 et 41. Ad enervandum hoc argumentum Lardnerus et alii exemplum Flavii Josephi proferebant, qui A. 93 p. Ch. n. de sacrificiis non aliter disputavit, ac si templum adhuc exstilisset <sup>1)</sup>. Sed res utraque, Josephi et Clementis, longe dissimilis est. Josephus, sacros populi sui ritus describens, per figuram, historicis non inusitatum, praesenti, quod dicimus, historico utitur. Clemens autem, ut Corinthios ad ordinem servandum adducat, lectoribus ordinem Judaici cultus ante oculos ponit. Quodsi autem templum jam fuisset destructum, tota S. Patris argumentatio fuisset infirma, ipsaque adversarios invitasset, ut dicerent: en, eversione templi Hierosolymitani Deus ipse testatus est, talem ordinem sibi non esse exoptatum.

Ex his colligimus, epistolam nostram desinente Neronis persecutione et ante excidium Hierosolymae (A. 68—70) esse scriptam, S. Clementem autem ipsi S. Petro successisse.

Quae a Cotelerio aliisque objiciuntur, nullius sunt ponderis. Inde enim, quod Clemens c. 47. referat, primam Corinthiorum dissensionem ἐν ἀρχῇ τοῦ εὐαγγελίου excitatam esse, concludi non potest, longius temporis spatium ab illa prima dissensione esse praeterlapsum. Namque S. quoque Paulus, novem circiter annis post fundatam ecclesiam Philippensem, in epistola ad Philippenses IV, 15. de ἀρχῇ τοῦ εὐαγγελίου loquitur, minime innuens, ecclesiam Philippensem ante multos jam annos esse fundatam.

Nec id nos movet, quod S. Clemens c. 42. ecclesiam Corinthiorum ἀρχαίαν appellaverit. Ἀρχαία enim ecclesia, ut bene

1) *Antiquit.* III. c. 10.

animadvertit Dodwellus, optimo jure ea nuncupatur, quae ἐν ἀρχῇ τοῦ εὐαγγελίου, i. e. primis praedicati Evangelii temporibus, est fundata <sup>1)</sup>).

Windischmannus (l. c.) id magnopere urget, quod Clemens c. 4 scribat: „eos qui ab Apostolis pastores constituti sunt et πολλοῖς χρόνοις ab omnibus testimonium praeclarum reportarunt, ab officio suo remove, iniquum est.“ Unde sequi putat vir doctissimus, epistolam diu post mortem Apostolorum scriptam esse. Quodsi vero beatus Paulus jam secundo suo itinere ecclesiae Corinthiaca recens fundatae presbyteros praeposuit, illi a Clemente omni jure per „longum tempus probati“ nominari poterant.

IX. De doctrina S. Clementis, quae indolem Paulinam praesefert, *Lumperus* <sup>2)</sup>, *Heynsius*, *Junius* ac *Van Gilse* <sup>3)</sup>, *Möhlerus* <sup>4)</sup>, *Permaneder* <sup>5)</sup>, *Fessler* <sup>6)</sup>, *Hilgenfeld* <sup>7)</sup> et alii disputarunt.

X. *Secundae Clementis epistolae* a nemine antiquissimorum patrum fit mentio. Nam duas Clementis opistolae jam secundo post Christum seculo fidelibus notas fuisse, nullo modo e verbis Dionysii, Corinthiorum episcopi, conjici potest <sup>8)</sup>. Quum enim egregiam illam, de qua supra disputavimus, Clementis epistolam προτέραν appellaverit, id non respectu secundae cujusdam Clementinae epistolae, sed epistolae Soteris, Romani pontificis, pariter apud Corinthios publice praelectae, dixisse manifestum est.

1) Cfr. *Grabii* Spicil. T. I. p. 256.

2) *Historia theol. crit.* T. I. p. 56—92.

3) In *Commentationibus de Patrum apostolicorum theologia morali.* Cfr. supra p. XVI.

4) *Patrolog.* T. I. p. 61 sqq.

5) *Permaneder*, *Patrol. specialis* T. I. p. 32 sqq.

6) *Fessler*, *instit. Patrol.* T. I. p. 160.

7) *Hilgenfeld*, *die apostol. Väter*, Halle 1853. p. 85 sqq.

8) *Dionys. Cor.* apud *Euseb. H. E.* IV, 23: Ἐν αὐτῇ δὲ ταύτῃ (epistola Dionysii ad Soterem) καὶ τῆς Κλήμεντος πρὸς Κορινθίους μίμνηται (Dionysius) ἐπιστολῆς, δηλῶν ἀνέκαθεν, ἐξ ἀρχαίου ἔθους ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας τὴν ἀνάγνωσιν αὐτῆς ποιῆσθαι. Ἄγει γοῦν τὴν σήμερον οὖν κυριακὴν ἁγίαν ἡμῶν διηγούμεν, ἐν ἣ ἀνεγνώκαμεν ὑμῶν (Soteris) τὴν ἐπιστολὴν ἣν ἔξουεν ἀεὶ ποτε ἀναγνώσκοντες νοθεύεσθαι, ὡς καὶ τὴν προτέραν ἡμῖν διὰ Κλήμεντος γραφείσαν.

Gallandius <sup>1)</sup> et Lumperus <sup>2)</sup>. Sed vix in partes suas te trahent viri doctissimi, cum ipsorum argumenta sint levia, ipsique magis objectionibus aliorum bellum indixerint, quam suam opinionem probaverint. Illud absque omni dubio facilius erat; nam neminem fugiet, Hermannum Venemam <sup>3)</sup> aliosque nonnunquam leviores contra authenticam hujus epistolae objectiones esse ausos. Sed nemini defensorum hujus epistolae firma argumenta pro Clemente auctore proferre contigit.

Placet nobis Grabii sententia, a Möhlero quoque recepta <sup>4)</sup>, istam vulgo dictam epistolam secundam Clementis fuisse unam ex homiliis eidem (false) adscriptis, quales plures una fuisse patet ex Anastasii Antiocheni Quaest. 96.

*Wocherus*, nullo certo fundamento nixus, Dionysio, Corinthi episcopo, hanc epistolam tribuendam esse putat <sup>5)</sup>, *Schweglerus* eam ab Ebionita quodam, qui seculo secundo vergente Ebionitismum cum doctrina ecclesiastica componere studebat, conscriptam autumat <sup>6)</sup>. *Grabius* opus hoc spurium medio seculo III, post Origenis tempora, Clementi suppositum fuisse suspicatur <sup>7)</sup>; melius Dr. *Hilgenfeld* illud temporibus persecutionis Marci Aurelii adscribit et Gnosticis oppositum fuisse putat <sup>8)</sup>.

### III. DE SEPTEM EPISTOLIS IGNATII ANTIOCHENI.

I. De patria, genere ortuque beati Ignatii Theophori <sup>9)</sup> nihil certi apud Veteres invenitur. Judice Tillemontio celeberrimus hic Antiochiae episcopus Syrus potius, quam Graecus origine fuit.

1) Biblioth. T. I. Proleg. p. XIV.

2) Histor. theol. crit. T. I. p. 22.

3) Cfr. *Galland*. Bibl. l. c. p. XVII et *Lumper*. l. c. p. 27.

4) Patrol. T. I. p. 65 sq.

5) l. c. p. 204.

6) *Schwegler*, nachapostol. Zeitalter, T. I. p. 448 sqq.

7) Spicil. T. I. p. 269.

8) *Hilgenfeld*, die apostol. Väter, p. 111 sqq.

9) Num Ignatius ipse se Θεοφόρος appellaverit, cfr. infra p. 150. not. 4. Θεοφόρος = homo, qui Deum in pectore gestat; Θεόφορος = homo a Deo gestatus.

Ex verbis Gregorii Abulpharagii (Sec. XIII.) <sup>1)</sup> conjecerunt viri docti, Ignatium oriundum fuisse *Norae* in Sardinia, seu *Norae* in Cappadocia vel Phrygia <sup>2)</sup>, sed revera Syri beatum martyrem *Nureno* appellarunt, i. e. *igneum*, quia nomen *Ignatii* ab *igne* derivandum esse putarent <sup>3)</sup>. Metaphrastes et Menaea graeca apud Bollandum <sup>4)</sup> ipsum parvulum illum fuisse volunt, quem Salvator noster ultimo praedicationis suae anno Apostolis de primatu litigantibus ad imitationem proposuit, dum agebat <sup>5)</sup>: *quicumque humiliaverit se sicut parvulus iste, hic est major in regno coelorum* <sup>6)</sup>.

Ignatium S. Joannis Apostoli auditorem et S. Polycarpi discipulum fuisse, acta Martyrii ejus c. 3. et nonnulli Veterum tradunt <sup>7)</sup>. S. Gregorius M. eum etiam divi Petri discipulum vocat <sup>8)</sup>.

Constitutiones Apost. (VII, 46.) contendunt, Ignatium a divo Paulo episcopum Antiochiae esse ordinatum. Plerique tamen a Petro regimen ecclesiae illi traditum fuisse putarunt <sup>9)</sup>. Petrus Halloixius honore hoc a Joanne Evangelista eum donatum censet <sup>10)</sup>. In regenda Antiochena ecclesia Ignatium Evodio, ab Apostolis constituto, successisse, et secundum illius urbis episcopum fuisse, tradit Eusebius <sup>11)</sup>; Constitutiones Apostolorum autem (VII, 46.) innuunt, Evodium ac Ignatium eodem tempore ecclesiae Antiochenae praefuisse, illum a Petro, hunc a Paulo constitutum. Theodoretus denique tertiam propugnat opinionem,

1) Dynastiarum historia, Dynast. VII. p. 119 interprete Pocockio: *Ignatium Nuraniensem, episcopum Antiochenum, qui ad leones conjectus, ab iis discerptus est. Cfr. Grabe.*

2) *Grabe*, Spicil. T. II. p. 1 et 2 et *Jacobson*. Patrum apost. T. I. p. XX.

3) Cfr. *Densinger*. über die Aechtheit des bisherigen Textes der Ignatianischen Briefe. Würzburg 1849. p. 8.

4) Acta S. S. T. I. Febr. ad diem 1.

Patres apost. Ed. IV.

5) Matth. 18, 4.

6) Vide *Lumper*. Hist. theol. crit. T. I. p. 245 sq.

7) E. g. Eusebius in Chron. a divo Hieronymo latine vulgato ad A. 11 Trajani.

8) Ep. 37 ad Anastasium Antioch. Apud *Lumperum* l. c. p. 246.

9) *Chrysost.* hom. in S. Ignat. Mart. c. 4. p. 597. T. II.

10) In vita Ignatii, apud *Lumperum* l. c. p. 247.

11) *Euseb.* Hist. eccl. III, 22.

Ignatium immediate S. Petro successisse <sup>1)</sup>. Baronius (Ann. 45, 14 et 71, 11) atque Natalis Alexander (Sec. I. Diss. 14. Prop. 1) conjiciunt, Evodium ac Ignatium eodem tempore, alterum Judaeis, alterum Ethnicis ad verae religionis cultum conversis, praefuisse; quibus ad concordiam tandem adductis, Ignatium Evodio cessisse, iterumque post obitum illius sedisse.

De Ignatii cura pastorali verba faciunt acta martyrii c. I. Eadem porro narrant, Ignatium a Trajano, contra Armeniam et Parthos proficiscente Antiochiaequae morante, ad bestias damnatum, Romam esse abductum.

Post longam et periculosam navigationem, ad decem milites, quos leopardos vocat <sup>2)</sup>, alligatus, sanctus Martyr Smyrnam pervenit, ubi ex colloquio, cum S. Polycarpo et adjacentium ecclesiarum legatis habito, ingentem voluptatem percepit, et quatuor epistolas ad Ephesios, Magnesios, Trallianos et Romanos conscripsit.

Smyrna Troadem venit, ubi Ignatius paucorum dierum moram epistolis ad Philadelphenses, Smyrnaeos et Polycarpum exarandis dicavit. Inde Neapolim adductus, Philippos pertransiens Macedoniam totam peragravit. Epidamni vero (i. e. Dyrachii) in Epiro navem brevi soluturam offendens, Hadriaticum mare enavigavit, atque in Tyrrhenum ascendit. Puteolos ubi pervenit e navi descendere cupiebat, ut ad S. Pauli exemplum Romam Puteolis contenderet. At vento vehementi in altum repulsus urbem illam praeterire coactus est. Denique ad Portum Romanum perveniens a fidelibus, Roma obviam euntibus, salutatus, a custodibus autem festinantibus Romam in amphitheatrum ductus, et duobus leonibus objectus est, qui illico ipsum devorarunt, solis durioribus relictis ossibus, quae collecta Antiochiam pretiosi instar thesauri deportata sunt.

Ignatium nono anno imperatoris Trajani (a 26 Jan. 106 — 26 Jan. 107 p. Chr.) ad bestias damnatum, decimo autem Trajani anno, 20. Dec. 107, martyrio coronatum esse, acta passionis ejus tradunt c. 2 et 7.

1) *Theodoret.* Dialog. I. p. 49. T. IV. | 2) *Ignat.* ep. ad Rom. c. 5.

Aliam sententiam tenent Guilielmus Lloydus <sup>1)</sup>, Pearsonius <sup>2)</sup>, Pagius <sup>3)</sup>, Grabius <sup>4)</sup>, Norisius <sup>5)</sup> et alii, a Josepho Eckhelio <sup>6)</sup>, rei numismaticae apprime gnaro, et nuperrime a Dr. Henrico Francke <sup>7)</sup> repetitam, confirmatam et emendatam. Veterum scriptorum, monumentorum et numerorum testimoniis utentes illi, praesertim Eckhel et Francke, demonstrarunt, Trajanum exeunte anno 114 in Asiam se contulisse, Antiochiae hiemasse, initio anni 115 ibi terrae motu paene obrutum, ineunte vere anni 115 in Parthos et Armenos arma movisse et finito bello ad hiberna Antiochiam reversum esse. — Haec cum certissima sint, viri doctissimi inde concludunt, Ignatium nostrum illo ipso anno 115 a Trajano Antiochiae degente circa tempus magni illius terrae motus a Trajano anno ejus 18<sup>mo</sup> damnatum esse, et omnes illis adstipulentur oportet, qui Trajanum semel tantum Antiochiae moratum esse contendunt.

Tillemontius <sup>8)</sup> vero et Eduardus Corsinus <sup>9)</sup> *duplicem* Armeniacam et Parthicam expeditionem a Trajano susceptam statuere et numis confirmare studuerunt, quibus et nos in prioribus editionibus plane accedentes scripsimus: „*Testibus Dione et Zonara Optimi nomen tunc primum Trajano concessum fuit, cum is Armeniam expulso Parthamasiride ceterisque regulis omnino sublatis occupasset. Ideoque, cum in numis pluribus Romae percussis Optimi nomen Trajano tributum occurrat, in quibus ipse Consul V vocatur, dubitari certe vix poterit, quin Trajanus Armeniam subegerit ante annum 112 (U. C. 865),*

1) Cfr. *Grabe*, Spicileg. T. II. p. 22.

2) In dissertatione posthuma de anno, quo S. Ignatius a Trajano Antiochiae ad bestias erat condemnatus, quam dissertationem Smithius et Jacobsonus (T. II. p. 524 sqq. edit. II) in suas editiones receperunt.

3) *Pagi*, Critica in Annales Baronii, ad ann. 107. n. 3—6.

4) *Grabe*, Spicileg. T. II. p. 22.

5) *Noris*, epistola consularis, in T. II Opp. omnium, ed. *Baller*. p. 927.

6) *Eckhel*, doctrina numerorum veterum, P. II. Vol. VI. p. 450 sqq. Vindob. 1796.

7) *Francke*, zur Geschichte Trajans, Güstrow, 1837. p. 253 sqq.

8) Hist. des Emper. T. II. Not. 17. sur Trajan. *Idem*, Mémoires pour servir etc. T. II. p. 195 et Not. 10. p. 583.

9) *Galland*. Biblioth. T. I. Proleg. p. LXI sq.



quo sextum Consulatatum Romae suscepit. Denique, ut alia Corsini argumenta silentio praeteream, eximius alter Trajani numus habetur, in quo Caesar ipse *APICT. CEB. FERM. ΔΑΚ. ΠΑΡΘ.* i. e. Optimus, Augustus, Germanicus, Dacicus, Parthicus appellatur, simulque decimus imperii ipsius annus expressus conspicitur. Ergo anno U. C. 861 (107 p. Ch.), in quem decimus imperii annus incurrit, Trajanus jam Optimi atque Parthici nomen acceperat. Duplex igitur Trajani in Orientem profectio agnosci debet, nihilque gravius obstat, quo minus anno 107 Ignatium e vivis decessisse putemus<sup>1)</sup>.

Argumentationem hanc ideo proponendam putavimus, ut notam chronologicam, quae in actis Martyrii S. Ignatii c. 2 invenitur, ἐνώτω ἔτει, cum historia componeremus. Nonnulla vero illi dubia obstare, lubenter concedam. Prae cunctis Josephus Eckhel, in opere celeberrimo „*Doctrina numorum veterum*“ (P. II. Vol. VI. Vindobonae 1796. p. 448 — 454) contra Tillemontium omni vi contendit: a) Trajano non ante annum 867 U. C. = 114 p. Ch. titulum *Optimi* fuisse decretum (p. 449. 452), b) nomine *Parthici* Trajanum non nisi in monumentis tribuniciae suae potestatis XIX et XX = a. 116 et 117 decorari (p. 450); c) numos ergo illos, qui a Tillemontio (Corsino et nobis) supra in testimonium aducta sunt, Eckhelius plane falsas et adulterinas declarat. „*Bellam, inquit p. 451 sq. Trajani historiam, quam quis ex catalogis seu lapidum seu numorum, quos nobis Gruterus, Muratorius, Mediobarbus obtusere, volet contexere! Non habent fabulae, monstra magis obscoena, Chimaeras, Cerberos, Centauras, quam inauspicatus is partus erit, ut nec pes nec caput uni reddatur formae. Sinceri lapides et numi nequaquam ante consulatum VI (= 112 p. Ch.) aut titulum Parthici, aut Parthici belli facta sistunt. Numi TIGRIS, vel INDIA, vel REX PARTHIS DATUS addito COS. V. unum Mediobarbum praeconem habent.*“ In Eckhelii partes ierunt Francke (Zur Geschichte Trajans,

1) Addamus: teste Malala Trajanus | Januarii cum feria quinta, A. 107  
septima Januarii, feria quinta An- | (non A. 115) concurrisse ostendit  
tiochiam ingressus est. Sed septimam | Usserius (Not. 6 in Martyr. S. Igu.)

1837. p. 253 sqq.) et Uhlhornus (in *Niedner*, *Zeitschrift für histor. Theologie* 1851. p. 255), sed ab his et ab illo nil nisi affirmationes et nullibi certa et firma argumenta falsitatis numerorum illorum prolata sunt.

Eckhelius praeterea duplicem Trajani expeditionem Armeniacam et Parthicam negavit (l. c. p. 451 sqq.), quia „*ex auctoribus et monumentis veteribus plane constat, Trajanum in consulatu VI (quod a. 112 p. Ch. coepit) in Orientem profectum esse; at illum per consulatum V (ergo annis 106 et 107) Roma abfuisse, nedum longinquum, grave ac periculosum in remoto Oriente bellum gessisse, nullo indubitatae fidei testimonio potest comprobari. An credibile, istud praeteritum fuisse ab historicis, et ab horum nullo vel tenuem factam mentionem belli Parthici duplicis, cum tamen duplex bellum Dacicum aperte distinguant Dio et Spartianus.*“ Francke et Uhlhorn etiam in hac re vestigia Eckhelii secuta sunt, non attendentes, unam partem assertionis ab eo probatam esse, non alteram. Concedimus equidem, Trajanum anno 867 U. C. = 114 p. Ch. ad bellum Parthicum profectum esse; pro altera autem assertionis parte, unum tantum fuisse bellum Parthicum, Eckhelius nil nisi argumenta ex *silentio* profert.

Ceterum non negabimus, Eckhelii et aliorum sententiam cum actis martyrii S. Ignatii posse componi, si in secundo horum capite verba *ἐνάτω ἔτει*, quorum auctoritas dubia est, cum Grabio et aliis mutemus. Vetus interpret latinus habet: *quarto anno*; Grabius coniecit *δεκάτω ἐνάτω ἔτει*, quod a 26 Jan. 116 coepit; anno 115 respondet *ὀκτώκαιδεκάτω ἔτει (11)*.

Apud Uhlhornum (l. c. p. 255), Francke (l. c. p. 261) et Eckhelium (l. c. p. 454) legimus, Tillemontium postea a sententia sua de duplici expeditione Parthica recessisse; quod a veritate alienissimum est. Eo enim ipso loco, quem Eckhelius laudat, Tillemontius (Not. XXII et XXV in Traj., *Histoire des empereurs*, T. II. p. 512. Venise. 1732) sententiam suam *repetit*, et de *secundo* itinere Trajani (le second voyage) loquitur. In Eckhelii verba hic temere jurarunt Francke et Uhlhornus. In alia autem re posterior ab omnibus differt. Acta martyrii

S. Ignatii spuria reputans, beatum Martyrem non a Trajano ipso, Antiochiae morante a. 115, sed a proconsule ejus jam intra a. 105—108 ad bestias damnatum esse conjicit ea ex causa, quod Eusebius, Chronicon Paschale, Hieronymus et acta (spuria) martyrii mortem ejus huic tempori (105—108) adscribant (l. c. p. 258 sqq.).

II. Quindecim sub nomine S. Ignatii circumferuntur epistolae, e quibus tres latine tantum ad nos pervenerunt, et Graecismum minime redolentes, non ab Interprete, sed Auctore latino profectae videntur: ad B. Virginem una, ad S. Joannem duae. Caeterae graece supersunt.

Ex quindecim his epistolis octo unanimi doctorum consensu spuriae habentur: 1) una ad B. Virginem, 2) et 3) duae ad S. Joannem, 4) una ad Mariam Cassabolitē, 5) una ad Tarsenses, 6) una ad Antiochenos, 7) una ad Heronem, diaconum Antiochenum, 8) una ad Philippenses <sup>1)</sup>.

Reliquarum septem, quae datae sunt 1) ad Ephesios, 2) ad Magnesios, 3) ad Trallianos, 4) ad Romanos, 5) ad Philadelphenses, 6) ad Smyrnaeos et 7) ad Polycarpum, duplex exstat graecum exemplar, alterum brevius, alterum longius. Recensionem breviorē longiori esse praehabendam, paene ad unum omnes viri critici affirmarunt. *Schmidtus* <sup>2)</sup> autem et *Netzius* <sup>3)</sup>, neutri recensionī laudem sinceritatis praebentes, utramque ex immutatione genuini cujusdam exemplaris ortam putabant <sup>4)</sup>. Novissimis vero temporibus D. *Carolus Meier*, theologiae professor Giessensis nuper demortuus, longiori recensionī palmam tribuens, eam non plane quidem integram et genuinā, breviori tamen longe praefereendam esse contendit <sup>5)</sup>. Sed tantum aberat,

1) Cfr. virorum doctorum de hisce epistolis judicia apud Russelium et Jacobsonum (T. I. p. XXV sqq.).

2) *Versuch über die gedoppelte Recension der Briefe des Ignatius*, in: *Hencke*, Magazin für Relig. philosphie. T. III. p. 91 sqq. Opinioni huic Schmidtus postea nuntium misit

(Kirch.Gesch. T. I. p. 209 sq).

3) In: *Ullmann*, Studien u. Krit. 1835. p. 881 sqq.

4) Hanc opinionem secutus est V. C. *Carolus Hase*, Kirchengesch. p. 70. ed. V.

5) In: *Ullmanni Stud. et Krit.* 1836. p. 340 sqq.

ut virorum doctorum applausu id faceret, ut neminem, quem sciam, in suam traheret sententiam, plures vero, re iterum in litem vocata, brevioris recensionis rem agerent. Laudemus hic V. D. *Richardum Rothe* <sup>1)</sup> Heidelbergensem, *Arndtium* <sup>2)</sup> Ratzeburgensem, *Baurium* Tubingensem <sup>3)</sup> et *Fridericum Düsterdieck* Hämelensem <sup>4)</sup>.

Meierus tribus potissimum argumentis sententiam suam firmare conatus est.

a) In breviori, inquit, recensione Nicaena de Deitate Christi doctrina tenetur, ergo Postnicaenis temporibus exarata putetur; longior vero recensio minus decisum de hac re dicendi genus, apostolicis temporibus congruum, prae se fert et servat. — Verum acior utriusque recensionis inspectio docet, longiorem quoque octiesdecies Christum *Deum* nominare, eam magis definite de *persona* Spiritus sancti loqui, pleniorique formula Trinitatis esse usam <sup>5)</sup>; quò fit, ut merito posterioribus sit temporibus tribuenda.

b) Secundum argumentum Meierus ex styli caractere depromit, monens, brevioris recensionem epitomes deformis et obscurae ferre naturam, cui longior textu meliori lumen praebere debeat. Sed contra plures longioris recensionis loci a breviori demum illustrantur. Illam justo esse loquaciorem, dictionisque gravitate carere, facile videas. Nec minus additamenta inertia et citationes superfluae te fugient, quibus interpolator genuinum textum augere est ausus. Brevioris vero recensionem nemo epitomen putabit, qui succinctum et concisum sermonem, gravibus sentiis refertum, grammaticis quidem regulis minus obnoxium, sed ardore scriptoris ferventem a frigida duraque epitome possit discernere. Quod denique obscu-

1) Die Anfänge der christl. Kirche. Wittenberg. 1837. p. 739.

2) In: Ulmanni Stud. et Krit. 1839. p. 136.

3) Tübing. Zeitschr. für Theol. 1838. Fasc. III. p. 148.

4) *Düsterdieck*, de Ignatianarum

epistolarum authentia etc. Commentatio Gottingae praemio regio ornata, p. 20 sqq.

5) Cfr. *Arndt*, in: *Ullmanni Stud.* etc. 1839. p. 161—146; *Rothe*, *Anfänge* etc. p. 744—751 et *Düsterdieck*,

l. c. p. 26 sq. et 33.

ritatis opprobrium attinet, id de corruptis praesertim locis dictum putes, quibus saepissime medela potest afferri <sup>1)</sup>).

c) Testem quoque antiquum suae opinionis adducit Meierus, Chronicon dico Paschale, temporibus Constantii imperatoris conscriptum (ad a. D. 32. p. 416. Vol. I. ed. Bonn. 1832), in quo longioris recensionis locus (ad Trall. c. 10) laudatur. Sed antiquiores nobis testes praesto sunt, Eusebius <sup>2)</sup> et Athanasius <sup>3)</sup>, quibus brevioris recensionem ad manus fuisse inde facile colliges, quod verba ab ipsis citata in breviori tantum, non aequae in longiori inveniuntur recensione <sup>4)</sup>).

d) Denique in longiori recensione praeter episcopos, presbyteros et diaconos reliqui quoque clericorum ordines nominantur (Philad. c. 4: καὶ ὁ λοιπὸς κλήρος), qui S. Ignatii temporibus nondum in ecclesia exstiterunt.

Brevioris ergo recensionem merito longiori, interpolatae, praefendam putamus.

III. Quum e tenebris iterum in lucem prodirent epistolae S. Ignatii, primae omnium detectae et typis impressae sunt Parisiis 1495 falsae istae tres epistolae, latine tantum scriptae, ad B. Virginem una et ad S. Joannem duae. Cfr. supra p. XLIV. Nro. II. Tribus annis post *Jacobus Faber Stapulensis*, his epistolis, „quod tenebris omnium dignissimae fuerint“ omissis, undecim alias (7 interpolatas et 4 falsas) e versione veteri latina edidit Parisiis 1498. Anno autem 1536 *Symphorianus Champerius* Lugdunensis has a Fabro editas cum tribus aliis ab illo rejectis, et quarta (non minus falsa) ad Mariam Cassabolitem, nunquam ante publicata, edi curavit; atque ita tandem 15 Ignatii epistolae latine exstiterunt.

Duodecim earum (7 interpolatas et 5 falsas) e codice

1) *Arndt* l. c. p. 149—161; et *Rothe*, l. c. p. 756 sqq.

2) *Hist. eccl.* III, 36.

3) De synodo Arim. et Seleuc. p. 292. T. I. ed. Paris. 1627.

4) *Rothe*, l. c. p. 742. 743. Fu-

siori modo argumenta Meieri enervavit *Düsterdieck* l. c., qui *thetica* quoque argumentatione breviori recensionis originis primitivae laudem vindicare studet, et interpolatam editionem ante medium seculum quartam exaratum esse negat, p. 28—41.

*graeco* Bibliothecae Augustanae primus omnium Dillingae 1557 edidit *Valentius Hartungus Frid*, seu *Pacaeus*, nomine pro aevi consuetudine immutato. Eisdem 12 epistolas *Andreas Gesnerus* graece et latine (interprete Joanne Brunnero) e codice Bibliothecae V. C. Gaspari a Nydpryck, Tiguri 1559 edidit. Quum Pacaei editio ipsum lateret, Gesnerus primum se graecas Ignatii epistolas edidisse jactabat.

Paene centum annis post breviores demum et genuinae S. Ignatii epistolae detectae sunt, easque primus graece in lucem protulit Amstelodami 1646 *Isaacus Vossius* ex uno superstite Bibliothecae Mediceae codice ms. seculi XI, veteremque latinam versionem addidit, quam graeco exemplari propemodum in omnibus respondentem Oxonii 1644 e duobus codicibus, uno Cantabrigiensi et altero ex bibliotheca Richardi episcopi Norvicensis, *Jacobus Usserius*, Archiepiscopus Armachanus vulgaverat <sup>1)</sup>.

Verum quum in illo (et unico) codice Mediceo seu Florentino deesset epistola ad Romanos, Vossius illam ex interpolatarum editione desumptam, duce vetere interprete, suae integritati restituere adortus est. Anno autem 1689 Epistolam ad Romanos, veteri latinae versioni ad amussim respondentem, e Cod. 1451 Bibliothecae regiae Parisiensis membranaceo <sup>2)</sup>, Parisiis publici juris fecit *Theodericus Ruinartus* in *Actis Martyrum sinceris*; quam deinceps *Grabius* et *Clericus* prodire jusserunt. Anno 1709 Oxonii prodiit praestantissima *Thomae Smithii* editio, quam secuti sunt *Ludovicus Frey*, *Richardus Russel*, *Andreas Gallandius* et *Guilielmus Jacobsonus*; quos et nos duces habuimus.

IV. Authentiam epistolarum S. Ignatii primi impugnare tentarunt *Salmasius*, *Blondellus* et praesertim *Joannes Dallaeus (Dailé)*, Theologus e Gallia celeberrimus et V. D. minister apud Calvinistas Charentonenses, qui a. 1666 in libro: „*de scriptis quae sub Dionysii Areopagitae et Ignatii Antiocheni*

1) Cfr. *Pearson*. Vindiciae Ignatianae, in *Coteler*. Opp. Patrum Apost. ed. *Cleric*. 1724. T. II. Append. p. 264 sqq.

2) Codex hic, olim Colbertinus 460, acta martyrii S. Ignatii continet, quibus capite IV epistola Ignatii ad Romanos interposita est.

*nominibus circumferuntur*“ demonstrare conatus est, epistolas nostras plane subditiatas et diu post obitum S. Ignatii a falsario quodam confectas esse. Paulo post earum authenticam egregie defendit *Joannes Pearsonius*, presbyter, postea episcopus Anglicanus in celeberrimis suis „*Vindiciis Ignatianis*“, quae primum Cantabrigiae a. 1672 prodire, et quum praesertim in terris cis mare rariores fierent, a *Joanne Clerico* in utramque novam editionem operis *Coteleriani* (SS. Patrum etc. opera, T. II. P. II. p. 250—440) receptae sunt. Novissima „*Vindiciarum*“ editio nuperrime ab *Eduardo Churton* Oxonii 1852 (2 Vol. 8.) adornata est: „*Vindiciae Epistolarum S. Ignatii, auctore Joanne Pearson Episcopo Cestriensi. Editio nova annotationibus et praefatione ad hodiernum controversiae statum accomodata.*“

Pearsonium oppugnare sunt aggressi *Matthaeus Larroquanus*, *Samuel Basnagius*, *Casimirus Oudin* et alii, quibus frequens Episcoporum mentio in his epistolis praeter alia minime placebat. Sed iis responderunt, authenticam epistolarum nostrarum defendentes, *Nicolaus Nourrius* <sup>1)</sup>, *Remi Ceillier* <sup>2)</sup>, *Thomas Maria Mamachus* <sup>3)</sup> et *Lumperus* <sup>4)</sup>. Nostris temporibus praesertim *D. Baurius* Tubingensis <sup>5)</sup> authenticam epistolarum Ignatii in dubium vocat, mediisque seculi II. temporibus eas Romae a falsario quodam in favorem episcopatus ideae confectas esse contendit. Ipsi accessere *Schweglerus* <sup>6)</sup> Tubingensis et *D. Hilgenfeld*, Professor Jenensis <sup>7)</sup>.

Contrarias partes tenuerunt, authenticam septem epistolarum S. Ignatii defendentes, Doctor *Rothe* <sup>8)</sup>, *Joannes Eduardus*.

1) *Apparat. ad Biblioth. max. Patrum* T. I. p. 78 sqq.

2) *Hist. general.* T. I. p. 626.

3) *Origines et antiq. Christ.* T. IV. p. 377 sqq.

4) *Hist. theol. crit.* T. I. p. 266—268.

5) *Baur*, Die sogenannten Pastoralbriefe des A. Paulus, auf's neue kritisch untersucht, von Dr. *Baur*. p. 87. *Abgenöthigte Erklärung.* Tüb. Zeitschr. für Theol. 1836. Fasc. 3. p. 199 et 1836.

Fasc. 3. p. 149 sqq. Die Ignat. Briefe und ihr neuester Kritiker. Tübing. 1848. *Baurii* sententias repetivit *Schweglerus*, das nachapostolische Zeitalter, T. II. p. 159—179.

6) *Schwegler*, das nachapost. Zeitalter T. II. p. 159 sqq.

7) *Hilgenfeld*, die apostol. Väter. Halle 1853.

8) *Anfänge der christl. Kirche* p. 715 sqq.

*Hutherus* <sup>1)</sup>, *Fridericus Düsterdieck* <sup>2)</sup>, *Gerardus Uhlhorn* <sup>3)</sup> et *Anonymus* quidam in ephemeridibus: *Herold des Glaubens* <sup>4)</sup>.

V. Quae nos, epistolarum Ignatii rem agere, moveant, audi:

1) Minime D. Baurius nobis persuasit, *Romanum Ignatii iter*, quod scribendi has epistolas occasionem praebuisse perhibetur, esse commentitium.

a) Trajanum enim Antiochiae hiernasse dubitari non potest.

b) Eum Christianos, illos praesertim, qui delati et accusati erant, ad mortem damnasse, nemo jure negabit. Jam Plinio enim proconsuli imperator mandaverat: „*si deferantur et arguantur, puniendi sunt.*“ Cfr. *Uhlhorn*, l. c. p. 264.

c) Plebs, panem et *circenses* postulans, meliori nullo modo placari poterat, quam Christianorum ad *bestias* damnatione.

d) Imperatorem aut proconsulem ejus (si *Uhlhornum* audias) damnatos Christianos Romam misisse, ut Romanae plebi grati aliquid faceret, nullo modo veritati repugnat. Cfr. *Uhlhorn* l. c. p. 264 sq.

e) Quod Ignatius Smyrnae et Troade fratres convenisse ubique epistolas scripsisse perhibetur, id minime contradicit crudelitati custodum, de qua ipse in Ep. ad Rom. c. 5 queritur. Apud Romanos enim captivis, ad milites alligatis, permissum erat, amicos suscipere et libere colloqui cum illis. Paulus e. g. in vinculis Christum praedicavit. Cfr. Act. 28, 16. 30. 31. Praeterea saepissime Christiani aditum ad martyres et incarceratos argento a militibus emerunt. Optime ergo *Pearsonius* <sup>5)</sup> scribit: *Haec cum fuerit vetustissima ecclesiae consuetudo, idem etiam in Ignatii vinculis factum constat. — — Omnibus igitur modis Diaconi aliique ab Ecclesiis missi Ignatio in itinere ministrabant, adeoque eum a vexationibus militum, quantum in ipsis erat, praemiis redimebant. Hinc autem recte intelligitur, quod*

1) Betrachtung der wichtigsten Bedenken gegen die Aechtheit der Ignatianischen Briefe. Von Dr. Joh. Ed. Huther, in *Iugeni* Zeitschrift für histor. Theol. T. XI. Fasc. IV. p. 3—73.

2) *Düsterdieck* in libro jam supra laudato.

3) In *Niedner*, Zeitschrift für histor. Theol. 1851. p. 247 sqq.

4) *Herbipoli* 1839. N. 40—45.

5) *Vindiciae Ignatianae* Pars II. c. 11.



de militibus, quos Leopardos vocat, scribit: οἱ καὶ εὐεργετούμενοι χεῖρους γίνονται, scilicet, quo plus pecuniae a fidelibus acciperent pro relaxatione vexationis, eo acrius ex intervallo S. Martyrem vexabant, quo majorem pecuniae vim extorquerent, et Christianos copiosius emungerent. Quare cum toties Ignatio contingeret refrigeratio et ab iniquitate militum redemptio, et, ut loquitur Tertullianus, „facultas liberae custodiae,“ facile potuit illas, quas habemus, epistolas exarare, quarum aliquae non multum longiore, quam unius horae spatio scribi potuerunt, neque ex illis ulla tam proluxa est, ut plures quam tres horas postulet. Cfr. Uhlhorn, l. c. p. 271 sq.

f) Exceptiones, quae adversus Romanum Ignatii iter itinerisque rationem sunt prolatae, mihi fuit videntur. Doctissimae Tafelij de via Ignatia dissertationes novam huic rei lucem attulerunt <sup>1)</sup>, quas qui perlegerit, tantum abest, ut viam, qua sanctus Martyr ductus esse narratur, monstrosam putare possis, ut clare perspiciat, illum non nisi vulgari Romanorum via militari quae vocabatur Egnatia, usum esse. Cfr. infra acta Martyris S. Ignatii c. 5.

g) Ignatius, Smyrna Romanis scribens, non absurda, ut Baurio videtur, peregit. Duae enim viae Smyrna Roman ducebant, altera maritima, altera terrestris (via Egnatia), ut bene docuit V. C. Tafel (l. c.). Terrestris via Ignatius, fortasse quia militibus negotia erant in Troade et Macedonia, ducebatur (cfr. Acta martyr. c. 5.); epistola autem, sine dubio via maritima, navi quadam *cursoria*, in urbem missa, ante Ignatium ipsum Romae advenire poterat. Nec dubitari potest, quin terrestris quoque via epistola illa, alii cuidam tradita, citius Romam venire potuerit, quam Ignatius ipse, senio confectus <sup>2)</sup>.

1) Tafel, de via militari Romano- rum Egnatia, qua Illyricum, Macedo- nia et Thracia jungebantur. Dissertationes II. Tubingae, Laupp. 1837 et 1841. Via Egnatiana jam a Stra- bone primo ante Christum seculo de- scripta est. Quis eam suo nomine insignerit, nunc in obscuro est; for- tasse idem vir, qui et urbi Egnatiae in Apulia originem dedit. Cfr. infra Martyrium S. Ignat. c. 5 et Uhlhorn, l. c. p. 270.

2) Chrysostomus (Orat. in S. Ignat. T. II. c. 4. p. 598. ed. Montf.) addit Trajanum Ignatio longiora itinera spatia proposuisse, ut et itineris et

b) Nec absurde Ignatius a Romanis precatus est, ut ab omni conatu, ipsum liberandi, abstinerent. Mos enim erat Christianorum, tantum, quantum poterant, nili, ut fratres propter fidem captos et damnatos liberarent, quod discimus ex Const. Apost. IV. §. 9. V. §§. 1. 2., ex Luciani Peregrino §. 12, et ex Eusebii Hist. eccl. VI, 40. 1). Notum porro est, jam tempore Pauli Apostoli ἐν Κασσαροῦ οἰκίᾳ fuisse fideles; tempore autem Domitiani Domitillam et Clementem, ex familia Caesaris, christianorum sacra secutos esse, innuit Suetonius. Romanorum denique magistratum sacram auri famem nemo nescit. Facile itaque aut pecunia, aut dolo, aut alia quadam ratione, fideles aliquid in favorem Ignatii moliri poterant. Alio modo Uhlhornus (l. c. p. 266) objectionem Baurii et aliorum ex epistola S. Ignatii ad Romanos desumptam removet. Si enim Ignatius, ut ipsi videtur, non ab imperatore ipso, sed a proconsule ejus damnatus et Romam missus fuerat, fideles in Urbe degentes perfacile aliquid ad eum liberandum moliri, praesertim ad imperatorem appellare poterant, immo ipso damnato nolente.

i) Ignatium in *Occidentem* profectum esse, ex verbis S. Polycarpi patet. Capite enim XIII Ep. ad Philippenses legimus: „*Et de ipso Ignatio, et de his, qui cum eo sunt, quod certius agnoveritis, significate.*“ Quodsi autem Ignatius Antiochiae remansisset; nec in *Occidentem* venisset, nullo modo Polycarpus Smyrnensis verba illa ad Philippenses scripsisset, quod facile ex situ locorum demonstratur.

Roma ⊙ . . . ⊙ Philippi . . . ⊙ Smyrna . . . ⊙ Antiochia. Nemo sane Smyrnaeorum Philippenses adibit, ut certior fiat de iis, quae Antiochiae gerantur; bene autem quae Romae eveniant, a Philippensibus edoceri poterit.

k) Ignatium ad *bestias* damnatum esse, S. Irenaeus 2) testatur. Ὡς εἰπέ τις τῶν ἡμετέρων διὰ τὴν πρὸς Θεὸν μαρτυρίαν κατακριθεὶς πρὸς θηρία. „ὅτι σίτος εἰμι Θεοῦ, καὶ δι' ἐδόντων θηρίων ἀλήθομαι, ἵνα καθαρὸς ἄρτος εὔρεθῶ.“

temporis longitudine viri constantiam | Ignatii ad Rom.

labefactaret.

2) Adv. haer. V, 28. Apud Euseb.

1) *Cotelier.* ad c. 1 Epistolae S. | Hist. eccl. III, 36.

Ex Epist. Ign. ad Rom. c. 4. Irenaeus autem, Polycarpi discipulus, nullo modo hac in re errare poterat.

l) Ignatium Romae cum bestiis pugnasse, clare docet Origenes<sup>1)</sup>. Καλιῶς ἐν μιᾷ τῶν μάρτυρός τινος ἐπιστολῶν γέγραπται· τὸν Ἰγνάτιον λέγω, τὸν μετὰ τὸν μακάριον Πέτρον τῆς Ἀντιοχείας δευτέρον ἐπίσκοπον, τὸν ἐν τῷ διωγμῷ ἐν Ῥώμῃ θηρίοις μαχησάμενον· „καὶ ἔλαθε τὸν ἀρχόντα τοῦ αἰῶνος ἢ παρθενία Μαρίας.“ Ex Ep. Ign. ad Ephes. c. 19.

m) Itineris Romani Eusebius<sup>2)</sup> quoque testis est: Λόγος δ' ἔχει, τοῦτον (Ignatium) ἀπὸ Συρίας ἐπὶ τὴν Ῥωμαίων πόλιν ἀναπεμφθέντα, θηρίων γενέσθαι βορὰν, τῆς εἰς Χριστὸν μαρτυρίας ἕνεκεν.

n) Magni denique ponderis S. Chrysostomi<sup>3)</sup> est effatum, Antiochenam de Ignatio Antiocheno traditionem testificans: Ἐν μέσῳ τῷ θεάτρῳ, τῆς πόλεως ἄνω καθεζομένης ἀπάσης, τὸν τοῦ μαρτυρίου τρόπον ὑπέμεινε, θηρίων ἐπ' αὐτὸν ἀφεθέντων· ... Ἀκούσας γὰρ, ὅτι οὗτος αὐτὸν τῆς τιμωρίας ὁ τρόπος μένει, „Ἐγὼ τῶν θηρίων ἐκείνων ὄναμιγρ“ ἔλεγε. Ex Ep. Ign. ad Rom. c. V.

Recentiorum testimonia taceamus, de Romano Ignatii itinere minime dubitantes. Confer autem, quae Hutherus l. c. p. 57—61 et Uhlhorn l. c. p. 264—274 contra Baurium monuerunt.

2) Non minus testimoniis Veterum probari potest, Ignatium plures exarasse epistolas.

a) De epistolis Ignatii primus Polycarpus<sup>4)</sup> verba facit: Τὰς ἐπιστολάς Ἰγνατίου, τὰς πεμφθείσας ἡμῖν ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ἄλλας, ὅσας εἶχομεν παρ' ἡμῖν, ἐπέμψαμεν ὑμῖν, καθὼς ἐνετείλασθε· ... ἐξ ὧν μεγάλα ὠφελήθηται δυνήσεσθε. Περιέχουσι γὰρ πίστιν καὶ ὑπομονὴν καὶ πᾶσαν οἰκοδομίην, τὴν εἰς τὸν κύριον ἡμῶν ἀνήκουσαν. Qui igitur epistolas Ignatii in dubium vocare velint, Polycarpi quoque epistolae, praeunte Dallaeo, bellum indicant oportet. Sed quis est, qui putet, falsarium quemdam eo temeritatis esse progressum, ut vivente adhuc sancto

1) Homil. VI. in Luc.

2) Hist. eccl. III, 36.

3) Homil. in S. Ignat. n. 5. Opp. T. II. p. 599. ed. Ruae.

4) Polyc. Ep. ad Philipp. c. 13.

Polycarpo <sup>1)</sup> non solum amico ejus Ignatio, sed et ipsi Polycarpo falsas supponeret epistolas? De testimonio Polycarpi cfr. *Pearson*. *Vindiciae* P. I. c. 5. et *Uhlhorn*, l. c. p. 276.

b) Si vero originem epistolarum post mortem Polycarpi transferre et Polycarpi quoque epistolam rejicere velis, *Irenaeus* obstat, cujus temporibus epistolae illae et Ignatio et Polycarpo adscriptae jam praesto erant. Ipse illis testimonium praebet, et celeberrimus Polycarpi discipulus in hac re falli non potuit. Quod testimonium Irenaei de epistola Ignatii ad Romanos attinet, vide supra lit. k. p. LI; de epistola autem Polycarpi ad Philipenses ita disserit S. Irenaeus: "Ἔστι δὲ καὶ ἐπιστολὴ Πολυκάριππου πρὸς Φιλιππησίους γεγραμμένη κ. τ. λ. <sup>2)</sup>". De testimonio Irenaei cfr. *Pearson*. *Vindiciae* P. I. c. 6 et *Uhlhorn*, l. c. p. 274 sqq.

c) Tertius epistolarum Ignatianarum testis *Lucianus* est Samosatensis, qui in dialogo *de morte Peregrini* Ignatii nostri historiam deridere videtur. Peregrinus (§. 1. 42) enim saepius *κακοδαίμων* nominatur, quo nomine Ignatium quoque Trajanus nolavit (cfr. Martyrium Ignatii c. 2). Deinde Peregrinus tanquam *episcopus* describitur (§. 11), et his verbis: ἐν Σοῦρῳ δεθέντα (§. 18). Porro narrat *Lucianus* (§. 13), Christianos subsidia misisse captivo suo Peregrino. Nonne vero haecce referes ad legatos, quos Asiaticae ecclesiae Ignatio mittebant gratulaturos (Ign. ad Eph. c. 1. 2. ad Magn. c. 2)? Summa vero acerbitate Ignatium carpit martyrii appetentem. Quasi amentem enim *κεροδοξίαν* deridet nobilem ejus fervorem, et cum Ignatius hortatus fuerit ecclesias, ut mitterent gratulatores Antiochiam (Ign. ad Philad. c. 10. ad Polyc. c. 7 sq.), vicissim de Peregrino apud *Lucianum* ita est: φασὶ δὲ πάσαις σχεδὸν ταῖς ἐνδόξοις πόλεσιν ἐπιστολάς διαπέμψαι αὐτὸν ... καὶ τινὰς ἐπὶ τούτῳ πρεσβευτὰς τῶν ἑταίρων ἔχειροτόνησε, νεκροαγγέλου καὶ νεροτεροδρομοῦ προσαγορεύσας (§. 41), at

1) Mediis enim Sec. II. temporibus, ergo vivente adhuc S. Polycarpo, epistolas nostras confectas esse Bau-

rius contendit. Cfr. supra p. XLVIII. 2) Adv. haer. III. 3. Apud *Euseb.* Hist. eccl. IV, 14.

russum audias Ignatium: πρέπει — χειροτονῆσαι — Θεοπρεσβύτην (Smyrn. c. 11), Θεόδωρος (Polyc. c. 7) 1).

d) Paulo post Irenaeum Origenes 2) de epistolis Ignatii verba fecit.

α) Memini aliquem sanctorum dixisse, Ignatium nomine, de Christo: „Meus autem amor crucifixus est.“ Ex Ep. Ignatii ad Rom. c. 7.

β) Secundum Origenis testimonium vide supra lit. I. pag. LII. De testimonio Origenis cfr. Pearson. Vindiciae P. I. c. 7.

e) Addamus hisce testibus Eusebium 3), qui non solum de Romano Ignatii itinere, sed et de septem ejus epistolis nominatim agit, singulas paucis describens, ex epistolis vero ad Rom. c. V et ad Smyrn. c. III plura depromens: Ὁ τε παρὰ πλείστοις εἰσέτι νῦν διαβόητος Ἰγνάτιος, τῆς κατ' Ἀντιόχειαν Πέτρον διαδοχῆς, δευτέρου τῆν ἐπισκοπὴν κεκληρωμένος. Λόγος δ' ἔχει, τοῦτον ἀπὸ Συρίας ἐπὶ τὴν Ῥωμαίων πόλιν ἀναπεμφθέντα, θηρίων γενέσθαι βορὰν, τῆς εἰς Χριστὸν μαρτυρίας ἕνεκεν. . . . Οὕτω δῆτα ἐν Σμύρνῃ γενομένως, ἔνθα ὁ Πολύκαρπος ἦν, μίαν μὲν ἐπιστολὴν τῇ κατὰ τὴν Ἑρεσον ἐκκλησίᾳ γράφει, ποιμένος αὐτῆς μνημονεύων Ὀνησίμου· ἐτέραν δὲ τῇ ἐν Μογγασίᾳ τῇ πρὸς Μαιάνδρῳ, ἔνθα πάλιν ἐπισκόπου Λάμα μνήμην πεπολιῆται· καὶ τῇ ἐν Τράλλεσι δὲ ἄλλῃν, ἧς ἄρχοντα τότε ἦντα Πολύβιον ἱστορεῖ. Πρὸς ταύταις καὶ τῇ Ῥωμαίων ἐκκλησίᾳ γράφει· ἧ καὶ παράκλησιν προτείνει, ὡς μὴ παραιτησάμενοι τοῦ μαρτυρίου, τῆς ποθομένης αὐτὸν ἀποστερησάμενοι ἐλπίδος. Haec Eusebius (ex recensione breviori) integrum caput 5 Ep. Ign. ad Rom. inserit; quo facto ita pergit: Ἦδη δ' ἐπέκεινα τῆς Σμύρνῃς γενομένως, ἀπὸ Τρωάδος τοῖς τε ἐν Φιλαδελφείᾳ αὐθις διὰ γραφῆς ὁμιλεῖ, καὶ τῇ Σμυρναίων ἐκκλησίᾳ, ἰδίως τε τῷ ταύτης προηγουμένῳ Πολυκάρπῳ· ὃν οἶα δὴ ἀποστολικὸν ἄνδρα εὐ μάλα γνωρίζων, τὴν κατ' Ἀντιόχειαν αὐτῷ ποιήσῃ, ὡς ἂν γνήσιος καὶ ἀγαθὸς ποιμὴν παρατίθεται, τὴν περὶ αὐτῆς

1) Cfr. Pearson. Vindic. P. I. c. 2; p. 85. Hujus argumenti vim negat Dusterdieck, l. c. p. 48. et Densinger, über die Aechtheit des bisherigen. Textes der Ignat. Briefe. 1849. Uhlhorn, l. c. p. 280. Nota 66.

2) Prolog. in Cant. Cantacor.

3) Hist. eccl. III, 34.

φροντίδα διὰ σπουδῆς ἔχεν αὐτὸν ἀξιῶν. His dictis Eusebius priorem partem capituli 3 Ep. ad Smyrn. (Ἐγὼ . . . ἐπίστευσαν) ad verbum ex breviori recensione profert. De testimonio Eusebii cfr. Pearson. Vindiciae P. I. c. 8.

f) Athanasius <sup>1)</sup> quoque Ignatianis epistolis testimonium perhibet: Ἰγνάτιος οὖν, ὁ μετὰ τοὺς Ἀποστόλους ἐν Ἀντιοχείᾳ κατασταθεὶς ἐπίσκοπος, καὶ μάρτυς τοῦ Χριστοῦ γενόμενος, γράφων περὶ τοῦ Κυρίου, εἶρηκεν· „εἷς ἰατρός ἐστι, σαρκικὸς καὶ πνευματικὸς, γενητὸς καὶ ἀγένητος, ἐν ἀνθρώπῳ Θεὸς, ἐν θανάτῳ ζωὴ ἀληθινή, καὶ ἐκ Μαρίας καὶ ἐκ Θεοῦ.“ Ex Ep. Ign. ad Ephes. c. 7. De testimonio Athanasii cfr. Pearson. Vindiciae P. I. c. 8.

g) Denique Hieronymum <sup>2)</sup>, qui non nisi verba Eusebii repetiisse videtur, audiamus: *Ignatius, Antiochenae ecclesiae tertius post Petrum Apostolum episcopus, commovente persecutionem Trajano, damnatus ad bestias, Romam vinculus militatur. Quumque navigans Smyrnam venisset, ubi Polycarpus, auditor Joannis, episcopus erat, scripsit unam epistolam ad Ephesios, alteram ad Magnesianos, tertiam ad Trallenses, quartam ad Romanos; et inde egrediens scripsit ad Philadelphicos et ad Smyrnaeos, et proprie ad Polycarpum, commendans illi Antiochensem ecclesiam; in qua et de Evangelio, quod nuper a me translatus est, super persona Christi ponit testimonium, dicens (ad Smyrn. c. 3): „Ego vero et post resurrectionem in carne eum vidi, et credo, quia sit. Et quando venit ad Petrum, et ad eos, qui cum Petro erant, dixit eis: Ecce, palpate me, et videte, quia non sum daemonium incorporale. Et statim tetigerunt eum et crediderunt.“ Dignum autem videtur, quia tanti viri fecimus mentionem, et de epistola ejus, quam ad Romanos (cap. V.) scribit, pauca ponere: „De Syria usque“, etc. etc. Quumque jam damnatus esset ad bestias, ardore patiendi, quum rugientes audiret leones, ait: „frumentum Christi sum, dentibus bestiarum molar, ut panis mundus inveniar.“ (Ex Ep. ad Rom. c. IV.) Passus est anno undecimo Trajani.*

1) De syn. Arim. et Seleuc. n. 47. | 2) De viris illustr. c. 16.

non jam ineunte seculo secundo, sed posterioribus demum temporibus viguisse. Id a vero alienissimum esse *Hutherus* <sup>1)</sup>, *Düsterdieck* (l. c.) et *Uhlhornus* (l. c. p. 281 sqq.) demonstrarunt.

a) E pluribus enim epistolarum locis apparet, haereses istas recenter exortas esse et ad magnam vim nondum invaluisse. Nonnullae civitates (e. g. Ephesus) adhuc ab hac peste plane liberae erant (cfr. Ignat. ad Ephes. c. 6), in aliis urbibus non omnes incolae sed singuli tantum (*τινὲς, ὀλίγοι ἄσφοδες*) corrupti erant (cfr. ad Magn. c. 4, ad Smyrn. 5, ad Trall. c. 8). Quum vero hi summo studio alios quoque pervertere et zizania latius seminare conarentur, beatus Martyr valde necessarium putavit, omnes ut sibi caverent praemuniendi (cfr. ad Magn. c. 11, ad Trall. c. 8, ad Smyrn. c. 4).

b) Duo *diversa* haereticorum genera (*Docetas et Judaizantes*) ab Ignatio perstringi plerique crediderunt, praesertim Pearsonius (Vindic. P. I. c. 2). *Hutherus* autem (l. c.) et *Uhlhornus* (l. c. p. 283 sqq.) bene docuerunt, Ignatium non nisi in *unum* genus haereticorum, *Judaizantium* dico *Docetarum*, tela accuisse. Beatus enim Pater, si etiam contra Judaistas sensu speciali, a Docetis distinctos pugnasset, absque omni dubio etiam de circumcissione verba fecisset, quod nullibi in epistolis ejus reperitur. Insuper in epistola ad Magnesios c. 8—10 Judaistae impugnantur, capite autem sequenti plane iidem haeretici Docetismi accusantur. Accedit, quod haeretici isti etiam *hierarchiae* ecclesiasticae repugnarent, absque unitate cum *episcopo* et *Deo* uniri posse putarent, et sine episcopo et presbyteris seorsim sacra sua agerent (ad Magn. c. 4 et 7, ad Philad. c. 7, 8, ad Trall. c. 7, ad Smyrn. c. 8; cfr. *Uhlhorn*, l. c. p. 289 sq.)<sup>2)</sup>.

c) Hujus generis haeretici, Judaismum et Docetismum com-

1) *Betrachtung der wichtigsten Bedenken gegen die Aechtheit der Ignatianischen Briefe*, in *Illgenii*, „*Zeitschrift für histor. Theol.*“ T. XI. P. IV. p. 32 sqq.

2) *Ritschl*, *Entstehung der alt-kathol. Kirche*, Bonn 1850. p. 579

contendit, ab Ignatio duo genera adversariorum impugnari, *α. haereticos*, *β. schismaticos*; sed *Uhlhornus* (l. c. p. 287 sq.) bene docuit, eos, quos *Ritschl* *schismaticos* putat, ipsos illos *judaizantes Docetas esse*, hierarchiae ecclesiasticae resistentes.

ponentes, non nisi initio seculi II<sup>di</sup> adscribi possunt, praesertim temporibus Cerinthi, qui simili quodam modo duplicem istum errorem in systemate suo tenuit. Jam circa medium seculi II<sup>di</sup> elementa illa disparata, Docetismus et Judaismus, etiam extrinsecus disjuncta et alterum ab altero haereticorum genere propugnatum erat. Basilides e. g. et Marcion inter Gnosticos et Docetas coaevs Judaistis acriter resistebant. Immo divortium illorum duo elementorum, quae in Cerintho adhuc conjuncta apparent, jam in haereticis epistolarum nostrarum initium cepisse videtur. Utrumque Cerinthiacae haereseos elementum servabant Magnesii et Philadelphenses, cum Gnosticismo seu Docetismo minus excullo Judaismum conjungentes (cfr. ad Magn. c. 9. ad Philad. c. 6); Smyrnaei vero ac Tralliani, graeca philosophia magis imbuti, haeresin Cerinthiacam adeo perpolverant, ut judaico illo elemento relicto, gnosticas solum opiniones, ipsius Cerinthi modum superantes foverent, quo factum, ut Ignatius in epistolis ad Smyrnaeos, Polycarpum, Trallianos (et Ephesios) Docetismum solum impugnaverit. Ex dictis elucet, haereticos in epistolis nostris obvios, mediis inter Cerinthum et Basilidem temporibus (a. 90—130) assignandos esse, quod cum tempore martyrii S. Ignatii mire concordat. Cfr. *Düsterdieck* (l. c. p. 55) et *Uhlhorn* (l. c. p. 295 sqq.). Plane idem tempus etiam Hegesippus nobis statuendum suadet in fragmento apud Eusebium (histor. eccl. III, 32) dicens: inde temporibus martyrii S. Simeonis, episcopi Hierosolymitani († a. 108), haereticos (Judaistas) antea magis in occulto serpentes, palam prodiisse. (Cfr. *Uhlhorn*, l. c. p. 292.) Denique, haereticos nostros non e numero *posteriorum* Gnosticorum fuisse, clare ex eo apparet, quod Ignatius, excepto Docetismo, ceteros posteriorum Gnosticorum errores ne minime quidem tangit <sup>1)</sup>.

8) Negari denique non potest, nonnullis epistolas nostras non ex criticis, sed ex dogmaticis tantum causis displicuisse. Quicumque enim aut divinam episcopatus institutionem, aut divinitatem Christi, aut realem Domini in eucharistia praesentiam

1) Cfr. *Muther*, l. c. p. 42 et *Düsterdieck*, l. c.



negant, auctoritatem epistolarum Ignatii minuere conentur oportet. Sed confer, quae contra hos *Hutherus* l. c. p. 12 sqq. monuit.

VI. Paucos ante annos V. D. *Guilielmus Cureton*, Anglus, veterem versionem Syriacam trium S. Ignatii epistolarum publici juris fecit. Jam anno 1839 *Henricus Tattam*, copticarum litterarum peritissimus, Aegyptum peragrans in Syriaco Nitriae monasterio codicem antiquissimum, ante medium Sec. VI. exaratum, detexit, qui Syriacam versionem epistolae S. Ignatii ad Polycarpum continebat. Pecuniis deinde publicis adjutus doctissimus Tattamus anno 1842 secunda vice in Aegyptum profectus est, et prospera ipsi fortuna gaudenti multos codices emere contigit, inter quos etiam (ver. VII.) antiqua versio Syriaca trium S. Ignatii epistolarum ad Ephesios, ad Romanos et ad Polycarpum, unacum pluribus Ignatianarum epistolarum fragmentis reperta est. Quibus codicibus detectis *Guilielmus Curetonus*, orientalium litterarum apprime gnarus, optime se de re patristica fore meritum sperabat, si versionem illam Syriacam praelo subjiceret et versionem anglicam adderet, atque textum graecum, Syriacae versionis (non accurate) respondentem exarare conaretur.

Quum vero Tattamus duos codices epistolae ad Polycarpum, ut diximus, ex Aegypto apportasset, unum anno 1839, alterum anno 1842; Curetonus nonnisi priorem, quia antiquiorem, typis exscribendum curavit, recentioris codicis lectiones variantes adjiciens. Praeterea vir doctissimus magnum quoque Syriacum fragmentum Martyrii S. Ignatii et epistolae ejusdem ad Romanos, quod Curetonus ipse anno 1839 in Museo britannico detexerat, in vulgus edere et libro suo addere decrevit. Sic prodiiit Londini 1845 opus ejus sub titulo: *The ancient Syriac version of the epistles of saint Ignatius to St. Polycarp, the Ephesians, and the Romans: together with extracts from his epistles, collected from the writings of Severus of Antioch, Timotheus of Alexandria, and others, edited with an english translation, and notes. Also the greek text of these three epistles, corrected according to the authority of the Syriac version.* By *William Cureton*, M. A. London: Rivingtons. Berlin: Asher

§ *Comp. MDCCCXLV.* Libro hoc usi omnem majorem inter versionem illam Syriacam et textum nostrum graecum differentiam suo loco adnotavimus. Curetonus nobis persuadere conatur, versionem illam Syriacam *genuino* textui Ignatiano accuratissime respondere, et omnia, quae in nostro graeco textu plura inveniuntur, ab aliis addita esse et introducta. Tantum vero abest, ut ei adstipulemur, ut versionem Syriacam non nisi epitomen Ignatianarum epistolarum, a monacho quodam Syriaco in proprios usus pios (seu asceticos) confectam (cfr. infra p. 153 Not. 9), repulare possimus, praesertim cum iidem codices a Tattamo detecti et alia *excerpta* ex epistolis Ignatianis, nec non *alii* *codices*, ut Curetonus ipse faletur, contineant. Praeterea saepius inde ex eo, quod nexus sententiarum in versione Syriaca minus est arctus, apparet, monachum illum non tam interpretis, quam *epitomatoris* partes egisse. Confer quae ad singulos locos monuimus: infra p. 154 Not. 3. p. 158 Not. 10. p. 160 Not. 1. p. 161 Not. 5. p. 165 Not. 10. p. 169 Not. 4 et 8. p. 184 Not. 3. p. 189 Not. 6. p. 204 Not. 1. p. 234 Not. 1. p. 242 Not. 5. p. 244 Not. 3.

Haec jam anno 1847 in tertia editione nostra Operum SS. Patr. apost. contra Curetoni sententiam monuimus. Interea *Rudolphus Christoph. Wordsworth* in *Ephemeridibus*: „The English Review“ simili quidem modo versionem syriacam *epitomen* decleraverat, in eo tamen longe a nobis diversus, quod illam Eutychnismi accusaret et ab haeretico quodam Eutychniano in favorem erroris sui confectam putaret. Hanc haereseos et haereticae originis incriminationem omni fundamento destitutam esse Curetonus in *Vindiciis suis Ignatianis* (London: Revingtons 1846) prolixiori modo demonstravit. Sed et opinionem nostram a V. C. Jacobsono, Denzingero, Uhlhorno et aliis receptam ille in novissimo opere impugnavit, quod inscriptum est: „*Corpus Ignatianum: a complete collection of the Ignatian epistles, genuine, interpolated, and spurious; together with numerous extracts from them, as quoted by ecclesiastical writers down to the tenth century; in syriac, greek, and latin: an english translation of the syriac text, copious*

*notes, and introduction, by William Cureton, M. A. F. R. S. Chaplain in ordinary to her majesty the queen. London 1849.*

In priori editione syriaci textus vir doctissimus non nisi uno codice trium illarum epistolarum integro usus est. Codex alter non nisi epistolam ad Polycarpum continebat. In adornando vero „Corpore Ignatiano“ *tertius* quidam codex Syriacus ipsi praesto erat, qui aequae tres tantum et easdem Ignatii epistolas et in eadem brevi forma exhibet (cfr. *Corp. Ign.* p. XXXI). Qua re Curetonum in opinione sua non mediocriter firmatum esse, nemo mirabitur. Quum vero codex hic eundem plane textum habeat et ad eandem, ut dicimus, familiam pertinere videatur, cujus sunt ambo priores, ob detectionem ejus nos sententiae nostrae nuntium non mittendum putamus.

Si vir doctissimus prae cunctis p. VIII sqq. non certum esse contendit, versionem illam Syriacam a *monacho* confectam esse, id tanti non habeo; immo, si *Episcopum* aut *Presbyterum* aut *Diaconum* quemdam Syriacum hujus versionis auctorem putare volueris, ego non obloquar. Ceterum nec me movere possunt, quae Curetonus thesi nostrae, versionem istam nil nisi *epitomen* Ignatianarum epistolarum esse, opponit. Ipsum audias p. IX: „*Is there, therefore, any thing in the Three Epistles themselves which would tend to shew that, in their present form (i. e. in versione syriaca), they are an epitome of monkish and ascetic origin? The Epistle to the Romans consists almost entirely of arguments, which Ignatius urges upon those to whom he was writing, in order to induce them to refrain from making any effort to reverse the decree of Trajan, and to save him from the death to which he was condemned. Now it is a well-known fact that monasticism and asceticism, in their simplest and purest form, chiefly derived their origin from the desire which some converts to Christianity felt to avoid persecution, and consequent martyrdom, for the profession of their faith, by retiring to those wild and sequestered spots, where they might escape the observation of their Pagan persecutors. Moreover, I am not aware that in any subsequent ages such an earnest*

*desire for the crown of martyrdom, as that evinced by Ignatius in the Epistle to the Romans, has ever been considered so peculiarly appropriate to the aspirations of monkish asceticism, that we should reasonably expect a Syrian monk to retrain this Epistle for his own „pious use“, in preference to any of the others which he has rejected.“* Curetonus hic affirmat, vitam monasticam a *fuga martyrii* originem duxisse, ideoque epistolam S. Ignatii ad Romanos, cum plena sit laude martyrii, nullo modo *monachis* potuisse placere. Et inde consequi putat vir doctissimus, veterem illam versionem Syriacam minime *monacho* posse adscribi. — Quid est, quod dicam? Temporibus Decii imperatoris plures Christianos, ut cruentam persecutionem evitarent, in loca deserta recessisse ibique more *Anachoretarum* (non *Monachorum*) vitam solitariam degisse, res est notissima; sed *originem et indolem monasticæ vitæ a fuga martyrii derivare*, plane insulsum est. Respice Antonium, vitæ monasticæ institutorem et patriarcham, de quo Athanasius scribit: „post hæc ecclesiam excepit Maximini persecutio, sanctosque martyres Alexandriam adductos ille (Antonius) relicto monasterio secutus est, ajens: Pergamus et nos, ut vel vocati congregiamur vel praeliantes spectemur. Et *martyrii quidem desiderio flagrabat . . . moerenti similis erat, quod martyrium assequi non posset*“<sup>1)</sup>.

En patriarcham monachorum martyrii desiderio flagrantem et en — futile argumentum Curetoni. Si hunc audias, veteres monachi a legendis ac transscribendis actis martyrum abstinebant, ne ipsi, martyrium fugientes, pudore et rubore suffunderentur. Revera autem ejusmodi libri a nemine saepius, a nemine studiosius lecti et collecti et transcripti sunt, quam a monachis et vitæ monasticæ laudatoribus. Id apprime demonstrat nubes codicum, qui vitam Sanctorum continentes in *coenobiis* detecti sunt; et ad hodiernam usque diem in claustris quotidie pars *Martyrologii* publice legi solet.

Curetonus pergit: „*the Epistle to the Ephesians, contains an acknowledgment on the part of Ignatius for the kind*

1) *Athanas. vita S. Antonii* c. 46. Opp. ed. Patav. 1772, T. I. P. II. p. 663 sq.

attentions which they had shewn to him, an exhortation to them to imitate the good example of their Bishop, and advice how they should comport themselves toward their opposers, in returning kindness for injuries, and meekness for railing. The Epistle to Polycarp also gives further advice as to relative duties in common life; and likewise adds some instructions respecting matrimony, with an admonition to wives to love their husbands, and to husbands to cherish their wives. These surely could not have been peculiarly appropriate to the „pious use“ of a monk, whose very name indicates that he had quitted the busy world, renounced the holy tie of matrimony, and, consequently, could not stand in need of any of those instructions which relate peculiarly to a state with which he has no concern“, i. e. epistolae S. Ignatii ad Ephesios et ad Polycarpum etiam in ea forma, quam Syrus profert, multa continent, quae *monachus* e prolixiori, quam putamus, harum epistolarum forma vix exscripsisset et in epitomen ad usus pios reddegisset, nam ibi disseritur de bono exemplo episcopi Ephesini, de officiis erga inimicos, praesertim de officiis *conjugum*, quae *monachum* non attinent. Ita Curetonus. Sed tota haec argumentatio ruit, si verba nostra: „*versionem Syriacam non nisi epitomen reputare possumus, a monacho quodam Syriaco in proprios usus pios confectam*“ — non justo arctius interpretari velis. a) Ad propriam enim monachi ipsius aedificationem multa pertinebant, quae in epistola Ignatii ad Ephesios dicta sunt de virtutibus episcopi a fidelibus imitandis, de amore erga inimicos et de benedictionibus in injuriantes conferendis. b) Deinde si monachum illum Presbyterii ordine insignitum putare velis, non mireris, eum in usus suos homileticos seu pastorales excerptis adhortationes illas S. Ignatii in epistola ad Polycarpum, adhortationes dico de officiis mutuis omnium fidelium et de officiis *conjugum*.

Curetoni vestigia persequens illustrissimus eques *Christianus Carolus Bunsen*, t. t. regis Borussiae orator apud Anglos, a. 1847 duo libros publici juris fecit:

1) *Die drei ächten und die vier unächten Briefe des*

*Ignatius von Antiochien. Hergestellter und vergleichender Text mit Anmerkungen. Hamburg 1847; et*

2) *Ignatius von Antiochien und seine Zeit. Sieben Sendschreiben an Dr. August Neander. Hamburg 1847;*

eo consilio, ut sententiae Curetoni inter Germanos assecclas conduceret.

Paulo post Dr. *Jul. Henr. Petermann*, in Universitate Berolinensi Professor, novam epistolarum S. Ignatii editionem adornavit (Lips. 1849); cujus fundamentum vetus illa erat versio *Armeniacae*, quae seculo V, ut putatur, exarata, jam a. 1783 Constantinopoli prelo impressa, sed adhuc in Occidente valde ignota erat. Petermannus eam in notis ad textum graecum repetiit, et cum versionibus Syriaca et Latinis nec non cum Graeco contulit. Quum ea non solum septem illas Ignatii epistolas, quas nos genuinas putamus, sed et sex alias easque spurias contineret <sup>1)</sup>, Petermannus has omnes in suam editionem recepit, additis quoque ceteris epistolis S. Ignatio et beatissimae Virgini falso adscriptis. Denique martyrium S. Ignatii adjecit. Comparatione textuum et versionum vir doctissimus in eam sententiam adductus est, ut *Armeniacam* versionem, quamquam ea cum textu codicis Medicei, si totum spectes, conveniret, non ex hoc graeco textu sed ex versione vetere *Syriaca* factam cognosceret, et quidem ex illa integra et non decurtata, cujus *epitomen* Curetonus publicavit <sup>2)</sup>. „Si quis opponere velit,

1) Sex istae epistolae sunt: 1) *Mariae Cassabolitae ad Ignatium*, 2) *Ignatii ep. ad Mariam Cassabolitem*, 3) *Ignatii ad Tarsenses*, 4) *eiusdem ad Antiochenos*, 5) *ad Heronem* et 6) *ad Philippenses*.

2) Plane ei in hac re hac adstipulatur P. *Joseph Kalergi*, Presbyter et Monachus *Armeniacus* e congregatione celeberrima *Mechitaristarum* Viennae, in *Scheiner*, Zeitschrift für kathol. Theolog. 1852. p. 319, scribens: „In Betreff des Schwerpunktes

*des* (Petermann'schen) *Beweises aber, dass nämlich das Armenische aus dem Syrischen und eben aus dem Cureton-Syrischen herrühre, ist kein vernünftiger Zweifel zulässig; diess ist nicht eine Vermuthung der schwankenden Philologie, sondern eine entschieden ausgemachte Sache. Schon lange war die armenische Sprache dieser Briefe eine Verlegenheit für die armenischen Philologen; deshalb war es für sie um so über-raschender, als Petermann mit der*

dicit Petermannus p. XXIV et XXVI, Armeniacae versionis textum originale non hanc Syriacam versionem esse, sed aliam eidem simillimam: respondemus, ne hoc quidem statui posse, quum in singulis vocibus reddendis mirum in modum cum illa congruat, id quod casu fieri potuisse prorsus nego. Versio igitur illa Syriaca non tres tantum, sed tredecim epistolas S. Ignatio adscriptas, easque non decurtatas (ut apud Curetonum leguntur), sed ita comparatas, ut Noster eas dedit, ab initio complectebatur, ita ut exinde appareat, conclusiones, quas Bunsenius secundum illam fecerit, stare non posse.“

Petermanno respondit Bunsenius verbis superbis, non firmis argumentis, in opere: „Hippolytus und seine Zeit 1852“ T. I. p. 46 et T. II. p. VII sqq. In partes ejus et Curetoni ierunt Dr. *Ritschl* (Die Entstehung der altkatholischen Kirche, Bonn 1850. pp. 418. 577 sqq.) et Lic. *Weiss* (in Reuter's Repertorium 1852); multo vero plures viri docti Syrolatriam eorum vituperarunt, partim textum codicis Medicei defendentes, partim *cunctas* epistolas Ignatio adscriptas τῆς νοθείας accusantes. Inter hos, qui ne illas quidem tres epistolas, quas Syrus exhibet, Ignatio tribuendas putant, Dr. *de Baur* Tubingensis (Die Ignatianischen Briefe und ihr neuester Kritiker. Eine Streitschrift gegen Herrn Bunsen. Tübing. 1848), et Dr. *Hilgenfeld*, Professor Jenensis (Die apostol. Väter. Halle 1853. p. 188 sqq.) eminent; authentiam vero septem epistolarum Ignatii, quas codices Mediceus et Parisiensis (cfr. supra p. XLVI n. III) continent, acriter defenderunt Dr. *Denzinger*, Professor Herbipolitanus, in libro: „Ueber die Aechtheit des bisherigen Textes der Ignat. Briefe, Würzburg 1849“ et *Gerardus Uhlhorn* Göttingensis in *Niedner*, Zeitschrift für die histor. Theologie 1851. T. XXI.)

*Behauptung hervortrat, dass das Armenische nicht aus dem Griechischen, sondern nach dem Syrischen gemacht sei. Die Beweise, welche er hierüber anführt, sind so entscheidend, dass jeder der armenischen Sprache Kundige sich derselben*

*Ueberzeugung unwiderstehlich hingeben muss.“*

1) De perspicua et clara argumentatione Denzingeri jam in Ephemeridibus nostris: *Tübinger theolog. Quartalschrift*, 1849. p. 687 sqq. verba fecimus.

VII. Male etiam de *integritate* epistolarum Ignatii dubia mota sunt <sup>1)</sup>. Praesertim omnia de episcopatu et de deitate Christi effata interpolatori a quibusdam tribuuntur. Sed

- a) nullum externum interpolationis adest indicium.
- b) Loci a veteribus laudati pari modo in breviori nostra recensione leguntur. Cfr. supra p. LII sqq.
- c) Arctior materiae et orationis nexus omnem interpolationis suspicionem tollit; effata enim illa displicentia sine totius sermonis pariter ac sensus devastatione evelli non possunt.
- d) Praeterea eandem styli rationem cum in repudiatis, tum in approbatis epistolarum partibus invenies.
- e) Quod c. 8. Ep. ad Magn. *Συγῆς* facta sit mentio, interpolationis non praebet indicium, ut in notis ad h. l. demonstravimus infra p. 178 Not. 8.
- f) Polemicis tantum causis ducti nonnulli viri docti integritatem epistolarum nostrarum in dubium vocarunt <sup>2)</sup>.
- g) Qui episcopatus causa epistolas nostras interpolatas esse putant, nullo modo rationem reddere possunt, cur epistola ad Romanos sola ab interpolatore non fuerit foedata, quum sex reliquis impias ejus manus non pepercisse credant. Cfr. *Möhler*, Athanas. T. I. p. 18.

Ut brevi dicam, interpolationis suspicio ne minimum quidem mereri applausum videtur, planeque persuasum mihi est, talem iudicii mediocritatem non auream esse. Epistolae Ignatii sint, ut sunt, aut non sint <sup>3)</sup>.

VIII. Epistolarum auctor graeci sermonis non apprime gnarus, et ardentis potius animi impetus, quam grammaticae regulas secutus, periodorum structuram non semel violavit, orationis nexum

1) E. g. a *Neandro*, Kirchengesch. T. I. p. 1140 et a *Netsio* in *Ullmann*, Studien und Krit. 1835. p. 881 sqq. Qui breviores quoque S. Ignatii epistolas interpolatas putant, novissimis diebus validissimum interpolationis ejusmodi testimonium se assecutos

putant versione Syriaca, a *Guil. Cureton* edita.

2) *Möhler*, Patol. T. I. p. 125 sqq.

3) Optime *integritatem* harum epistolarum defendit *Düsterdieck*, l. c. p. 80 sqq.



et aliis. Dallaeus vero, ut ipsius S. Martyris scripta, ita et Acta ejusdem pro supposititiis habuit; sed sicut illorum, ita horum quoque defensionem suscepit doctissimus Pearsonius P. II. Vindic. Epist. S. Ign. c. 12<sup>1</sup>). Praeter Dallaeum Oudinus quoque, Heumannus et alii, nuperrime Hilgenfeld<sup>2</sup>) et praesertim Uhlhornus<sup>3</sup>) authenticam actorum impugnare aggressi sunt: 1) E sex primis, dicunt, aerae christianae seculis neminem ante Evagrium (hist. eccl. I, 16) actorum illorum meminisse; praesertim nec Eusebium Caesariensem, nec Chrysostomum nec autorem Chronici paschalis, de Ignatio et ejus morte loquentes, hujus libri mentionem fecisse. — Id nemo negabit; sed partim argumentis ex silentio vim magnam non inesse compertum est, partim ea, quae Eusebius et Chrysostomus de S. Ignatio narrant, cum actis martyrii ejus perbene concordant, ita ut ex his fortasse hausta videantur. Et inter nostros multi in festo Martyris alicujus de vita et virtutibus et morte ejus in publicis concionibus ecclesiasticis verba faciunt (ut olim Chrysostomus in festo Ignatii), quin ad acta martyrii ejus expresse provocent. 2) Adversarios si audias, Eusebius (in Chronico) et auctor Chronici paschalis actis nostris aperte contradicunt: α) In actis, dicunt, legimus, Trajanum *Antiochiae* Ignatium condemnasse. Eusebius autem in Chronico narrat, Trajanum *post* mortem Ignatii Antiochiam venisse; β) Acta Ignatium *nono* Trajani anno (107) mortem obiisse contendunt, Chronicon autem paschale martyrium ejus anno 105 assignat. — Respondeo: a) Ponamus primo notas istas chronologicas apud Eusebium et auctorem Chronici paschalis capiti 2 actorum nostrorum plane, ut Uhlhornus putat, repugnare; quid tunc? Duo errores chronologici non evincunt, temporibus Eusebii et auctoris Chronici paschalis acta martyrii S. Ignatii nondum exstitisse. Respice Irenaeum, qui Christum aetatem paene 50 annorum attingisse affirmat (adv. haer. lib. II. c. 22. n. 4 et 5). Dicesne forsitan, Irenaei temporibus sacra evangelia nondum cognita fuisse? b) Quod

1) Apud Cotel. T. II. p. 411.

2) *Hilgenfeld*, die apost. Väter, 1853. p. 212.

3) *Uhlhorn* in *Niedner*, Zeitschr. für hist. Theol. 1851. p. 252 sqq.

deinde ad Eusebium in specie attinet, in Hieronymiana quidem Chronici ejus versione mors Ignatii ad annum 10 Trajani (= 107 p. Ch.), subjectio autem Armeniae (et, per consequentiam, iter Trajani Asiaticum) ad ann. 15 Trajani (114 p. Ch.) notatur<sup>1)</sup>; sed nodus hic duplici modo solvitur. α) In genuino Eusebii textu, cujus veterem versionem Armeniacam Aucherus edidit, ne syllabam legimus de Armenis et Parthis a Trajano superatis<sup>2)</sup>, quo fit, ut Uhlhorni argumentatio non nisi adulterato textu nitatur. β) Praeterea, si *duplicem* Trajani expeditionem Armeniacam et Parthicam statuas, etiam textus chronici latinus seu Hieronymianus actis nostris non repugnat. c) Denique nota ista chronologica in Chronico paschali seu Alexandrino jam ideo firmo argumento esse non potest, quia in capite 2<sup>do</sup> actorum nostrorum locus de *nono* Trajani anno agens jam antiquis temporibus lectionum varietate non caruisse videtur (cfr. infra acta martyrii S. Ignatii p. 246).

3) Uhlhornus maximi id fecit, quod Trajanus non *nono* imperii sui anno, ut acta nostra c. 2 dicunt (= 106), sed anno demum 114 p. Ch. Antiochiam venerit (cfr. supra p. XLI sq.). Sed α) quaestio de anno mortis S. Ignatii nondum plane decisa est, et β) locus actorum c. 2, quo τὸ ἔνατον ἔτος nominatur, suspicioni corruptionis subjacet. Vetus interpres latinus exhibet *quarto anno*, et Grabius legendum putavit δεκάτω ἔνατω ἔτει = 116 p. Chr., qua correctione nodus absque graviore difficultate solvitur.

Ceterum non negem, argumentis illis authenticam actorum aliquantulum suspectam reddi, sed inter authenticam suspectam et certissimam *νοθεύειν* plurimum interest. Addamus: a) exceptiones, quae adversus Romanum Ignatii iter itinerisque rationem sunt prolatae, futes sunt, quod jam ex iis, quae supra p. XLIX sq. ad iter hoc defendendum protulimus, adparet.

1) *Eusebii* Chronicon, in Opp. S. Hieron. ed. Migne, T. VIII. p. 607 et 610; et apud *Scaliger*, thesaurus temporum, p. 165 (non p. 195, ut apud Uhlhornum l. c. p. 259 legimus).

2) *Eusebii* Chronicon bipartitum, opera P. Jo. Bapt. Aucher Ancyran, monachi armeni et doctoris mechitaristae. Venet. 1818. T. II. p. 281.

b) Actorum auctorem diu post Ignatii tempora vixisse, Dallaeus e sermonibus coniecit, quos cum Trajano a Martyre habitos Acta nostra praeter omnem veri ac decori speciem finxisse putat vir ille criticus. Ei jam Pearsonius <sup>1)</sup> respondit, *sermones* istos certe neque *veri*, neque *decori* rationes turbare contendens. Una tantum vox *κακοδαίμων* (c. 2.), a Trajano usurpata, objectioni illi occasionem praebuisse videtur, quam nemo dixerit imperatori minime convenire, qui eam recte intellexerit. Qui enim novit, quid sit *κακοδαίμων*, et quomodo Christianos in iudicio compellere soliti fuerint ethnici, facile sentiet, et verum hoc et decorum esse. Est autem *κακοδαίμων*, ut ex multis exemplis Pearsonius docuit, nil aliud, quam *infelix* homo <sup>2)</sup>.

Praeterea monendum, sermones Ignatii et Trajani, a scriptore Actorum *non ad verbum* relatos, auctoremque nostrum eadem licentia usum esse, quam omnino historici in enarrandis aliorum sermonibus sibi vindicabant. Quodsi e. g. capite 2 Trajanus deos gentilium *daemones* appellat, certe scriptorem christianum verbis christianis mentem Trajani exposuisse facile perspicies.

c) Authentiae argumentum inde quoque nobis petendum videtur, quod Acta haec pressa simplicique oratione sint conscripta.

IV. Postremam Actorum Ignatii partem spuriam, et ab interpolatore quodam assutam, arbitrati sunt Usserius, Grabius et alii; causis, ut mihi videtur, non sufficientibus.

a) Postremam Actorum partem in altera latina versione codicis Cottoniani deesse, minime negamus, sed hunc codicem nullius auctoritatis esse, ex iis, quae supra p. LXVIII diximus, satis apparet; luceque est clarius, interpretem istum, Ignatii adventu in urbe narrato, a genuino Actorum exemplari ad fabulas interpolatoris sese convertisse. Exstat autem posterior illa Actorum pars, a Grabio in dubium vocata, in versione codicis Caiensis, et in graeco exemplari Parisiensi.

b) Si Grabium audias, aperte sibi invicem repugnare videntur ista verba c. 7., quae in versione nostra ita sonant: *Horum nos ipsi spectatores facti, quum in lacrymis totam noctem ex-*

1) Vindiciae Ign. P. II. c. 12 apud Coteler. T. II. p. 411 sqq. | 2) Pearson. l. c.

*egissemus, et genibus flexis multaque oratione Dominum, ut nos infirmos de iis, quae facta fuerant, certos faceret, essemus precati* etc. Si enim haec facta, Grabius inquit, ipsimet spectatores oculis usurpaverant, quid opus erat, ulteriorem de iis certitudinem a Deo postulare? — Sed Grabius graecum textum male interpretatus haec objecit; *ἀπόπται* enim illi non de morte Ignatii, sed de eo certiores fieri volebant, num martyrium ejus Deo esset acceptum, ut jam Clericus monuit <sup>1)</sup>).

c) Falsum esse contendit Grabius, quod c. 7 Ignatius mortuus fuisse dicatur *consulibus apud Romanos iterum Sura et Senecione*, i. e. anno 107. Grabius enim, ut supra p. XLI vidimus, unam tantum Trajani expeditionem Parthicam admittens, mortem S. Martyris anno 116 adscripsit. Nos contra tutius putavimus, alteri accedere sententiae, quae Ignatium anno 107 e vivis decessisse censet.

d) Objectio Usserii, detecto exemplari graeco diluta, jam a Grabio est omissa. Usserius in codice Caiensi legebat (c. 4.): *per praecedentes litteras gratias agens, appositas ad ipsas* etc. Hinc vir doctissimus conclusit, postreimam Actorum partem ab illo scriptore seculi quinti esse confectam, qui graeca Acta in Latinum sermonem transtulit, exemplarique suo syllogen epistolarum Ignatii praeposuit; quam *praecedentem* epistolarum syllogen verbis illis: *praecedentes litteras* indicari Usserius suspicatus est. Sed graeca: ... *διὰ τῶν ἡγουμένων, γραμμάτων ἐνχαρίστων ἐπεμψθέντων κ. τ. λ.* ita reddantur oportet: *utque ecclesiis, quae ipsi per rectores (ἡγουμένων) suos occurrerant, mercèdem redderet, gratias agens litteris (γραμμάτων) ad eas missis* (Cod. Caiensis male: *appositas ad ipsas*).

Quum res ita se habeat, objectioni Usserii nullam vim inesse facile perspicies, neque de *integritate* Actorum dubitabis, licet fortasse paucissima quaedam, aut vitio librariorum corrupta, aut manibus posteriorum addita sint.

V. Exstant *interpolata* quoque acta Martyrii S. Ignatii, eaque inter se diversa:

1) Vide notam 6 ad c. 7 Martyr. Ignat. infra p. 255.

a) apud *Simeonem Metaphrasten* ad 20 Decbr., non ab eo ipso<sup>o</sup> Sec. X, ut quidam putant, sed tribus seculis ante, ut videtur, confecta (apud *Coteler. Patr. apost. Opp. ed. II. Clerici T. II. p. 163 sqq.*).

b) *Armeniaca* versio, ab *Aucherio* edita (*Vitae SS. T. II. p. 72 sqq.*) et a *Petermanno* repetita (*S. Ignatii p. a. epistolae etc. Lips. 1849. p. 496 sqq.*). *Aucherius* immodicis eam laudibus exornavit, contendens, in ea sola genuinam formam martyrii *S. Ignatii* nobis esse servatam. „*Nostra*, inquit, *recensio, jure meritoque cognoscitur tanquam fons et exemplar omnium, quae hucusque in cognitionem venerunt recensioneum*“ (*Petermann*, l. c. p. 498). Cfr. quae contra monuit *Uhlhornus* in *Niedner, Zeitschrift für histor. Theol. 1851. p. 251.*

c) Proxime ad eam accedit versio illa *latina*, „*Vita S. Ignatii, ex vetustissimis MSS latinis*“ edita a *Bollando et Henschenio* in *Actis Sanct. T. I. Febr. p. 29 sqq.* Versionem hanc latinam et illam Armeniacam ex una eademque recensione graeca prodiisse *Petermannus* contendit (p. 484. 505), *Uhlhornus* negavit (p. 251).

VI. Denique *Curetonus fragmentum Syriacae* versionis antiquae actorum nostrorum edidit (*Corp. Ignat. p. 222 et p. 252 sqq.*), quod a textu graeco codicis *Colbertini* non multum differt.

## V. DE EPISTOLA S. POLYCARPI.

I. De patria, genere, loco ac tempore nativitatis *S. Polycarpi* nihil compertum habemus. Quae autem de apostolici hujus viri vita ad nos pervenerunt, ea *Gallandius* benè conguessit<sup>1)</sup>. „*Ab Apostolis eum edoctum, et cum multis, qui Dominum viderant, familiariter versatum esse testatur Irenaeus* 2), ejus discipulus, his verbis: *Καὶ Πολύκαρπος ὑπὸ Ἀποστόλων μαθητευθεὶς καὶ συναναστραφεὶς πολλοῖς τοῖς τὸν Χριστὸν ἑωρακόσιν.* Deinceps

1) *Biblioth. veterum Patrum. T. I.* | 2) *Adv. haer. III, 3.* Apud *Euseb. Proleg. p. LXIII sq.* | *Hist. eccl. 4, 14.*

Smyrnaeorum episcopum ab ipsis familiaribus ac ministris Domini constitutum, post Irenaeum l. c. tradit Eusebius <sup>1)</sup>, sic scribens: *Τῶν Ἀποστόλων ὁμιλητῆς Πολύκαρπος, τῆς κατὰ Σμύρναν ἐκκλησίας πρὸς τῶν ἀναπτῶν καὶ ὑπηρετῶν τοῦ Κυρίου, τὴν ἐπισκοπὴν ἐγκεχειρισμένος.* Ejus tamen ecclesiae episcopatum ab Joanne Apostolo ipsum accepisse, prodit Tertullianus <sup>2)</sup>: *Edant ergo, inquit, origines ecclesiarum suarum; evolvant ordinem episcoporum suorum, ita per successiones ab initio decurrentem, ut primus ille episcopus aliquem ex Apostolis vel apostolicis viris, qui tamen cum Apostolis perseveraverint, habuerit auctorem et antecessorem . . . sicut Smyrnaeorum ecclesia Polycarpum ab Joanne collocatum refert.* Neque aliter sane Hieronymus <sup>3)</sup>: *Polycarpus, Joannis Apostoli discipulus, et ab eo Smyrnae episcopus ordinatus.*“

Num praeclarum illud testimonium, quod in Apocalypsi Joannis (2, 8—11.) *Angelo Smyrnae ecclesiae* tribuitur, ad Polycarpum nostrum sit referendum, jure dubitamus, quum nec annus nativitatis S. Polycarpi, nec tempus, quo Apocalypsis conscripta est, nobis plane innotuerit.

„Ejus autem animi et corporis dotes, pietatem, doctrinam, morum gravitatem coram spectatus, graphice depingit Irenaeus <sup>4)</sup> his verbis Florinum allocutus: *Vidi te, quum adhuc puer essem, in inferiore Asia apud Polycarpum, splendide agentem in palatio, et magnopere laborantem, ut te illi approbares. Etenim ea, quae tunc temporis gesta sunt, melius memoria teneo, quam illa, quae nuper acciderunt; . . . adeo ut et locum ipsum possim dicere, in quo beatus Polycarpus sedens disserebat; processus quoque ejus et ingressus, vitae totius formam et corporis speciem; sermones denique, quos ad populum habebat, et familiarem consuetudinem, quae illi cum Joanne, ut narrabat, et cum reliquis, qui Dominum ipsum vidissent, intercesserat; et qualiter dicta illorum commemorabat; et quaecumque de Domino ab iisdem audierat. De miraculis quoque illius ac*

1) Hist. eccl. III, 36.

2) De prascript. c. 32.

3) De viris illustr. c. 17.

4) Ep. ad Florin. apud Euseb. Hist. eccl. V, 20.

de doctrina, prout ab iis, qui Verbum vitae ipsi conspexerant, Polycarpus acceperat, eodem prorsus modo referebat, in omnibus cum Scriptura sacra consentiens. Haec Irenaeus, qui et alibi summam in eandem sententiam haec tradit<sup>1)</sup>: Sed et Polycarpus . . . quem nos quoque adhuc adolescentes vidimus (vixit enim diutissime, et in ultima senectute, summa cum gloria illustre perpessus martyrrium, excessit e vita), ea semper docuit, quae ab Apostolis didicerat, et quae etiamnum tradit Ecclesia, et quae sola sunt vera.“

„His autem enarratis, paucisque interjectis, illud quoque refert S. Pater, memoratu dignum. Ipse enim Polycarpus, inquit, quum ei aliquando Marcion occurrisset dixissetque, ἐπιγνώσκει ῥῆμας· respondit, ἐπιγνώσκω τὸν πρωτότοκον τοῦ σατανᾶ.“

Haec Romae fiebant. Antonino enim imperante et Aniceto ecclesiam gubernante S. Polycarpus Romam est profectus, ut diversas de celebrando paschate opiniones componeret. Sed neuter alteri, ut a more suo discederet, persuadere potuit. In pace igitur, vinculo charitatis minime rupto, Polycarpus a S. Aniceto discessit, postquam non paucos, desertis Valentini et Marcionis erroribus, ad ecclesiam reducerat.

Mortem S. Polycarpi acta martyrii ejus nobis tradunt. Quo autem anno praesul optimus e vita discesserit, inter doctos et rerum chronologicarum magistros disputatur. Polycarpum anno 147 passum esse vult Pearsonius, quem sequuntur Dodwellus, Caveus, Lardnerus et Gallandius<sup>2)</sup>. Secundum Baraterium et Stierenium<sup>3)</sup> Polycarpi martyrium referri debet ad annum 161; juxta Norisium et Tillemontium ad annum 166; juxta Scaligerum, Valesium, Gieselerum et Neandrum ad annum 167; Baronius

1) Adv. haer. III, 3 apud Euseb. Hist. eccl. IV, 14.

2) Biblioth. veterum Patrum. T. I. Proleg. p. XC sq.

3) Stierenius (über das Todesjahr Justin's d. Mart. in Illgenii „Zeitschrift für die hist. Theol.“ 1842. Fasc. I. p. 34) conjicit, Polycarpum anno 161

martyrio esse coronatum, quia Eusebius (Hist. eccl. IV, 15) narrationem de martyrio Polycarpi cum fine capituli 14 arctissime conjungit, ubi de morte Antonini Pii et de initio imperii Marci Aurelii verba fecerat. Cfr. Tübinger theol. Quartalschrift 1843. p. 144.

denique, Usserius, Nourrius et alii anno 169 Polycarpum martyrio coronatum fuisse statuunt. Petatum si audias, Polycarpi passio ad annum 175 pertinet; Basnagius in annum 178 mortem ejus rejicit <sup>1)</sup>.

II. „Neque solum verbo et exemplo gregem suum instituit pastor optimus, verum etiam scriptis eruditus sacra doctrina refertis, atque viro apostolico plane dignis. De his haec habet in epistola modo laudata Irenaeus <sup>2)</sup>): *Καὶ ἐκ τῶν ἐπιστολῶν δὲ αὐτοῦ, ὧν ἐπέστειλεν ἤτοι ταῖς γειτνιώσαις ἐκκλησίαις, ἐπιστηρίζων αὐτάς, ἢ τῶν ἀδελφῶν τισι, ρουθετῶν αὐτοὺς καὶ προτροπεύόμενος, δύνανται φανερωθῆναι.* Ex variis tamen epistolis Polycarpianis ad nos una pervenit, quae est ad Philippenses; *luculentissima* scilicet, iudice ipso Irenaeo <sup>3)</sup>, *ex qua, quicumque salutis suae curam gerunt, poterunt, si volent, et formam fidei illius, et praedicationem veritatis cognoscere*; adeo, ut haud mirari subeat, si apud primaevos Christianos tanto in pretio et honore fuerit habita, ut in sacris eorum coetibus legi consueverit; quemadmodum ad usque Hieronymi <sup>4)</sup> aetatem factitatum fuisse novimus.“

III. De epistolae nostrae *authenticia*, a Centuriatoribus Magdeburgensibus, Dallaeo et aliis <sup>5)</sup> in dubium vocata, optime disputavit vir doctissimus Nicolaus le Nourry <sup>6)</sup>, cujus verba referens, lectoribus grati aliquid facere puto: „Nemo est, inquit, qui hac in epistola omnes scriptoris apostolici notas et characteres facile non animadvertat. Ubique enim verba, stylus, ingenium, aliaque omnia illam a viro vere apostolico, immo et ab ipsomet Polycarpo scriptam esse aperte produunt.“

„Neque vero ipsa tantum epistola, sed testes etiam locu-

1) Vide *Jacobson*. edit. Patrum apostol. ed. II. T. I. p. LVIII.

2) Ep. ad Florin. apud Euseb. Hist. eccl. V, 20.

3) Apud *Euseb*. Hist. eccl. IV, 14.

4) De viris illustr. c. 17.

5) Dallaeum maxime secuti sunt *Semlerus* (ad *Baumgarten*, Unter-

suchung theol. Streit. II, 36 sq.) et *Röster*, Bibliothek d. K. Väter I, 93 sq. Nuperrime Epistolam S. Polycarpi in dubium vocarunt *Schwoeglerus* Tubingensis (Das nachapostol. Zeitalter T. II. p. 154 sqq.) et *Hilgenfeld*, die apostol. Väter, Halle 1853. p. 271 sqq.

6) Appar. ad Biblioth. max. Patrum T. I.



pletissimi, omnique exceptione majores, illud idem firmissime adseverant. Horum agmen ducit *Irenaeus*, Lugdunensis episcopus, et Polycarpi nostri discipulus, qui in agnoscendis vel designandis magistri sui epistolis falli non poterat. Is enim de hac Polycarpi epistola haec memoriae tradidit <sup>1)</sup>: Ἔστι δὲ καὶ ἐπιστολὴ Πολυκάρπου πρὸς Φιλιππησίους γεγραμμένη, ἰκανοτάτη, ἐξ ἧς καὶ τὸν χαρακτῆρα τῆς πίστεως αὐτοῦ, καὶ τὸ κήρυγμα τῆς ἀληθείας, οἱ βουλόμενοι, καὶ φροντίζοντες τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας, δύνανται μαθεῖν... Irenaei sententiae subscripsit *Eusebius*. Ac ne quis, de qua Polycarpi epistola loquatur, ullam unquam litem movere posset, ille plures ex eadem epistola locos, qui in ea etiam nunc reperiuntur, fideliter transscripsit. Sic autem ille <sup>2)</sup>: Καὶ ὁ Πολύκαρπος δὲ τοῦτων αἰπῶν (epistolarum S. Ignatii) μέμνηται ἐν τῇ φερομένη αὐτοῦ πρὸς Φιλιππησίους ἐπιστολῇ, φάσκων αὐτοῖς δῆμασι κ. τ. λ. (Sequuntur verba Polycarpi ex cap. 9 et 13). Et in alio libro *Eusebius* <sup>3)</sup>: Ὁ μὲν τοι Πολύκαρπος ἐν τῇ δηλωθείσῃ πρὸς Φιλιππησίους αὐτοῦ γραφῇ, φερομένη εἰς δεῦρο, κέχρηται τισι μαρτυρίαις ἀπὸ τῆς Πέτρου προτέρας ἐπιστολῆς (e. g. c. 1. 2. 5. 7. 8. 10). *Eusebio* accedit *Hieronymus*, qui eidem epistolae suum quoque dedit testimonium <sup>4)</sup>: *Polycarpus, Joannis Apostoli discipulus, et ab eo Smyrnae episcopus ordinatus; totius Asiae princeps fuit* etc. *Scriptis ad Philippenses valde utilem epistolam, quae usque hodie in Asiae conventu legitur.* Ex quibus Hieronymi verbis discimus, non solum ab illo hanc epistolam Polycarpo adscribi, sed eam insuper, summa cura in ecclesiis adservatam, ibi maximo fuisse in pretio.

„His autem tribus locupletissimis testibus innumerabiles alios, si quid opus esset, adungere possemus, Photium, Maximum, Theodoretum caeterosque omnes, qui de hac Polycarpi epistola aliquid deinceps scriptis mandaverunt. Sed cum illorum, quos jam citavimus, diligentia et fide nulla major desiderari queat, inutili aliorum nominatim appellandorum opera lubenter supersedemus.“

1) Adv. haer. III, 3. Apud *Euseb.*  
Hist. eccl. IV, 14.

2) Hist. eccl. III, 36.

3) Hist. eccl. IV, 14.

4) De viris illustr. c. 17.

„Constat itaque, hanc epistolam non alium, quam Polycarpum habuisse auctorem. Mirandus ergo Dallaeus, qui omnes ingenii sui vires eo intendit, ut aliquam hujusce epistolae, quam falsis opinionibus suis non favere sentiebat, dubitationem, vel saltem suspicionem quocumque tandem modo injiciat. Nullo enim alio ad id probandum nititur firmamento, quam Stichometria, quae in calce Chronographiae Nicephori Constantinopolitani adjecta est“<sup>1)</sup>. Hoc autem fragmentum a Nicephoro nequaquam scriptum fuisse, eique perperam a Dallaeo adscribi, invictis rationum momentis docuerunt Nourrius et Pearsonius<sup>2)</sup>).

Praeterea Nourrius adjicit, „opinionem Dallaei suis ipsis sodalibus, ejusdemque sectae viris a vero ita alienam videri, ut Moynius<sup>3)</sup> de ea sic aperte pronunciet: *Numquam potui pedibus nec animo ire in sententiam celeberrimi Dallaei, qui hanc Polycarpi epistolam tam celebrem, ac ubique terrarum ita praedicatam, suspectam reddere conatus est . . . Neque enim video, quomodo opus tantum, omnibus ita notum, vel minimam de se possit excitare suspicionem. Nullum quippe exstat opus, cujus certiora animadvertantur veritatis argumenta, quam epistola ad Philippenses; ac si de illa dubitari liceret, nullum esset antiquitatis monumentum, cujus fides etiam incerta ac dubia non labasceret.*“

Praeter Nourrium authenticam epistolae S. Polycarpi defenderunt Pearson. Vindic. Ignat. P. II. cap. V apud Coteler. (Patres apost. T. II. Sect. II. p. 300 sqq.), Mosheim. Comment. de reb. Christ. p. 162, Tillemont, Mémoires II, 327, Ittig, diss. de haeresiarchis apostolicae aetatis p. 186 et in Appendice ad diss. de Haeresiarchis p. 75 sq., Lücke, Commentar über die Briefe des Evang. Johannes p. 3. 4; Möhler, Patrolog. T. I. p. 155—163, et nuperrime Uhlhorn in Niedner, Zeitschrift für histor. Theologie 1851. p. 276 sqq.

1) Quisquis auctor sit Stichometriae, affirmatur. E contextu potius patet, ille non pronuntiat, Epistolas S. Ignatii et Polycarpi esse supposititias. Nuda enim hic Ignatii et Polycarpi nomina ponuntur, neque vel de epistolis vel de suppositione quidquam

affirmatur. E contextu potius patet, duos hos Patres a canone solum S. Scripturae arceri.

2) Vindiciae Ignatianae P. I. c. 4 apud Coteler. T. II. Sect. II. p. 287 sqq.

3) Proleg. ad Varia Sacra.

IV. Jam de *integritate* dicendum. Dallaeus, cum totam epistolam rejicere se posse non speraret, ultimam certe ejus partem Polycarpo suppositam contendit, assentientibus Moynio, Bunsenio <sup>1)</sup> et aliis. Sed

a) Jam Eusebius (Hist. eccl. III, 36.) posteriorem hanc epistolae partem citat, atque ex ea (c. 13), ut ex praecedentibus, quaedam Polycarpi verba transscripsit <sup>2)</sup>.

b) Eusebius, ut bene Pearsonius docet <sup>3)</sup>, nec falli, nec fallere potuit. Erat enim tota epistola omnibus exposita; erat in ecclesiis Asiaticis tunc temporis, cum scriberet Eusebius, publice lecta; norat eam Hieronymus, cujus versioni, nisi aliis occupatus, incubuisset, et tamen Eusebiana nunquam recusavit. De illa igitur particula, quam exscripsit Eusebius, dubitari non potest, nisi etiam de tota epistola simul absque ulla ratione dubitemus.

Quae Dallaeus ex epistola ipsa contra integritatem profert, nullius momenti esse, facile perspicies.

a) Decentissimam epistolae clausulam c. 12 inveniri, reliqua igitur postea adjecta esse, contendit vir criticus. Sed clausulis ejusmodi *ante* finem totius epistolae S. Paulus quoque et Clemens Romanus usi sunt; cfr. ad Rom. 15, 33. ad Ephes. 3, 21.; I Clem. ad Cor. capp. 20. 38. 45. 50. 58.

b) Impostor, si Dallaeum audias, ita loquitur, ut Ignatium, quo tempore haec scripta sunt, adhuc superesse significet. *De ipso*, inquit c. 13., *Ignatio, et de his, qui cum eo sunt, quod certius agnoveritis, significate*. Prioris autem partis auctor (c. 9) apertissime affirmat, Ignatium jam fuisse mortuum. Futile hoc argumentum. Si enim verba illa c. 13, mendacii accusata, graeca adhuc exstarent (*καὶ περὶ Ἰγνατίου καὶ περὶ τῶν μετ' αὐτοῦ*), nemo certe contenderet, Ignatium *adhuc vivum* illis significari aut innui.

Nuperrime Dr. *Ritschl* (alkath. Kirche, Bonn 1850) alio modo ac Dallaeus permultos hujus epistolae locos, ex diversis capitibus,

1) Cfr. *Bunsen*, Ignatius v. Antioch. u. seine Zeit. 1847. p. 108.

2) Cfr. supra p. LXXVIII et Nourrium.

3) Vindic. Ignat. P. II. cap. V apud *Coteler.* l. c. p. 300 sqq.

praesertim eos, qui de S. Ignatio et ejus epistolis loquuntur, in suspicionem interpolationis adducere conatus est non *argumentis*, sed *arbitrariis conjecturis* insistens; cui bene et copiose respondit Dr. *Denzinger* in *Tübing. theol. Quartalschrift* 1851. p. 399—409.

V. Epistolam S. Polycarpi paulo post martyrium S. Ignatii exaratam esse, ex epistola ipsa erudimur, c. 13. Cfr. supra p. XL sq., quae de tempore mortis S. Ignatii disputavimus.

VI. Haec epistola manca habetur in omnibus graecis codicibus mstis. Ubi autem codices deficiunt, ibi continenter subnectitur epistola Barnabae, sed capite truncato. Cfr. supra p. XVI. Nr. VII. et p. 1. Not. 2.

Totam vero Polycarpi epistolam vetus nobis servavit versio, quam primus 1498 Parisiis, ab ipso inventam, evulgavit Jacobus Faber Stapulensis.

Graece et latine primus epistolam in lucem protulit Duaci 1633 Petrus Halloixius, ex apographo Francisci Turriani, a viro doctissimo Jacobo Sirmondo S. J. ad illum transmissio <sup>1)</sup>. Post annos 14 Jacobus Usseus aliud nactus exemplar, quod ex Andrea Schotti apographo Claudius Salmasius manu sua descriptum cum Isaaco Vossio communicaverat, illud contulit cum edito Halloixano, atque hanc Polycarpianam epistolam cum vetere interprete Londini evulgavit 1647; quam deinde nova interpretatione adornatam exhibuit Cotelerius. Anno 1709 prodiit Thomae Smithii editio praestans, eamque secutus est Gallandius. Novas denique editiones 1838, 1840 et 1847 adornavit Guilielmus Jacobsonus, codicibus Vaticano, Parisino et Mediceo-Laurentiano usus.

VII. De Polycarpi *doctrina* disputaverunt *Lumperus* <sup>2)</sup>, *Heynsius*, *Junius ac van Gilse* <sup>3)</sup>, *Möhlerus* <sup>4)</sup> et alii.

1) Cfr. supra p. XVI. Nr. VII. | patrum apost. morali p. 60—69;

2) *Hist. theol. crit.* T. I. p. 351—356. | p. 74—84; p. 75—78.

3) *Commentationes de theologia* | 4) *Patrolog.* T. I. p. 159—162.

## VI. DE MARTYRIO S. POLYCARPI.

I. „Inter praeclariora ecclesiasticae antiquitatis monumenta merito recensetur Epistola Ecclesiae Smyrnensis de martyrio S. Polycarpi, adeo, ut illam paene integram Eusebius historiae suae *necessario inserendam* existimaverit <sup>1</sup>. Quin immo illustris ejus interpres Valesius eo processit, ut affirmarit <sup>2</sup>), Polycarpi ejusque sociorum martyrium litteris traditum esse omnium primum, Actaque Martyrum nulla exstare antiquiora; nec dubitarit proinde, quin illa Smyrnensium epistola primo loco posita fuerit ab Eusebio, in libro, quem inscripsit *ἀρχαίων μαρτυριῶν συναγωγή*. Molliter tamen excipiendus vir doctissimus; nondum quippe detecta, quo tempore ille sic sentiebat, Acta martyrii S. Ignatii sincera.“ Ita Gallandius <sup>3</sup>).

II. Insignis haec de martyrio S. Polycarpi epistola rectissime, ut Smithius docet <sup>4</sup>), „dici potest *ἐγκύκλιος* sive *encyclica*, ut ex inscriptione patet; utpote ad varias ecclesias, tam in Asia minori vicinas, quam alibi in aliis provinciis, *κατὰ πάντα τόπον* transmissa; quae de iis solis, quae *κατὰ Πόντον, juxta Pontum* sitae erant, male interpretatur Eusebius <sup>5</sup>), pro *πάσαις ταῖς κατὰ πάντα τόπον*, quum ad omnes ecclesias, ubi christianae religionis professio vigeat, per orientem praecipue sparsas, debeat propagari et extendi ab ipsis *Philadelphensibus* <sup>6</sup>), quantum in ipsis erat, *τοῖς ἐπέκεινα ἀδελφοῖς* communicanda <sup>7</sup>): eadem verborum serie in omnibus retenta, soloque particularis ecclesiae, ad quam dirigitur, nomine mutato.“

III. Hanc epistolam non continuo post Polycarpi martyrium <sup>8</sup>), sed aliquanto post tempore a Smyrnaeis scriptam fuisse contendit Valesius <sup>9</sup>), dicens: „quum Philomelienses de

1) Hist. eccl. IV. 15.

2) Ibid. Not. 1.

3) Biblioth. veterum Patrum I. c. p. LXXXIX.

4) Schol. in Ep. Smyrn. Eccl. p. 113.

5) Hist. eccl. IV, 15.

6) Non *Philadelphensibus*, sed fidelibus *Philometii* epistolam nostram

inscriptam fuisse statuit Jacobsonus, quem nos secuti sumus. Cfr. quae infra ad inscriptionem hujus epistolae annotavimus p. 273. not. 7.

7) Ep. Eccl. Smyrn. c. 20.

8) Vide supra p. LXXVI.

9) Not. I ad *Euseb.* Hist. eccl. IV, 15.

Polycarpi martyrio fama tantum ac rumore tenus audiissent, litteras dederunt ad Smyrnaeorum ecclesiam, rogantes, ut cuncta, quae in beatissimi viri passione gesta fuerant, singillatim perscripta ad ipsos mitterentur. Quod quidem libentissime praestiterunt Smyrnaei, scripta ad ipsos epistola, quam in manibus habemus. Id autem subindicant his verbis (c. 20): *ὁμοῖς μὲν οὖν ἠξιώσατε διὰ πλειόνων δηλωθῆναι ὑμῖν τὰ γενόμενα.*“ Sed *primo* anno post mortem S. Polycarpi acta haec conscripta esse inde ex eo apparet, quod primus dies anniversarius hujus martyrii nondum celebratus fuit, ut ex cap. 18 perspicimus.

IV. Epistolam de martyrio Polycarpi, nomine ecclesiae Smyrnenensis ab Evaresto conscriptam, Marcus quidam, seu Martianus <sup>1)</sup>, ad Philomelienses pertulit <sup>2)</sup>. Exemplar autem hujus epistolae habuit *Irenaeus*, quod *Gajus* ejus discipulus descripsit, et post eum *Socrates* quidam Corinthius, atque alius, *Pionius* nomine <sup>3)</sup>.

V. Epistolae Smyrnenensis ecclesiae optimum Eusebius prae-buit testimonium, qui potiore ejus partem historiae suae inseruit, hisce verbis <sup>4)</sup>: *Ἐν τούτῳ δὲ (tempore) ὁ Πολύκαρπος, μεγίστων τῶν Ἀσίων ἀναθοριβησάντων διωγμῶν, μαρτυρίῳ τελειοῦται. Ἀναγκαιότατον δὲ αὐτοῦ τὸ τέλος, ἐγγράφως ἔτι φερόμενον, ἰγούμαι δεῖν μνήμη τῆς ἱστορίας τῆσδε καταθέσθαι. Ἔστι δὲ ἡ γραφή ἐκ προσώπου ἧς αὐτὸς ἐκκλησίας ἠγεῖτο, ταῖς κατὰ Πόντον παροικίαις τὰ κατ' αὐτὸν ἀποσημαίνουσα διὰ τούτων κ. τ. λ.* Sequuntur verba epistolae nostrae.

Ibidem, postquam Eusebius multa protulit ex ea epistola, concludit his verbis: *Τὰ μὲν δὲ κατὰ τὸν θανάσιον καὶ ἀποστολικὸν Πολύκαρπον, τοιοῦτου κατηξίωτο τέλους, τῶν κατὰ τὴν Σμυρναίων ἐκκλησίαν ἀδελφῶν τὴν ἱστορίαν, ἐν ἧ δεδηλωκαμεν αὐτῶν ἐπιστολῇ, κατατεθειμένων.*

1) Ita exhibet vetus interpres.

2) Vide Martyr. Polycarpi c. 20.

3) Ibid. c. 22. Acta quaedam S. Polycarpi spuria, Pionio huic auctori falso tributa, *Petrus Halloixius* in

vitis Patrum oriental. T. I et post eum *Bollandus* edidit in Actis Sanctorum ad diem 26 Januar.

4) Hist. eccl. IV, 15.

De martyrio S. Polycarpi *Irenaeus* <sup>1)</sup> quoque verba fecit: Ἐπὶ πολὺ γὰρ παρέμεινε (Polycarpus)· καὶ πάντῃ γηραιός, ἐνδόξως καὶ ἐπιφανέστατα μαρτυρήσας, ἐξῆλθε τοῦ βίου.

Similiter Hieronymus <sup>2)</sup>: *Postea vero, regnante M. Antonino et L. Aurelio Commodo, quarta post Neronem persecutione, Smyrnae, sedente Proconsule, et universo populo in amphitheatro adversus eum personante, igni traditus est.*

VI. Totam ecclesiae Smyrnensis epistolam nemo, quem sciam in dubium vocavit; ipsique critici rigidissimi laudem ei tribuerunt <sup>3)</sup>. Iis, quae supra (Nr. I.) ex Valesio protulimus, ea addemus, quae illustrissimus Scaligerus in Animadversionibus suis Eusebianis (p. 121) effatus est. *Haec sunt, inquit, vetustissima illa ecclesiae martyria, quorum lectione piorum animus ita afficitur, ut numquam satur inde redeat; quod quidem ita esse, unusquisque pro captu suo et conscientiae modo sentiri potest. Certe ego nihil unquam in historia ecclesiastica vidi, a cujus lectione commotior recedam, ut non amplius meus esse videar.*

Nostris temporibus praesertim *Moehlerus* epistolae hujus causam egit <sup>4)</sup>.

Nonnullas lacinias, praesertim fabulam de columba c. 16, epistolae nostrae a posterioribus additas esse, contenderunt *Hermannus* <sup>5)</sup> et alii; non plane, ut videtur, injuste.

Equidem ultimam capituli 22 particulam, quae de Pionio loquitur, spuriam censeo et ab illo confectam, qui supposititia ista S. Polycarpi acta, quorum supra, p. LXXXIII. Not. 3, mentionem fecimus, quaeque Pionio false adscribuntur, genuinae Smyrnaeorum epistolae mala fraude adjunxit. Verbis enim *καθὼς δηλώσω ἐν τῷ καθ' ἐξῆς* Pseudo-Pionius indicat, *sequentibus* (i. e. Actis spuriiis adjectis) se declaraturum esse, quae Polycarpus per revelationem ipsi manifestaverit.

1) Adv. Haer. III, 3. Apud *Euseb.* Hist. eccl. IV, 14.

2) De viris illustr. c. 17.

3) Vide *Tillemont*, Mémoires etc. T. II. p. 341 sqq. ed. Veneta. 1732 et

*Fabric. Bibl. gr. ed. Harles. T. VII p. 51.*

4) Patrolog. T. I. p. 410. Cf.

*Neander, K.G. T. I. 1. p. 186 sqq.* 5) Vide Not. 4 ad c. 16 infra p. 288.

VII. Epistolam ecclesiae Smyrnenensis primus graece et latine (sed graece non integram) edidit *Petrus Halloixius* in vitis Patrum oriental. T. I. <sup>1)</sup>). Integram autem eam anno 1647 Londini ex Menologio graeco mss. Barocc. evulgavit Usserius, Parisiis Cotelerius. Eandem deinde Actis Martyrum sinceris *Ruinartus* intexuit, et *Smithius* editioni Epp. Ignatii et Polycarpi addidit 1709. Smithium secutus est *Gallandius*. Novissimam et elegantissimam editionem 1838, 1840 et 1847 Oxonii evulgavit *Jacobsonus*, tribus codicibus, Barocciano, Parisino et Caesareo-Vindobonensi usus.

VIII. De *doctrina* hujus epistolae cfr. *Lumper*, hist. theol. crit. T. II. p. 453—459; *Möhler*, Patrolog. T. I. p. 158; *Permaneder*, Patrol. specialis T. I. p. 69.

IX. Addamus denique, quae Thomas Smithius, testis *ἀπόπτως*, de Smyrneni amphitheatro, quo S. Polycarpus martyr gloriosus obiit, deque ejus sepulcro enarrat his verbis <sup>2)</sup>): „Ad latera, inquit, alterius portae arcis, quae ad Orientem est, adhuc visuntur duae aquilae, Romanorum insignia, largiusculae et belle quidem delineatae. Hinc inter descendendum, amplum amphitheatrum ad Notapeliotem, quo S. Polycarpus martyrio coronatus est, intravimus, gradibus saxeis a Turcis ad ornandas aedes illinc sublatis. In cujus lateribus duae cavernae, quibus clauderantur leones, sibi invicem opponuntur. Sepulcrum S. Polycarpi, quod in latere montis adversus Euroaustum adhuc conservatur, Graeci die festo, ipsius memoriae consecrato, pro more, qui apud ipsos obtinet, solemniter invisunt. Situm est in quadam aedicula, ecclesiae forte sacello, alii, per quam illuc transeundum est, contigua. In hoc monumento instaurando, si ab impressionibus aëriis, si a Turcis, si a Christianis occidentalibus, qui fragmenta marmoris quasi tot reliquias exinde tollunt, laedatur temereturque; laudabilis illorum collocatur opera, olla fictili quoque illic apposita, in quam quisque fere prae veneratione, qua erga τὸν Μεγαλομάτυρα pro Christo invicta animi prae-

1) Duae exstant versiones antiquae, quarum altera *metaphrasis* potius, quam *versio* est.

2) Notit. sept. Asiae eccles. p. 164. edit. Oxon. 1672. *Lumper*. l. c. T. II. p. 461.



sentia mori sustinentem fertur, illic ductus pauculos aspros con-  
jicit, ut in omne aevum perennet.“ Haec Smithius. De sepulcro  
S. Polycarpi etiam *Tischendorfus* in libro „*Reise in den Orient*“.  
1846. T. II. p. 248 loquitur, illudque in latere montis, qui  
vocatur *Mustasia*, prope urbem, eo ipso loco, quo beatus Martyr  
mortem obiit, situm esse affirmat.

## VII. DE EPISTOLA AD DIOGNETUM.

I. Praestantissimam epistolam ad Diognetum gentilem primus  
graece in lucem extulit, latine vertit notisque illustravit *Henricus  
Stephanus A.* 1592. Quum in codice, quo *Henricus Stephanus*  
est usus, nec non in codice *Argentoratensi*, quem nostris diebus  
vir doctissimus *Joannes Carolus Otto* contulit, *Justini* nomen  
esset superscriptum <sup>1)</sup>, epistola nostra eruditorum multorum con-  
sensu <sup>2)</sup> *Justino* martyri auctori est tributa; unde factum, - ut  
a *Prudentio Marano*, a *Doctore Otto*, nunc professore *Viennensi*  
et aliis, in editiones operum *Justini* sit recepta. Non defuere  
tamen alii, neque pauci, qui ejus auctorem *Justino* multo anti-  
quorem esse existimarent. Hos inter primas tenet *Tillemontius* <sup>3)</sup>,  
quem deinde secuti sunt *Nourrius* <sup>4)</sup>, *Gallandius* <sup>5)</sup> et *Lumperus* <sup>6)</sup>.  
Nostris temporibus praesertim viri doctissimi *Georgius Böhl* <sup>7)</sup>,  
*Carolus Semisch* <sup>8)</sup>, *Joannes Car. Theod. Otto* <sup>9)</sup> et *Dr. Hoff-*

1) *Otto*, epistola ad Diogn. edit. II.  
p. 3. edit. I. p. 10.

2) E. g. *Cavei*, *Tenzelii*, *Fabricii*;  
nostris temporibus *Kestneri* et *Baum-*  
*garten-Crusii*.

3) *Mémoir. pour servir etc.* T. II.  
p. 493 sqq.

4) *Appar.* T. I. p. 445.

5) *Biblioth.* l. c.

6) *Hist. theol. crit.* T. I. p. 183.

7) *Böhl*, opuscula patrum selecta.  
P. I. p. 109.

8) *Justin d. Märtyrer.* Breslau 1840.  
T. I. p. 172 sqq.

9) *Otto*, de *Justini* martyris scriptis  
et doctrina. Jenae 1841. p. 53 sqq.  
Nuperrime idem vir doctissimus pec-  
liari dissertatione (*de epistola ad  
Diognetum*, Jenae 1845. edit. II  
Jenae 1852) epistolam nostram *S. Ju-*  
*stino* vindicare conatus est. Sed  
confer, quae contra monuimus in:  
*Tübing. theol. Quartalschrift* 1846.  
Fasc. III. p. 460 sqq.

mann <sup>1)</sup> de hac re disputaverunt; hi Justini causam agentes et aliorum objectiones impugnantes, illi epistolam Justino abjudicantes.

Inscriptionem illam in duobus codicibus repertam, magni fecerunt Otto (Epistola ad Diognet. edit. II. p. 11) et Hoffmannus (l. c. p. 2); quum vero uterque codex *posterioris* demum esset aetatis et ceteri codices hac inscriptione carerent, non multum ponderis illi testimonio externo attribuendum putamus. Falsae enim inscriptiones persaepe nobis occurrunt, e. g. arabicorum canonum concilii Nicaeni <sup>2)</sup>. Deinde, quo minus Justino hanc epistolam tribuamus, id imprimis obstat, „quod haec epistola sermonis indole haud parum discrepat ab iis libris, quos Justini esse extra controversiam positum est <sup>3)</sup>. Quis est enim, quem fugiat, simplicem et perspicuam hujus epistolae dictionem, expeditam simul et integram verborum constructionem, ac singulorum enuntiatorum connexionem multum differre tum a verborum usu, quem in Justini scriptis conspicimus, artificiosiore, tum ab ipsius inculto dicendi genere, cum et impedita intricataque utatur verborum constructione, phrasibus mediis haud raro nimium quantum cumulatis, et prioribus singulorum enuntiatorum verbis consequentia addere saepe negligat <sup>4)</sup>. Quae quidem sermonis discrepantia neque

1) Hoffmann (Gymnasial-Oberlehrer in Neisse in Schlesien) „über Justinus des Martyrers Brief an Diognet“ 1851 in „Jahresbericht des königl. kathol. Gymnas. zu Neisse.“

2) Cfr. librum meum „Concilien-geschichte“, 1855. T. I. p. 351.

3) Stylus epistolae nostrae, judice Grabio (Spicil. T. II. p. 165), nimium quantum a reliquis Justini operibus est diversus, et argutiis abundat, quae raro apud Justinum reperiuntur; judice Gallandio (l. c. p. LXIX) stylus multo est floridior eo et elegantior, quo S. Martyr in suis, quotquot circumferuntur, sinceris operibus usus comperitur.

Patres apost. Ed. IV.

4) V. D. Semisch de hac styli discrepantia ita disserit (l. c. p. 177): „Statt dass die Schreibart Justin's den Mischcharakter trägt, welchen die griechische Sprache seit der Epoche Alexanders d. G. in immer fortschreitender Allgemeinheit angenommen hatte, nähert sich der Stil des Briefes der Reinheit der klassischen Diction; statt dass Justin in der Regel nachlässig und incorrect schreibt, ist in dem Briefe auf den Ausdruck grosse Sorgfalt verwendet; statt dass sich Justin für gewöhnlich in der Sphäre der gemeinen Umgangs- und Volkssprache hält, bewegt sich der Verfasser des Briefes in hohem Schwunge,

ex variis variorum librorum generibus et argumentis, neque ex temporum, quibus singuli libri ab eodem auctore conscripti sint, majoribus intervallis commode explicari potest, sed diversum a Justino hujus epistolae auctorem fuisse manifesto indicio est. Huc accedit, quod, cum Justinum animadvertamus non solum accurata legis Mosaicae et prophetarum cognitione instructum esse, sed etiam sacrorum V. T. librorum divinitatem quam maxime venerari, ex iisque ad defendendam religionem christianam argumenta saepissime petere; contra hujus epistolae auctorem videmus libros V. T. parum curare, cum neque ullum ex iis locum alleget, nec verbo quidem divinam iis auctoritatem vindicet <sup>1)</sup>, quamquam Judaeorum superstitiones increpanti non solum opportuna occasio oblata sit, sed paene imposita necessitas, de divina religionis Judaicae origine, deque consilio quo Deus legem dedit populo Israëlitico disserendi, ne ea, quae divino instituto nituntur, una cum erroribus et superstitionibus, quae postea irrepserunt, rejicere videretur <sup>2)</sup>.

Revera qui Apostolorum epistolas et opera Patrum primi et secundi seculi comparare velit, magnam quandam differentiam perspiciet, quae nobis aetatem epistolae ad Diognetum investigantibus lucem afferre poterit. Quum enim in epistolis Apostolorum et Clementis Romani nullibi odium legis Judaicae nobis occurrat, sed divina veteris foederis institutio ubique agnoscatur et ab omnibus colatur; post eversionem Hierosolymarum rem plane mutatam, Judaeos omni odio contra Christianos certantes, et hos

und gibt seiner Darstellung durch passend gewählte Gegensätze einen nachhaltigen Reiz (e. g. c. 5); statt dass Justin meist den Gegenstand, welchen er behandelt, durch ungehörige Einschüßel zerreisst und überhaupt ohne logische Ordnung bespricht, verfolgt der Verfasser des Briefes sein Object in logischer sachgemässer Entwicklung. Dazu kommt, dass die Lieblingsausdrücke Justin's in dem Briefe durchaus fehlen und dagegen

viele Wörter und Redensarten gebraucht sind, welche Justin nicht hat.<sup>a</sup> Argumentum hoc, ex styli diversitate depromptum, enervari non posse, ipse Dr. Otto concedit (Epistola ad Diognetum, edit. II<sup>a</sup>, p. 36 sqq.

1) Cfr. *Semisck* l. c. p. 180.

2) *Böhl*, l. c. p. 111. Cfr. quae ad enervandum hoc argumentum dicta sunt a Dr. Otto l. c. p. 21 sqq. et *Hoffmann* l. c. p. 5 sq.

acriter illis infestos videmus. Praesertim Cerinthi haeresis et doctrinam et ecclesiam christianam in periculum vocavit, et cuncti fideles, maxime episcopi et ecclesiae doctores, ut Ignatius Antiochenus, Polycarpus et auctor epistolae sancto Barnabae adscriptae, bellum contra Judaistas valde sibi religioni habuere. Nonnulli in impugnandis Judaeis ipsos limites justitiae transgressi et non solum *errores* Judaeorum, sed etiam institutiones a *Deo* adornatas, circumcisionem, sabbata, sacrificia etc. vituperare et superstitionis accusare ausi sunt (e. g. epistola Barnabae). Secundo autem bello Judaico peracto nullum amplius Judaistarum periculum adfuit, ideoque vehementi ista Judaismi impugnatione desinente prisca illa et apostolica veteris foederis aestimatio apud orthodoxos Patres rediit, imprimis apud S. Justinum. Immo iisdem temporibus, jam ante et circa medium seculum secundum, orthodoxi Patres institutiones judaicas contra Gnosticos, Carpocratem, Basilidem, Ophitas, potissimum contra Marcionitas defendere et divinam earum originem demonstrare valde necessarium putarunt. Ex dictis apparet, epistolam ad Diognetum, quum non solum *superstitiones* Judaicas, sed ipsas *divinas* veteris foederis institutiones impugnet <sup>1)</sup>, non sancto Justino adscribendam, sed priori illi tempori inter primum et secundum bellum judaicum assignandam esse.

Praeterea, ut V. C. *Semisch* (l. c. p. 179) monet, epistolae nostrae auctor aliter ac Justinus de idololatria disputat. Justinus enim paganorum deos spiritus putat realiter existentes (*daemones*) ac in status imaginibusque suis nonnunquam habitantes, ut hominum excipiant oblata <sup>2)</sup>; Noster vero, tales spiritus non agnoscens, nil nisi ligna, lapides et metalla a gentilibus coli contendit <sup>3)</sup>.

1) Cfr. quae monuimus in Tübinger Quartalschrift 1846. p. 465 et quae contra nos disputavit *Hoffmannus* l. c. p. 5.

2) Justini Apol. I, 5. p. 46 (p. 55 D. E.). I, 9. p. 48 (p. 57 C). I, 12.

p. 50 (p. 59 D). Apol. II, 5. p. 92 (p. 44 B).

3) Ep. ad Diogn. c. 2. Ueberius de hoc argumento disputavimus in Tübing. Quartalschrift 1846. p. 464. Cfr. objectiones *Hoffmanni* l. c. p. 4. et *Ottonis* l. c. p. 17 sqq.

Nec Justinii doctrinae de λόγῳ σπερματικῷ ea consentanea sunt, quae Noster c. 8 de statu mundi ante Christum disserit <sup>1)</sup>).

Alias denique diversitates dogmaticas V. D. *Semisch* enumeravit <sup>2)</sup>).

Addamus his aliorum quoque doctorum argumenta, quae congressit Gallandius <sup>3)</sup>).

1) Primum quidem prodit auctor (c. 11), Apostolorum se exstitisse auditorem: Ἀποστόλων γενόμενος μαθητής; quod sane non nisi admodum improprie de Justino quis dixerit <sup>4)</sup>). Sed c. 11 a multis spurium putatur, cfr. infra p. XCII. nr. IV.

2) Deinde christianam religionem recens exortam saepius inculcat noster Anonymus. Alloquens enim Diognetum sub initium epistolae (c. 1): *Video te, inquit, acerrimo studio teneri discendi, quis sit divinus Christianorum cultus, . . . et cur NOVUM hoc genus aut institutum in consuetudinem venire NUNC COEPERIT, ET NON PRIUS . . . τί δὴ ποτε καινὸν τοῦτο γένος ἢ ἐπιτήδευμα εἰσῆλθεν εἰς τὸν βίον νῦν, καὶ οὐ πρότερον.* Et mox in eandem sententiam (c. 2): *Postquam factus fueris, velut ab initio, novus homo, utpote SERMONIS NOVI, sicut et ipse confessus es, auditor futurus . . . λόγου καινοῦ ἀκριβοῦς ἐσόμενος.* Nonnullis interjectis, clarius adhuc idem confirmat his verbis (c. 9). *Quum superiori tempore Deus nos convicisset, non posse vitam consequi naturam nostram, NUNC autem Servatorem ostendisset . . . νῦν τὸν σωτήρα δείξας.* —

1) *Semisch* l. c. p. 181. 182. Cfr. contra Dr. *Otto*, l. c. p. 26 sqq. Uberius de hac re disputavi in *Tübing. Quartalschr.* l. c. p. 467 sq.: „Nicht das, dass in unserem Briefe die Lehre vom λόγῳ σπερματικῷ nicht vorkommt, macht die Justin'sche Autorschaft verdächtig, sondern das, dass unser Brief auf einer ganz andern Anschauungsweise der alten Welt ruht, als sie Justin gemäss seiner Lehre vom

λόγῳ σπερματικῷ haben konnte.“ Cfr. quae Hoffmannus l. c. p. 25 Annot. 49 contra nos monuit.

2) *Semisch* l. c. p. 182—185.

3) *Biblioth. vet. Patrum* T. I. Proleg. p. LXVIII.

4) Cfr. *Böhl*, l. c. p. 111. *Semisch* l. c. p. 174. *Otto* de Justinii scriptis p. 55. *Epistola ad Diognetum* ed. II. p. 13. *Tübing. Quartalschrift* 1846. p. 463.

Hoc argumentum non magni ponderis est, si epistolam nostram primis Justini temporibus adscribere velis <sup>1)</sup>).

3) Nemo denique in memorandis Justini operibus epistolae hujus mentionem fecit <sup>2)</sup>).

II. Ante annum 70 p. Chr. epistolam exaratam esse, ex c. 3 et 4 conjecerunt Tillemontius, Gallandius et alii, quippe qui auctor ita de ritu Judaeorum sit locutus, quasi templum Hierosolymitanum nondum fuisset dirutum. Sed vix dubito, quin eadem verba et post eversionem sacrae urbis a Christiano quodam, leges mosaicas impugnante, proferri potuissent <sup>3)</sup>. Longe aliter se res habuit in Epistola I Clementis Romani c. 41 <sup>4)</sup>).

Apostolicis temporibus auctorem nostrum vicinum fuisse, cum Böhlio non dubito. „Etenim egregia,“ inquit Böhlius, „hic conspicitur doctrinae puritas et in exponendis praecipuis evangelii articulis simplicitas, disciplinae Apostolorum, imprimis S. Pauli, valde consentanea. Nec tamen insignis ille cum Apostolorum disciplina et sermone consensus videtur ex artificiosa sermonis scripturae sacrae imitatione natus esse, sed ex ipso animo auctoris doctrinae apostolicae innutrito eaque penitus perfuso fluxisse.“

Baraterio Clemens Romanus, Gallandio Apollon epistolae nostrae auctor fuisse videtur <sup>5)</sup>); sed utraque conjectura firmis argumentis est destituta. Rectius Trajani temporibus epistolam nostram exaratam putat Möhlerus, quum ea, quae de persecutionibus c. 7 leguntur, vix prius scripta esse possint, et acrior illa Judaeorum et Christianorum disjunctio ac Judaismi impugnatio secundum seculum redoleat <sup>6)</sup>. Certiora de tempore statuere

1) Cfr. *Semisch* p. 175. *Otto*, l. c. p. 110. 111; *Semisch* l. c. p. 174—176. p. 13 sq. et p. 12. *Quartalschr.* l. c. *Quartalschrift*, l. c. p. 462—468 sqq.

2) Hoc argumentum ex silentio impugnarunt *Otto* et *Hoffmann* h. cc. Cfr. quae contra Doctorem *Otto* monui in *Tübing. Quartalschr.* l. c. p. 462 sq. et quae *Hoffmannus* contra me protulit, l. c. p. 3. Alia argumenta, quae nobis leviora videntur, vide apud *Galland.* l. c. Cfr. quoque *Böhl.* l. c. p. 15 et *Tübing. Quartalschrift* 1825. p. 449.

4) Cfr. supra p. XXXIV. lit. e.

5) *Galland. Bibl.* l. c. p. LXX.

6) *Tübing. theol. Quartalschrift* 1825. p. 447; et *Patrolog.* T. I. p. 165 sq. Cfr. quae supra p. XIII. 2

recusat Semisch, l. c. p. 186. Conjecturam Bunsenii, *Marcionem* auctorem epistolae nostrae fuisse, bene refutavit Otto (epistola ad Diogn. ed. II. p. 42 sqq.). Ipse epistolam S. Justino, ut diximus, tribuens, eam temporibus secundi belli judaici (133—135 p. Ch.), et quidem *Romae* exaratam putat.

III. Quis fuerit Diognetus ille, plane incompertum habemus; nam Diogneti nomen haud inusitatum erat apud Graecos. Diogneto magistro M. Aurelius Imperator utebatur; sed nostrum hoc esse antiquiorem temporibusque Apostolorum vicinum putemus <sup>1)</sup>. Diognetum paganum fuisse et dignitate conspicuum, fortasse *munere publico* fungentem, Hoffmannus ex verbis c. 1 concludit: *κράτιστε* et *ὡς μὴ λοπιθῆναι τὸν εἰπόντα* = ne me *poena* afficias <sup>2)</sup>.

IV. Extremam epistolae partem, a capite XI spuriam putant Böhl <sup>3)</sup>, Semisch <sup>4)</sup>, Otto <sup>5)</sup> et Hoffmann <sup>6)</sup>, quia

- a) argumentum epistolae jam capite 10 ad finem sit perductum; et
- b) sequentia a capite 11 cum antecedentibus non interno nexu cohaereant;
- c) quia, quae c. 12 in laudem *τῆς γνώσεως* proferuntur, iis contradicant, quae c. 8 de *πίστει* scripta sunt;
- d) quia posterior illa pars non unum lectorem, ut Diognetum, sed plures respiciat;
- e) quia denique posterioris partis auctor jussu divino sua

et p. XIV. 7. β de epistola Barnabae annotavimus.

1) Epistolam nostram ab Aurelio imperatore ipso fuisse exoptatam, temere suspicatus est *Kestnerus* (Agape, p. 394 sq.) Cfr. *Semisch*, l. c. p. 172. Veri simillimum censet *Otto* (de Justini scriptis p. 54; epistola ad Diognetum ed. II. p. 48 sqq.), Diognetum nostrum, init. epistolae nobili *κραιστρον* cognomine nuncupatum, eundem esse, quo praeceptore usus est M. Aurelius.

2) *Hoffmann* (in *Neisse*) Justinus

des Martyrers Brief an Diognet. 1851.

3) *Böhl*, l. c. p. 115 sq.

4) *Semisch*, l. c. p. 174.

5) *Otto*, epist. ad Diogn. ed. II. p. 56 sqq. Olim Dr. *Otto* integritatem epistolae defendit (de scriptis Justini M. p. 58), in posteriori autem libro (Epistola ad Diognet. ed. I. p. 84 sqq. ed. II. p. 56 sqq.) et ipse secundam ejus partem spuriam judicavit et ab orthodoxo Gnostico Alexandrino seq. III. confectam.

6) *Hoffmann* l. c. p. 3.

conscripsisse profiteatur c. 11, cum prior pars non nisi quaestionibus, ab amico propositis, respondere velit.

In prima quidem Patrum apostolicorum editione Böhlium temere de integritate epistolae nostrae dubitasse contendimus, nunc autem, re subtilius et acrius perpensa, parum abest, quin et nos posteriorem istam partem spuriam censeamus <sup>1)</sup>).

V. De doctrina epistolae nostrae cfr. *Lumper* <sup>2)</sup>), *Möhler* <sup>3)</sup>), *Permaneder* <sup>4)</sup>), *Otto* <sup>5)</sup>) etc.

## VIII. DE PASTORE HERMAE.

I. Auctor Pastoris saepius se ipsum Hermam appellat. Quis vero Hermas hic fuerit, et quo tempore vixerit, a viris doctis disputatur. Irenaeus et Clemens Alexandrinus, qui primi librum Pastoris laudaverunt, de patria, genere et aetate Hermae prorsus silent. Origenes autem, epistolam ad Romanos 16, 14 explanans <sup>6)</sup>), Hermam a S. Paulo salutatum cum auctore Pastoris unam eandemque esse personam *conficere* ausus est, nullis, ut videtur, argumentis nixus.

Post Origenem Eusebius refert, Hermam illum apostolicum a nonnullis auctorem Pastoris nostri *putari* <sup>7)</sup>). Statim vero addit Eusebius, librum hunc ab aliis in dubium esse vocatum, et inter receptae auctoritatis libros poni non posse <sup>8)</sup>).

1) Cfr. Tübing. Quartalschrift 1846. p. 469 sq.

2) Hist. theol. crit. T. I. p. 193 sqq.

3) Patrolog. T. I. p. 170 sqq.

4) Patrologia specialis T. I. p. 9 sqq.

5) *Otto*, epist. ad Diogn. edit. II. 1852. p. 15 sqq.

6) Lib. X. Explanat. in Ep. ad Rom. 16, 14: *Puto tamen, quod Hermas iste sit scriptor libelli illius, qui Pastor appellatur, quae scriptura valde mihi utilis videtur, et ut puto divinitus inspirata. Alio*

vero loco (Homil. 25 in Luc. c. 12, 58) Origenes ipse de libro Pastoris ita disserit: „*si tamen cui placet, huiusmodi scripturam recipere...*“

7) H. E. III, 3: *Ἐπεὶ ὁ αὐτὸς Ἀπόστολος ἐν ταῖς ἐπὶ τέλει προσήρσει τῆς πρὸς Ῥωμαίους μνήμην πεπολήται μετὰ τῶν ἄλλων καὶ Ἐρμᾶ, οὗ φασὶν ὑπάρχειν τὸ τοῦ ποιμένους βιβλίον.*

8) L. c.: *Ἰστέον, ὡς καὶ τοῦτο πρὸς μὲν τινῶν ἀντιλέλεκται, δι' οὗ οὐκ ἂν ἐν ὁμολογουμένους τεθελεῖ.*



Conjecturam Origenis a multis receptam iterum profert Hieronymus de viris illust. c. 10, ita scribens: *Hermam (cujus Apostolus Paulus ad Romanos scribens meminit: „salutate Asyncritum, Phlegontem, Hermam, Patrobam, Hermen et qui cum eis fratres sunt“)* asserunt auctorem esse libri, qui appellatur Pastor; et apud quasdam Graeciae ecclesias jam publice legitur. *Revera utilis liber, multique de eo scriptorum veterum usurpavere testimonia; sed apud Latinos paene ignotus est.* Quam parvi Hieronymus ipse alibi librum nostrum fecerit, infra videbimus.

Posterioribus temporibus multi alii in verba Origenis, Eusebii et Hieronymi juraverunt, et Hermae apostolico librum Pastoris tribuerunt.

Aliam sententiam primus auctor Fragmenti Muratoriani evulgavit, ita disserens: „Pastorem vero nuperrime temporibus nostris in urbe Roma Herma (l. Hermas) conscripsit, sedente cathedra urbis Romae ecclesiae Pio episcopo, fratre ejus. Et ideo legi eum quidem oportet, sed publicare vero in ecclesia populo, neque inter prophetas completum (l. completos) numero, neque inter Apostolos in finem temporum potest“ 1).

Testimonium hoc, circa annum 170 p. Ch., ut putatur, editum, eo majoris est momenti, quo accuratius auctor hujus fragmenti Pii tempora attingens, de re ipsa instructus esse poterat, et quo clarius perspiciamus, eum nimiae libri Pastoris aestimationi, falsaeque de auctore opinioni obsistere voluisse.

Hermam, Pii I. fratrem (medio seculo II.), ab angelico pastore edoctum, librum nostrum conscripsisse, etiam Pseudo-Tertullianus (contra Marcion. lib. III. c. 9) tradit:

„Jamque loco nono cathedram suscepit Hyginus,  
Post hunc deinde Pius, Hermas cui germine frater,  
Angelicus pastor cui 2) tradita verba locutus.“

1) *Galland. Bibl. vet. Patrum Tom. II. p. 208. Wiseler in Theol. Studien und Kritiken 1847, Fascicul. IV. p. 825 sq.*

2) Ita cum Moshemio (de rebus Christ. ante Constantin. M. p. 163) legendum puto. Editi: *quia*.

Pii fratrem presbyterum fuisse et propter librum Pastoris ab ipso exaratum, ipsum Pastorem esse cognominatum, e secunda epistola Pii I. ad Justum, episcopum Viennensem, conjici potest <sup>1)</sup>.

Similia in libro Pontificali legimus: „*Sub hujus (Pii I.) episcopatu frater ejus Hermes librum scripsit, in quo mandatum continetur, quod ei praecepit angelus Domini, cum veniret ad eum in habitu pastoris, ut sanctum Pascha die dominica celebraretur*“ <sup>2)</sup>.

Quae cum ita sint, Fragmento Muratoriano majorem fidem praebemus oportet, quam merae Origenis aliorumque conjecturae.

His accedit, quod Tertullianus Montanista non solum ipse acerrime librum Pastoris impugnet, sed etiam ab orthodoxa ecclesia eum rejectum esse contendat: „*Secunda te poenitentia excipiet; eris iterum de moechno Christianus. Haec tu mihi, benignissime Dei interpres! Sed crederem tibi, si scriptura Pastoris, quae sola moechos amat, divino instrumento meruisset incidi; si non ab omni concilio ecclesiarum, etiam vestrarum, inter apocrypha et falsa judicaretur; adultera et ipsa, et inde patrona sociorum*“ <sup>3)</sup>. Et alio loco: „*Et utique receptor apud ecclesias Epistola Barnabae (i. e. epistola ad Hebraeos) illo apocrypho Pastore moechorum*“ <sup>4)</sup>.

Non majori reverentia Hieronymus de libro Pastoris locutus est. „*Ex quo, inquit, liber ille apocryphus stultitiae condemnandus est, in quo scriptum est, quemdam angelum, nomine Tyri, praeesse reptilibus*“ <sup>5)</sup>. Hieronymum Hermae Pastorem Vis. IV, 2. respexisse vix dubium est.

Interna quoque indicia Hermae apostolico librum nostrum abjudicandum suadent, ut recte Gratzius contendit <sup>6)</sup>. „*Consilium nempe,*“ inquit, „*quo totum hoc opus est conscriptum,*

1) *Presbyter Pastor titulum con-*  
*didit, et digne in Domino obiit.*  
Apud Galland. T. I. p. 672. Baron.  
ad ann. 166. n. 3. — Epistolas Pii ad  
Justum episc., quamvis non *pläne*  
sunt indubitatae, ceteris tamen epi-  
stolis Pio adscriptis longe esse praec-  
ferendas, inter doctos constat.

2) Apud Baron. ad ann. 159. n. 4  
et infra p. XCVIII. lit. e.

3) Tertull. de pudicit. c. 10.

4) L. c. c. 20.

5) Hieron. lib. I in Habacuc. ad  
c. 1, 14.

6) Disquisitio in Pastorem Hermae.  
Partic. I. Bonnae 1820. p. 8 et 9.

Hermae convenire omnino vix potest. Pervoluto nempe hoc libro, haud difficilè perspiciet unusquisque, auctorem inter alia eo maxime retulisse sua consilia, ut in controversia, primum seculo secundo orta <sup>1)</sup>, statuatur, ipsis gravioribus peccatoribus, et moechis et apostatis, restare poenitentiam, quamvis unicam. Mirum sane videtur, quod tam parum ad hoc consilium, quod clare prodit auctor, attendebatur, qua observatione duce, aetas scriptoris determinanda, nulla laborasset difficultate. Ex ipsa porro ratione et institutione hujus libri in promptu esse nobis videtur, auctorem Pastoris Montanum <sup>2)</sup> ejusque assecclas petere cogitasse. Montano enim, unacum sociabus suis Priscilla et Maximilla, divinis revelationibus gloriantibus, quibus, quae in disciplina christiana maxime desideranda venirent, instituebantur, auctor noster alias revelationes divinitus datas opponere meditatus est <sup>3)</sup>.

Quum denique auctor Pastoris de morte Apostolorum (Sim. IX, 16.) et de more, cum subintroductis vivendi (Sim. IX, 11.) verba faciat, non Hermam apostolicum, sed fratrem Pii I. librum nostrum exarasse putemus.

Priori, ut vidimus, parti sententiae nostrae Gratzius adstipulatur, sed quoad partem posteriorem a nobis recedens, non fratrem Pii I, sed anonymum quemdam scriptorem seculo secundo librum hunc composuisse suspicatur, dicens: „*si nempe auctor addictus fuisset ecclesiae latinae, Romanoque pontifici cognitionis vinculo conjunctus, certe liber ipsius notior exstitisset Latinis, quam Graecis*“ <sup>4)</sup>. Gratzius hic verba Hieronymi respicit: „*apud quasdam Graeciae ecclesias (liber Pastoris) jam publice legitur; . . . sed apud Latinos paene ignotus est*“ <sup>5)</sup>.

1) Conf. Joh. Morinus de disciplina poenitent. Jacob. Sirmond. hist. poen. publicae. Orsius de criminum capitalium per tria priora secula absolute. 1730. 4.

2) Haeresis Montanistarum tempore Pii I., mediis seculi secundi temporibus, utque nonnulli malunt, jam A. 140 initium cepit. Cfr. quae de hac re disputavimus in Kirchenlexicon von

Wetzer et Welte. Freiburg 1851. T. VII. p. 255 et 266.

3) Plane a nobis recedit Dornerus (Lehre von der Person Christi, ed. H. T. I. p. 189 sq.), contendens: librum pastoris paulo ante tempora Montani scriptam esse, et auctorem ejus praecursorem Montanismi fuisse.

4) Gratz, l. c. p. 8.

5) De viris illustr. c. 10.

Ex his vero verbis id tantum conjicere debebat vir doctissimus, *Hieronymi temporibus* librum nostrum apud Latinos paene ignoratum fuisse. Duobus autem seculis ante Hieronymum Pastoris librum apud Latinos pervulgatum fuisse, e verbis Tertulliani supra laudatis apparet. Facile autem fieri poterat, ut liber hic posterioribus seculis, i. e. quarto et quinto, a Graecis, qui verum auctorem incertum habuerunt viroque apostolico librum tribuerunt, majoris aestimaretur ideoque saepius legeretur, quam a Latinis, quorum multi eodem errore capti non fuerunt.

Non est igitur, quod fratrem Pii I. librum nostrum conscripsisse dubitemus <sup>1)</sup>.

Minime vero, quae ab illis sententiae nostrae objiciuntur, taceamus.

a) Frater Pii I, ajunt, sermone latino, non graeco, librum conscripsisset, quippe qui, teste libro pontificali Damasi, natione Italus esset. Sed Italos quoque istis temporibus graeco idiomate saepissime usos esse, plane constat.

b) Auctorem Vis. II. c. 4. se coevum Clementis Romani significare affirmant. Bene quidem; sed Hermam juniorem poëma hoc apocalyptico-didacticum <sup>2)</sup>, fraude quadam pia, ut Montani errores eo gravius impugnarentur, seniori Hermae apostolico supposuisse contendimus <sup>3)</sup>.

c) Maxime Irenaeus <sup>4)</sup> apostolico Hermae testimonium prae-

1) Librum Pastoris mediis seculi secundi temporibus Lückius quoque assignat, *Einleitung in die Offenb. Johannis* p. 142. In eandem sententiam iere auctores libri celeberrimi: *Origines de l'église Romaine, par les membres de la communauté de Solemes*. Paris, Debécourt, 1836. T. I. p. 145. Alia placent *Schwegler*o Tubingensi, qui Pastorem temporibus Trajani a Judaista quodam seu Ebionita conscriptum putat. *Das nachapost. Zeitalter*, T. I. p. 332 sqq. Ipsi partim accedit *Hilgenfeld* (apostol. Väter p. 161 et 179), qui librum

nostrum *laico* cuidam christiano, partibus *Judaistarum* faventi tribuit, qui paulo post initium seculi secundi per praedicationem *poenitentiae* renovationem vitae ecclesiasticae adducere studuerit.

2) Hermam librum IV Esdrae imitatum esse contendit Jachmannus p. 65. Cfr. Not. 6 ad Vis. I, 3.

3) Simili modo conjugatum et ad inopiam redactum etc. se fingit. Cfr. Vis. I, 3. Vis. II, 4. Vis. III, 6.

4) Adv. Haer. IV, 20. n. 2. ed. Massuet.

bere videtur ita scribens: *Bene ergo pronuntiavit Scriptura, quae dicit: „primo omnium crede, quoniam unus est Deus“* etc. ex Mand. I. Nisi enim Irenaeus, aiunt, patrem apostolicum Pastoris auctorem putasset, librum titulo *Scripturae* non insigniisset. Clementem quoque Alexandrinum (Strom. lib. I, 17. 29. lib. II, 1. lib. VI, 15) ita librum Pastoris laudasse monent, ut eum apostolico Hermae tribuisse videatur. Non est, quod id negemus; sed utrique Patri verum libri scriptorem ignotum fuisse contendimus. Pii enim frater non aperte, ut credimus, se auctorem libri professus est.

d) Sed Frater Pii non *Hermas*, sed *Hermes* vocabatur. In hujus testimonium librum Pontificalem <sup>1)</sup> et spuriam quandam epistolam Pii I adducunt, ubi frater Romani illius pontificis *Hermes* appellatur. Catalogus vero iste, nec non epistola illa spuria longe minoris sunt ponderis, quam Fragmentum Muratorianum, quod fratrem Pii *Hermam* nominat <sup>2)</sup>.

e) Denique librum illum Pastoris, quem frater Pii conscripsit, de paschate die dominica celebrando, verba fecisse contendunt; in nostro autem Pastoris libro hujus rei mentionem non fieri monent. Sed non nisi spuria illa Pii epistola, spuriusque liber Damasi pontificalis, in Pastore talia legi contendunt <sup>3)</sup>, prorsus de ea re silentibus antiquis Patribus; quo fit, ut posterioribus temporibus mandatum de Paschate die dominica celebrando, ab interpolatore quodam additum fuisse putemus <sup>4)</sup>.

II. Hermae Pastor in tres libros hodie divisus est, quorum primus IV visiones continet, secundus XII mandata, tertius

1) Cfr. supra p. XCV.

2) Cfr. quoque Pseudotertullianum supra p. XCIV.

3) *Sub hujus episcopatu frater ipsius Hermes librum scripsit, in quo mandatum continetur, quod ei praecepit angelus Domini, qui venit ad eum in habitu Pastoris, ut sanctum Pascha die dominica celebraretur.* Liber pontif. in vita Pii I. n. 2. p. 29. ed. Rom. 1724.

4) Cfr. quae de auctore libri Pastoris disputavimus in *Tübing. theol. Quartalschrift*, 1839. p. 169 sqq. Hermae apostolici rem agunt praesertim *Nourrius, Gallandius, Lumperus, Möhlerus* (Patrol. I. p. 97 sqq.) et *Jachmannus, der Hirte des Hermas*. Königsberg 1835. *Semlerus* Pastorem Hermae in Aegypto conscriptum esse, male putavit. Cfr. Vis. II, 3. p. 328. not. 2.

X similitudines complectitur. Haec divisio posterioribus editoribus adscribenda est; siquidem illam neque MSS. exemplaria, neque vetusti scriptores agnoscunt; quin et a codicibus, qui superant, abesse capitum lemmata, Cotelerius aliique observarunt 1).

III. Totum Hermae opus Pastoris nomine inscribitur, quod angelus poenitentiae, habitu pastorali indutus, Hermam alloquens et informans libro II. et III. inducitur. Aliam sententiam Jachmannus (l. c. p. 28) tueri videtur, monens, denominationem illam fortasse ab indole operis ethica derivandam esse, simili modo, quo et tres Pauli epistolae pastorales nuncupatae fuerint.

IV. Hermae Pastorem *graece* primo fuisse scriptum, nemo nescit; dolendum tamen, quod textus jam dudum temporum injuria sic interciderit, ut nonnulla tantum loca supersint, vetustiorum patrum graecorum operibus intexta. Quibus quidem laciniis, in primis vero fragmentis iis, quae satis multa occurrunt in *Doctrina ad Antiochum ducem*, inter Athanasii supposititia a Montfauconio evulgata, jactura hujusmodi utcumque sarciri potest.

V. Integra Pastoris exstat interpretatio latina, cujus auctor penitus incompertus est. Haec versio antiquissima facile putanda, utpote quae Tertulliani aetate fuisse videtur ecclesiae Africanae notissima.

VI. De auctoritate Pastoris in ecclesia, de theologia Hermae et de fine librorum ejus adeas Jachmannum (l. c. p. 68 sqq.), Lumperum 2), Heynsium, Junium et van Gilse 3), Möhlerum 4), Lückium 5), Weinrichium 6), Hilgenfeldum 7), Dornerum 8) et alios, collatis iis, quae in Tübinger theol. Quartalschrift 1839. p. 174—184 et infra in notis ad Similit. IX, c. 5 et 6 monenda putavimus.

1) Cfr. *Galland. Bibl. T. I. p. XXVII.*

2) *Lumper*, hist. theol. crit. T. I. p. 116—145.

3) *Commentationes de Patrum apost. doctrina morali* p. 88 sqq. p. 99 sqq. p. 85 sqq.

4) *Möhler*, *Patrolog. T. I. p. 100—106. Athanas. T. I. p. 14.*

5) *Lücke*, *Einleitung in die Offenb. Johannis* p. 141 sqq.

6) *Weinrich*, *disq. in doctrinam moralem ab Herma in Pastore propositam*. Wirceb. 1804.

7) *Hilgenfeld*, *die apostol. Väter*. Jenae 1853. p. 165 sqq.

8) *Dorner*, *Lehre von der Person Christi*. Edit. II. T. I. p. 185—213.

VII. Primus Hermae tractatum Parisiis A. 1513 edi curavit Jacobus Faber Stapulensis. Optimas editiones Fabricius et Gallandius in lucem publicam emiserunt, quos et nos duces selegimus, Pastorem collectioni nostrae adungere non dubitantes, quamvis et ipsi neminem apostolicorum virorum auctorem ejus putamus.

---

Sec. 8 v. J. Mülleris 'Erklärung', (1871) 6'

## S. BARNABAE

### EPISTOLA CATHOLICA.<sup>1</sup>

#### I. *Salutatio Barnabae ad fratres.*

<sup>2</sup> Avete, filii et filiae, in nomine Domini nostri Jesu Christi, qui nos dilexit, in pace. Magnarum et honestarum Dei <sup>3</sup> aequitatum abundantiam sciens esse in vobis, supra modum exhilaror beatissimis et praeclaris spiritibus vestris, quod <sup>4</sup> sic naturalem gratiam accepistis. Propter quod plurimum gratulor mihi, <sup>5</sup> sperans liberari, quia vere video in vobis infusum spiritum ab <sup>6</sup> honesto fonte Dei, <sup>7</sup> cum persuasum mihi sit hoc, et <sup>8</sup> plenus sciam,

1) Epistolam Barnabae καθολικὴν appellat *Origenes* contra Cels. I, n. 63. T. I. p. 378 ed. Ruæorum.

2) Initium hujus epistolae antiquae versionis latinae codicis Corbeiensis debemus, qui primam epistolae nostrae partem c. 1 — 17 incl. continet et ante seculum IX conscriptus est. In textu graeco quatuor prima capita cum quinti dimidio desunt. Argumenta capitum a nobis, non a veteri interprete, superscripta sunt.

3) I. e. *virtutum a Deo datarum*. Procul dubio in textu graeco legebatur δικαιωμάτων. Δικαιώματα autem, quod vetus interpres semper reddit „*aequitas*“, duplicem habet sensum: a) = *probitas, pietas, virtus, sanctitas*, e. g. Rom. 5, 18 et hic apud Barnabam, b) = *praeceptum*, ut in capite sequenti epistolae nostrae et Luc. 1, 6. Rom. 1, 32, 2, 36. Codex Ms. male habet *aequitate*.

4) In graeco scriptum fuisse οὐτως ἐμφυτον, i. e. *altius, radicatum, gratiam bene insitam et plantatam in anima justis*, ergo firmam, jam Hugo Menardus acute conjecit. Simili modo cap. IX τὴν ἐμφυτον δωρεάν vetus interpres latine reddidit: *naturale donum*. Ἐμφυτον λόγον = *insitum verbum* etiam in epistola S. Jacobi 1, 21 reperies.

5) Cfr. Rom. 7, 24.

6) I. e. *egregio*. MENARD.

7) Male alii hic *punctum* ponunt. Sensus est: *gratulor mihi et lubens moriar (seu: e vinculis liberatum iri spero*. RHODE in recensione editionis nostrae), *quia video vobis infusum spiritum Dei, persuasus, evangelicam meam apud vos praedicationem Dei gratia plurimos fructus tulisse*.

8) Ita Cod. Ms.; *plenius* legendum esse suspicantur MENARD. et OXON. Cfr. πληροφορηθεὶς Rom. 4, 21.



quia, dum ad vos adloquor, multa mihi bona successerunt in via  
 1 aequitatis Domini. Ideo, 2 fratres, et ego cogito diligere vos  
 super animam meam; quia magnitudo fidei et dilectio habitat in  
 3 illo, et spes vitae 4 illius. Cogitans ergo hoc — 5 quasi curae  
 mihi fuerit, ut vobiscum partiar

ἀπ' οὗ ἔλαβον μέρος . . . ex eo, quod accepi — futurum  
 . . . . . mihi, talibus 6 spiritibus ser-  
 . . . . . ἐσπούδασα vienti, hoc in mercede, 7 ad-  
 κατὰ μικρὸν ὑμῖν πέμψαι, ἵνα properavi pauca vobis mittere,  
 μετὰ τῆς πίστεως ὑμῶν τελείαν ut fidem consummatam habeatis  
 ἔχητε καὶ τὴν γνώσιν. 8 et scientiam.

Tres sunt 9 ergo 10 constitutiones Domini: 11 vitae spes, initium  
 et consummatio. Propalavit enim Dominus per Prophetas,  
 12 quae praeterierunt, et 13 futurorum dedit nobis initia scire.

1) I. e. gratia, benignitate.

2) Codex Corbeiensis habet *fors*,  
 quod hic sensu caret. Procul dubio  
 vetus interpres scripserat *FRS*, i. e.  
*fratres*, quod librarius quidam inepte  
 in *fors* mutavit.

3) I. e. in hac re, in hac dilectione  
 proximi vera consistit dilectio, vera  
 fides et firma spes. Aliter alii hunc  
 locum interpretantur. Schnitzerus  
 verba in illo ad antecedentia infu-  
 sum spiritum refert, hunc spiritum  
 infusum fontem dilectionis, fidei et  
 spei esse affirmans. In illo = in  
 Domino esse, Henrico Rhode placet.

4) I. e. aeternae.

5) Fortasse in graeco legebatur ὡς  
 σπουδαῖος, cum mihi curae esse  
 solet. Sensus: Reputans — ut sum  
 consuetus vobiscum partiri — bene  
 me fore meritum, si vobis spiri-  
 tualiter serviam etc.

6) Ms. spiritus servientes. Pot-  
 terus conjicit: spiritu servienti;  
 Schnitzerus (in recensione editionis  
 nostrae): spiritus servientis (Genitiv.

absol.) = τοιοῦτος τοῦ πνεύματος  
 ὑπουργούτος, i. e. quum spiritus  
 vobis (talibus) serviat.

7) Ms. adpropriavi.

8) Graeca haec exstant apud Cle-  
 mentem Alex. Strom. II. c. 6. p. 445.  
 ed. Pott. Venet. 1757.

9) Ergo = οὖν = nempe. Sensus  
 est: Talis in fide et scientia pro-  
 gressus Deo placet, qui ipse  
 tres gradus in obtinenda salus  
 ordinavit.

10) Διατάγαι, ordinationes.

11) Vitae spes per oeconomiam  
 veterem generi humano proposita;  
 initium vitae per primum adventum  
 Christi et foundationem regni divini  
 in terris, consummatio vitae in regno  
 divino in coelis.

12) Quae praeterierunt, i. e. ve-  
 terem oeconomiam Dominus per  
 prophetas fundavit, instituit, palam  
 fecit. Ms. male qui.

13) I. e. nos ipsi initia vitae  
 vidimus, i. e. foundationem regni divini  
 in terris, quae simul initium est

<sup>1</sup> Sicut ergo locutus est, honestius et altius accedere <sup>2</sup> ad aram illius. Ego autem non tanquam doctor, sed unus ex vobis, demonstrabo pauca, <sup>3</sup> per quae in plurimis laetiores sitis.

## II. *Sacrificia judaica abolita sunt.*

Cum sint ergo dies nequissimi, et <sup>4</sup> contrarius habeat hujus saeculi potestatem; debemus adtententes inquirere <sup>5</sup> aequitates Domini.

<sup>6</sup> Τῆς μὲν οὖν πίστεως ἡμῶν <sup>6</sup> Fidei ergo nostrae adjutor εἰσιν οἱ συλλήπτορες φόβος καὶ est timor et sustinentia; quae ὑπομονή· τὰ δὲ συμμαχοῦντα autem nobiscum pugnant, πα- ἡμῶν μακροθυμία καὶ ἐγκράτεια. tientia est et continentia. <sup>7</sup> Haec <sup>7</sup> Τούτων οὖν, τὰ πρὸς τὸν cum apud Dominum permanent Κύριον, μενόντων ἀγνώσ, <sup>8</sup> συν- casta, <sup>8</sup> conlaetantur illis sa- ευφραίνονται αὐτοῖς σοφία, σύν- pientia et intellectus. εἰς, ἐπιστήμη, γνῶσις.

Adaperuit enim nobis per omnes Prophetas, quia non utitur nostris hostiis, neque victimis, neque oblationibus, haec dicens: <sup>9</sup> Quo mihi multitudinem sacrificiorum vestrorum? dicit Dominus. Plenus sum holocaustomatibus arietum et pinguaminibus agnorum; et sanguinem hircorum et taurorum nolo; nec si veniatis <sup>10</sup> videri mihi. Quis enim exquisivit haec de manibus vestris? Calcere aulam meam non adjicietis. Si

futurorum = vitae consummatae in regno coelesti.

1) Sensus: Ideo, divinae voluntati obtemperantes, purius et altius ascendere debemus ad divinam veritatem. Qua in re epistola mea utinam vos adjuvet.

2) Sc. debemus; in praeceptis enim passim ante infinitivum dei subauditur. CLERICVS.

3) Cfr. 1 Joann. 1, 4.

4) I. e. Satanas. Cfr. 1 Petr. 5, 8.

5) Δικαιώματα, praecepta, vel ut infra: consilia benignitatis. Cfr. c. X, XVI et XXI. et c. I. Nota 3.

6) Graeca haec exstant apud Clem. Alex. l. c.

7) I. e. his ergo in iis, quae ad Dominum pertinent, caste manentibus etc. Casta i. e. integra. MENARD.

8) Sensus est: ceteris fidei nostrae contra Satanam adjutoribus sapientia — ἡ ἐπιστήμη τῶν δικαιομάτων τοῦ κυρίου — esse conjungat oportet. Quenam sint δικαιώματα illa, in sequentibus exponitur.

9) Issai. 1, 11—14.

10) Male Ms. videre; juxta LXX. I. videri mihi, i. e. videri a me. MENARD.

*adtuleritis mihi similaginem, vanum; <sup>1</sup> supplicamentum execratio mihi est. <sup>2</sup> Neomenias vestras et diem magnum non sustineo; jejunium et ferias et dies festos vestros odit anima mea.* Haec ergo vacua fecit, ut nova lex Domini nostri Jesu Christi, quae sine <sup>3</sup> jugo necessitatis est, <sup>4</sup> humanam habeat oblationem. Dicit Dominus iterum ad illos: <sup>5</sup> *Numquid ego praecepi parentibus vestris, cum exierunt de terra Aegypti, ut offerrent mihi hostias et victimas? Sed hoc praecepi illis dicens: <sup>6</sup> unusquisque vestrum adversus proximum non habeat malitiam, et juramentum <sup>7</sup> mendum non <sup>8</sup> amet.* Intelligere ergo debemus, cum non simus sine intellectu, consilium benignitatis patris nostri; quia nobis dicit, volens nos <sup>9</sup> similiter errantes quaerere, quemadmodum ad illum accedamus. Nobis enim dicit: <sup>10</sup> *Sacrificium Deo cor contribulatum, et humiliatum Deus non despicit.* Certius ergo inquirere debemus, fratres, de nostra salute, ut ne quando <sup>11</sup> habeat introitum in nobis, et <sup>12</sup> avertat nos a vita nostra.

### III. *Jejunia Judaeorum non sunt vera, nec Deo accepta.*

Dicit ergo iterum de his ad illos: <sup>13</sup> *Ut quid mihi jejunatis, ut hodie audiatur vox vestra in clamore? Non tale jejunium elegi, dicit Dominus, ut quis humiliet animam suam sine causa. Neque si curvaveris quasi circulum collum tuum, et saccum te circumdederis, et cinerem straveris; nec sic celebrabis jejunium acceptum.* Ad nos autem sic dicit: <sup>14</sup> *Cum jejunaveritis,*

1) Θυμλαμα LXX.

2) Cfr. Justin. Apol. I. n. 37.

3) Cfr. Galat. 5, 1.

4) I. e. ut in novo foedere homo se ipsum Deo offerat.

5) Jerem. 7, 22. 23.

6) Zachar. 8, 17.

7) *Juramentum mendum.* Cave haec mutes cum Menardo et Oxoniensibus in *mendax*; est enim prisca vox latina, ut docet Charisius, lib. I. CLER.

8) Ms. *habet.* Lege: *amet*, vel *kabeat*.

9) I. e. nos, in Judaeorum errores delapsos, salvare cupiens, Deus nobis ostendit, quemadmodum ad ipsum accedamus, corde videlicet contrito.

10) Ps. 50, 19.

11) Suppl. *contrarius* vel *Satanas*.

MENARD.

12) Ita Rhode. Ms. *evetat*. Cfr. Ignat. ad Eph. c. 17: *μη αιχμαλωτιση υμας εκ του προκειμενου ζην.*

13) Isai. 58, 4. 5.

14) Isai. 58, 6—10.

*solve omnem nodum injustitiae, <sup>1</sup> et omnem consignationem iniquam dele; resolve suffocationes <sup>2</sup> impotentium commerciorum, dimitte quassatos in remissionem, et omnem <sup>3</sup> cautionem malignam dissipa. Frange esurienti panem tuum, et egenos sine tecto induc in domum tuam. Cum videris nudum, vesti, et domesticos seminis tui non despicias. Tunc erumpet <sup>4</sup> temporaneum lumen tuum, et <sup>5</sup> vestimenta tua cito <sup>6</sup> oriuntur; et praeibit ante te justitia, et claritas Dei circumdabit te. Tunc exclamas, et Deus exaudiet te; cum adhuc loqueris, dicet: ecce adsum, si abstuleris a te nodum et <sup>7</sup> suadelam malorum, et verbum murmurationis, et dederis esurienti panem ex animo. In hoc ergo, fratres, providens est et misericors Deus, quia in simplicitate crediturus esset populus, quem comparavit dilecto suo, atque ante ostendit omnibus nobis, ut non incurramus, tanquam proselyti, ad <sup>8</sup> illorum legem.*

IV. *Antichristus ante portas; ergo fugiamus errores Judaeorum et opera malae viae.*

Oportet ergo de <sup>9</sup> his talibus multum scrutantes scribere, quae <sup>10</sup> nos possint sanare. Fugiamus ab omni opere iniquitatis, et odio habeamus <sup>11</sup> errorem hujus temporis, ut futuro diligamur.

1) *Et omnem — dele.* Relegari debent ista ad marginem; sunt enim alia versio verborum *πᾶσαν συγγραφήν ἀδικον διάσπα*, quae infra sic redduntur: *et omnem cautionem etc.* COTEL.

2) I. e. violentorum. MENARD.

3) *Συγγραφὴν LXX.*

4) *Πρωῖνον LXX.*, i. e. *matutinum.* MENARD. Sensus: *Tunc splendebis aurorae instar, et brevi magnificis vestibus ornaberis, i. e. felix eris.*

5) *Ἰάματα LXX.*, i. e. *sanitates*, pro quo quidam legerunt *ἰμάτια.* MEN.

6) I. orientur. COTEL.

7) Apud LXX *χειροτονίαν* legitur, i. e. *porrectio manuum* seu ad falsum testimonium, seu ad irrisionem

proximi. — Cf. librum meum: *Das Sendschreiben des Apostels Barnabas. Tübing. 1840. p. 53.* — Imperitia interpretia, si Clericum audias, effecit, ut *χειροτονίαν* putaret compositam esse ex *χείρον* = *deterior, pejor.* Tum etiam syllabas *τονίαν* non modo a *τείνω* esse credidit, sed verbum hoc interpretatus est *contendere*, h. e. *vehementer velle, persuadere.*

8) I. e. *Judaeorum.*

9) Ita Voss. Ms. *instantibus.* Cotelario placet: *his instantibus.* Cfr. librum meum: *Das Sendschreiben des Ap. Barn. p. 54. Not. 1.*

10) Ms. *non.*

11) Error hujus temporis est: *judaisare.*

Non demus animae nostrae spatium, ut possit habere potestatem discurrendi cum nequissimis et peccatoribus, ne quando similem illis. <sup>1</sup> Consummata enim tentatio, sicut scriptum est, sicut Daniel dicit, adpropinquavit. Propter hoc enim Dominus <sup>2</sup> intercidit tempora et dies, ut acceleret dilectus illius ad hereditatem suam. Dicit sic propheta: <sup>3</sup> *Regna in terris decem regnabunt; et resurget retro pusillus, qui deponet tres in unum.* De regnis similiter <sup>4</sup>. De hoc ipso <sup>5</sup> dicit iterum Daniel: <sup>6</sup> *Et vidi quartam bestiam, nequam et fortem, et saeviore[m] caeteris bestiis marinis, et apparuerunt illi decem cornua; et ascendit aliud cornu breve in medio illorum, et dejecit cornua tria de majoribus cornibus.* <sup>7</sup> Intelligere ergo debemus. Adhuc et rogo vos tanquam unus ex vobis, omnes amans super animam meam, ut attendatis vobis, et non similetis eis, qui peccata sua congerunt, et dicunt: quia testamentum illorum et <sup>8</sup> non nostrum est. Nostrum autem, quia illi in perpetuum perdiderunt illud, quod Moyses accepit. Dicit enim Scriptura: <sup>9</sup> *Et fuit Moyses in monte ieiunans XL diebus et XL noctibus; et accepit testamentum a Domino, tabulas lapideas, scriptas manu Dei.* Sed conversi in idola perdiderunt illud. Dicit enim Dominus Moysi: <sup>10</sup> *Moyses, descende celerius, quia praeteriit legem populus tuus, quem eduxisti de terra Aegypti.* Et projecit Moyses tabulas lapideas de manibus suis, et confractum est testamentum eorum, ut dilectio

1) I. e. Antichristus jam ante portus; Deus enim tempora abbreviavit, ut regnum Christi citius adveniret. Cfr. Dan. 9, 24. 27.

2) I. e. abbreviavit. Ms. interdicit.

3) Dan. 7, 24.

4) I. e. cum depositis regibus et regna eorum evertentur.

5) Sc. pusillo = Antichristo.

6) Dan. 7, 7. 8.

7) I. e. prudentes simus, ne pereamus in tentatione.

8) Non ante nostrum ponendum esse conjicit Dr. Nolte in Scheiner etc. Zeitschrift für d. kathol. Theo-

logie. Wien 1851. T. VI. P. II. p. 227. Sensus est: *Judaei et Ebionitae contendunt, Christianos ex gentibus venientes partem non habere promissionum etc. veteris Testamenti.* — Conjecturam hanc recipere nolentes locum nostrum ita explicent oportet: *Judaei et Ebionitae legem Judaicam non solum Judaeos, sed et nos (Christianos) obligare contendunt. Et sequentia: Revera autem foedus divinum nostrum solum est, non Judaeorum simul.*

9) Exod. 31, 18. 34, 28.

10) Exod. 32, 7. Deut. 9, 12.

Jesu consignetur in praecordiis vestris <sup>1</sup> in spem fidei illius. Propter quod attendamus novissimis diebus. Nihil enim proderit nobis omne tempus vitae nostrae et fidei, si non <sup>2</sup> odio iniquum et futuras tentationes habeamus, sicut dicit filius Dei: <sup>3</sup> *Resistamus omni iniquitati, et odio habeamus eam.* Ergo considerate opera <sup>4</sup> malae viae. Non separatim debetis <sup>5</sup> seducere vos tanquam justificati; sed in unum convenientes inquirete, quod communiter dilectis conveniat et prosit. Dicit enim Scriptura: <sup>6</sup> *Οὐαὶ οἱ συνετοὶ παρ' ἑαυ-* <sup>6</sup> *Vae illis, qui sibi solis in-*  
*τοῖς, καὶ ἐνώπιον αὐτῶν ἐπι-* *telligunt, et apud se docti vi-*  
*στήμονες.* Πνευματικοὶ γενώ- *dentur.* Simus spiritales, simus  
*μεθα, καὶ ἀσὺς τέλειος τῷ Θεῷ.* <sup>7</sup> *templum consummatum Deo;*  
*Ἐφ' ὅσον ἐστὶν ἐφ' ἡμῶν, μελε-* *in quantum est in nobis, <sup>8</sup> me-*  
*τῶμεν τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ, καὶ* *ditemur timorem Dei, et custo-*  
*φυλάσσειν ἀγωνιζόμεθα τὰς ἐν-* *diamus mandata illius.*  
*τολὰς αὐτοῦ (ἵνα ἐν τοῖς δικαίω-*  
*μασιν αὐτοῦ εὐφρανθῶμεν).*

<sup>9</sup> Dominus non accepta persona judicat mundum; unusquisque secundum, quae facit, accipiet. Si fuerit bonus, bonitas eum antecedit; si nequam, merces nequitiae eum sequitur. Adtendite, ne quando <sup>10</sup> quiescentes iam vocati addormiamus in peccatis nostris, et Nequam accipiens potestatem <sup>11</sup> nostram suscitet <sup>12</sup> nos et excludat a regno Domini. Adhuc et illud intelligite, cum

1) I. e. et ut spem vestram in fide eis Christum ponatis. Sensus: *Moses projecit tabulas*, ut ostenderet, non Judaeos, sed Christianos veros esse haereditarios divini foederis.

2) Ms. modo.

3) Hanc Christi sententiam in toto Evang. non reperies. Ergo aut ex traditione haustam, aut ex aliis locis compositam eam putes, e. g. ex Jac. 4, 7. vel II Tim. 2, 19: ἀποστήτω ἀπὸ ἀδικίας et Ps. 119, 163: ἀδικίαν ἐμίσησα.

4) Cfr. c. V et XX.

5) *Se seducere = se separare.* MENARD. Cfr. Hebr. 1<sup>a</sup>, 25.

6) Isai. 5, 21. Graeca exstant apud *Clem. Alex. Strom. II. c. 7. p. 447.* ed. Venet. Verbis ἵνα — εὐφρανθῶμεν, quae a me uncis sunt inclusa, nil respondet in veteri versione latina.

7) Cfr. I Cor. 3, 16. 17.

8) Cfr. Isai. 33, 18.

9) Cfr. I Petr. 1, 17. Gal. 2, 6. I Cor. 3, 8.

10) Cfr. Matth. 25, 5 seqq.

11) I. e. nostri. MENARD.

12) In Ms. deest nos. Alii suscitatur.

<sup>1</sup> vidēritis tanta signa et monstra in populo Judaeorum, et sic illos dereliquit Dominus. Adtendamus ergo, ne forte, sicut scriptum est, <sup>2</sup> *multi vocati, pauci electi*, inveniamur.

V. *Novum foedus, passione Christi fundatum, est nobis ad salutem, Judaeis ad interitum.*

Propter hoc Dominus sustinuit tradere corpus suum in terminium, ut remissione peccatorum sanctificemur, quod est sparsione sanguinis illius. Scriptum est enim de illo, quaedam ad populum Judaeorum, quaedam ad nos. Dicit autem sic: <sup>3</sup> *Vulneratus est propter iniquitates nostras, et vexatus est propter peccata nostra; sanguine illius sanati sumus. Tanquam ovis ad victimam adductus est; et sicut agnus coram tondente se, sic non aperuit os suum.* <sup>4</sup> Supergratulari ergo debemus Domino, quia et praeterita nobis ostendit, et sapientes fecit, et de futuris non sumus sine intellectu. Dicit autem: <sup>5</sup> *Non injuste tenduntur retia avibus.* Hoc dicit, quia juste <sup>6</sup> periet homo habens viam veritatis, scientiam, et se a via tenebrosa non continet adhuc. Et <sup>7</sup> ad hoc Dominus sustinuit pati pro anima nostra, cum sit orbis terrarum Dominus, cui dixit <sup>8</sup> die ante constitutionem saeculi: <sup>9</sup> *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram.* Quomodo ergo sustinuit, cum ab hominibus hoc pateretur, discite. Prophetae, ab ipso habentes donum, in illum prophetaverunt; ille autem, ut vacuum faceret mortem et de mortuis resurrectionem ostenderet (quia in carne oportebat eum adparere), sustinuit, ut promissum parentibus redderet, et ipse sibi

1) Est perfectum; Hierosolyma enim jam erat eversa. Cfr. c. XVI.

2) Matth. 20, 16. 22, 14. Verba „sicut scriptum est“ ab interprete latino addita putat Credner Beitr. I, 28.

3) Isai. 53, 5. 7.

4) Haec ad nos locutus est Dominus, nobis revelans mortem expiatoriam Christi et alia, quae sunt futura; ergo gratias agamus ei. Sequentia vero *Judaeis* sunt dicta.

5) Proverb. 1, 17. Haec ad *Judaeos* dicta sunt.

6) Menardus male correxit *peribit* pro *periet*, cum non hoc minus quam alterum in usu fuerit aevo posteriori. Ita et alibi *interiet*, *exiet* et *transiet*, etiam apud Tibullum. Voss.

7) I. e. *πρός τούτο* = *porro*.

8) Scil. *pater*. MENARD.

9) Genes. 1, 26.

<sup>1</sup> τὸν λαὸν τὸν <sup>2</sup> καινὸν ἐτοιμάζων ἐπιδείξῃ ἐπὶ τῆς γῆς ὧν, ὅτι τὴν <sup>3</sup> ἀνάστασιν αὐτὸς ποιήσας κρινεῖ. <sup>4</sup> Πέρας γέ τοι διδάσκων τὸν Ἰσραὴλ, καὶ τηλικαῦτα τέρατα καὶ σημεῖα ποιῶν, ἐκήρυξε, καὶ <sup>5</sup> ὑπερηγάπησεν αὐτόν. Ὅτε δὲ τοὺς ἰδίους Ἀποστόλους, μέλλοντας κηρύσσειν τὸ εὐαγγέλιον αὐτοῦ, ἐξελέξατο, <sup>6</sup> ὄντας ὑπὲρ πᾶσαν ἁμαρτίαν ἀνομιτέρους — ἵνα δείξῃ, <sup>7</sup> ὅτι οὐκ ἦλθε „καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν“ — τότε ἐφανερώσεν ἑαυτὸν υἱὸν Θεοῦ εἶναι. <sup>8</sup> Εἰ γὰρ μὴ ἦλθεν ἐν σαρκί, πῶς ἂν ἐσώθῃμεν ἄνθρωποι, βλέποντες αὐτόν; ὅτι τὸν μέλλοντα <sup>9</sup> μὴ εἶναι ἴλιον, ἔργον χειρῶν αὐτοῦ ἐπάρχοντα, βλέποντες οὐκ ἰσχύουσιν εἰς

populum novum parans, dum in terris degit, ostenderet, quod <sup>3</sup> facta resurrectione ipse esset et iudicaturus. <sup>4</sup> Porro, docens Israëlem, atque tam magna prodigia et signa faciens, praedicavit, ac <sup>5</sup> illum [Israëlem] summe dilexit. Quando autem Apostolos suos, ipsius Evangelium praedicaturos, elegit, <sup>6</sup> homines omni peccato iniquiores — ut ostenderet, quod non venit <sup>7</sup> vocare justos, sed peccatores ad poenitentiam — tunc palam fecit, se esse filium Dei. <sup>8</sup> Nisi vero in carne venisset, quomodo servati fuisset nos homines, videntes eum? quandoquidem ii, qui solem hunc aliquando <sup>9</sup> desitutum, opus manuum ejus, aspiciunt, non valent

1) Hactenus omnia in graeco desunt; quod ideo factum est, quoniam in autographo illo, unde exemplaria, quae exstant, profluxere, unum et alterum forsitan folium defuit. Voss. Versio latina, quae jam a dimidio capitis quinti sequitur, non est, ut in praecedentibus, veteris interpretis, sed Cotelerii et nostra. Veterem enim istam barbaram versionem ab eo loco, quo textus graecus incipit, omittendam esse putavimus.

2) Ms. κερὸν, male.

3) I. e. *Christus mortuos resuscitabit et iudicabit.*

4) Πέρας = porro, ut saepe apud Barn.

5) Sc. τὸν Ἰσραὴλ. Vetus interpres legebat: Καὶ οὐπερ ἠγάπησεν αὐτόν, nec dilexerunt illum.

6) H. I. laudat. *Orig.* c. Cels. I. n. 63. T. I. p. 378. ed. Ruæ. Quod accusationem Apostolorum, eos *maximos fuisse peccatores*, adinet, cfr. librum meum: *Das Sendschreiben des Ap. Barnabas*, p. 160 sq.

7) Math. 9, 13.

8) Coniunge haec cum verbis anteced.: *in carne oportebat eum apparere.* Eandem sententiam reperies in oraculis Sibyllinis, Proem. v. 10—15. *Galland.* Biblioth. T. I.

9) I. e. qui aliquando desinere debet. MEXARD.



ἀπῖνας αὐτοῦ ἀποφθαλιῆσαι. <sup>1</sup> Οὐκοῦν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐς τοῦτο ἦλθεν ἐν σαρκί, ἵνα τὸ τέλειον τῶν ἁμαρτιῶν κεφαλαιώσῃ τοῖς διώξασιν ἐν θανάτῳ τοὺς προφήτας αὐτοῦ. Οὐκοῦν εἰς τοῦτο ὑπέμεινε. Λέγει γὰρ ὁ Θεός· <sup>2</sup> „τὴν πληγὴν τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, ὅτι ἐξ αὐτῶν,“ [<sup>3</sup> καί]. <sup>4</sup> „ὅταν πατάξω τὸν ποιμένα, τότε σκορπισθήσεται τὰ πρόβατα τῆς ποιμαντῆς.“ Αὐτὸς ἠθέλησεν <sup>5</sup> οὕτω παθεῖν· ἔδει γὰρ, ἵνα ἐπὶ ξύλου πάθῃ. Λέγει γὰρ ὁ προφητεύων ἐπ’ αὐτῷ· <sup>6</sup> „φρεῖσαι μου τῆς ψυχῆς ἀπὸ ῥομφαίας, <sup>7</sup> καθήλωσόν μου τὰς σάρκας, <sup>8</sup> ὅτι πονηρομενῶν συναγωγὰ ἐπανέστησάν μοι.“ Καὶ πάλιν λέγει· <sup>9</sup> „ἰδοὺ τέθεικά μοι τὸν νῶτον εἰς μάστιγας, καὶ τὰς σιαγόνας εἰς ἡαπίσματα· τὸ δὲ πρόσωπόν μου ἔθρακα ὡς <sup>10</sup> στερεὰν πέτραν.“

VI. *Christi passio et novum foedus jam a Prophetis annuntiantur.*

“Ὅτε οὖν ἐποίησεν ἐντολήν, <sup>11</sup> τί λέγει; <sup>12</sup> „Τίς ὁ κρινόμενός μοι; Ἀντιστήτω μοι. Ἦ τίς ὁ δικαζόμενός μοι; Ἐγγισάτω τῷ παιδί κυρίου. Οὐαὶ ὑμῖν· ὅτι πάντες ὑμεῖς παλαιωθήσεσθε ὡς ἱμάτιον, καὶ σῆς καταφάγεται ὑμᾶς.“ Καὶ πάλιν λέγει ὁ προφήτης· <sup>13</sup> „ἐπεὶ ὡς λίθος ἰσχυρὸς ἐτέθη εἰς συντριβήν· <sup>14</sup> ἰδοὺ ἐμβάλλω εἰς τὰ θεμέλια Σιών λίθον πολυτελεῖ, ἐκλεκτὸν, ἀργοναμίον, ἔντιμον.“ Εἶτα τί λέγει; „Καὶ ὅς ἐλπίσει ἐπ’ αὐτὸν, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα.“ Ἐπὶ λίθον οὖν ἡμῶν ἡ ἐλπίς; Μὴ γένοιτο· ἀλλ’ ἐπεὶ ἐν ἰσχύει ἔθηκε τὴν <sup>15</sup> σάρκα αὐτοῦ ὁ κύριος. Λέγει γὰρ· <sup>16</sup> „καὶ ἔθραξέ με ὡς στερεὰν πέτραν.“ Λέγει δὲ πάλιν ὁ προφήτης· <sup>17</sup> „λίθον, ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας.“ Καὶ πάλιν λέγει· <sup>18</sup> „αὕτη ἐστὶν ἡ ἡμέρα ἡ μεγάλη καὶ θαυμαστή, ἣν ἐποίησεν ὁ κύριος.“

1) Profert aliam causam adventus Christi, ut consummarentur peccata Judaeorum addita Christi morte. MEKARD. Cfr. Matth. 23, 31 sqq.

2) Isai. 53, 8. Zachar. 13, 6. Ms. πηγήν. Vet. interpr.: *plaga corporis illius omnes sanati sumus.*

3) Καὶ restituo ex veteri versione lat., quae habet: *Et alius propheta.*

Sensus est: *Annuntiavit Deus per prophetas, Judaeos Christum esse interfectorum, et hanc necem ipsis interitum fore.*

4) Zachar. 13, 7. Matth. 26, 31. Marc. 14, 27.

5) Sc. in cruce.

6) Psalm. 21, 21.

7) Ps. 118, 120.

radios illius obtueri. <sup>1</sup> Porro igitur filius Dei ideo in carne venit, ut summam imponeret peccatis eorum, qui ad mortem persecuti sunt prophetas ipsius. Ob hoc igitur passus est. Dicit enim Deus, <sup>2</sup> *plagam carnis ejus ab illis esse*, <sup>3</sup> et: <sup>4</sup> *quum percutiam pastorem, tunc dispergentur oves gregis*. Ipse autem <sup>5</sup> *sic* pati voluit; oportebat quippe, ut in ligno pateretur. Dicit enim, qui de illo prophetavit: <sup>6</sup> *parce animae meae a gladio*; <sup>7</sup> *clavis confige carnes meas*, <sup>8</sup> *quia concilia malignantium insurrexerunt in me*. Et rursus ait: <sup>9</sup> *ecce posui dorsum meum ad flagella, et genas ad alapas; faciem autem meam posui sicut* <sup>10</sup> *solidam petram*.

VI. *Christi passio et novum foedus jam a Prophetis annuntiantur.*

Quum autem fecit, quod <sup>11</sup> praeceptum ei fuerat, quid ait? <sup>12</sup> *Quis est, qui litiget mecum? Resistat mihi. Vel quis est, qui iudicium ineat adversum me? Appropinquet puero Domini. Vae vobis, quia omnes vos veterascetis quasi vestimentum, et tinea devorabit vos!* Et iterum dicit propheta: <sup>13</sup> *sicut lapis fortis positus est in contritionem*; <sup>14</sup> *ecce immitto in fundamenta Sionis lapidem pretiosum, electum, angularem, honorabilem*. Deinde quid loquitur? *Et qui speraverit in illum, vivet in aeternum*. In lapide ergo spes nostra? Absit; sed quia Dominus <sup>15</sup> in fortitudine posuit corpus suum. Ait namque: <sup>16</sup> *et posuit me sicut solidam petram*. Adhuc autem dicit propheta: <sup>17</sup> *lapidem quem reprobaverunt aedificantes, hic factus est in caput anguli*. Et iterum ait: <sup>18</sup> *haec est dies magna et*

8) Ps. 21, 17.

9) Isai. 50, 6. 7. Cfr. *Justin. Apolog. I. n. 38.*

10) I. e. *faciem non avertens*.

11) Sc. patris jussio de incarnatione et toto humanae incarnationis negotio.

12) Isai. 50, 8. 9.

13) Isai. 8, 14. juxta textum hebraicum, non juxta LXX. — Veterem interpretem imitati, vocem *ἐπέ* in

versione nostra omisimus.

14) Isai. 28, 16. cfr. Rom. 9, 33. I Petr. 2, 6.

15) *Σαῦς* Christi propter *ἰσχυρὸν* a Propheta *λίθος* vocatur.

16) Isai. 50, 7. *ἔθρυκα*. OXON. et LXX.

17) Ps. 117, 22.

18) Ps. 117, 24. loquitur de ea die, qua lapis reprobatus factus est in caput anguli.

<sup>1</sup> Ἀπλούστερον ὑμῖν γράφω, ἵνα συνῆτε· ἐγὼ <sup>2</sup> περίψημα τῆς ἀγάπης ὑμῶν. Τί οὖν λέγει πάλιν ὁ προφήτης; <sup>3</sup> „Περίεσε με συναγαγῆ πονηρευομένων, <sup>4</sup> ἐκύκλωσάν με ὡσεὶ μέλισσαι κηρίον,“ καὶ <sup>5</sup> „ἐπὶ τὸν ἱματισμὸν μου ἔβαλον κλῆρον.“ Ἐν <sup>6</sup> σαρκὶ οὖν αὐτοῦ μέλλοντος <sup>7</sup> φανεροῦσθαι καὶ πάσχειν, προεφανεροῦτο τὸ πάθος. Λέγει γὰρ ὁ προφήτης ἐπὶ τὸν Ἰσραήλ· <sup>8</sup> „οὐαὶ τῇ ψυχῇ αὐτῶν, ὅτι βεβούλευνται βουλὴν πονηρὰν καθ' ἑαυτῶν, εἰπόντες· „δίσσωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχοριτος ἡμῶ ἐστί.“ <sup>9</sup> Λέγει δὲ καὶ Μωσῆς αὐτοῖς· <sup>10</sup> „ἰδοὺ τάδε λέγει κύριος ὁ Θεός· εἰσέλθετε εἰς τὴν γῆν τὴν ἀγαθὴν, ἣν ὤμοσε κύριος τῷ Ἀβραάμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ, <sup>11</sup> καὶ κατακληρονομήσατε αὐτήν, γῆν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι.“ Τί λέγει ἡ <sup>12</sup> γυνῶσις, μάθετε. Ἐλίπισατε <sup>13</sup> [φρσίν,] ἐπὶ τὸν ἐν σαρκὶ μέλλοντα φανεροῦσθαι ὑμῖν Ἰησοῦν. <sup>14</sup> Ἄνθρωπος [γὰρ] γῆ ἐστὶ πάσχωσα ἀπὸ προσώπου γὰρ τῆς γῆς ἡ πλάσις τοῦ Ἀδάμ ἐγένετο. <sup>15</sup> Τί οὖν λέγει· „[εἰς] τὴν γῆν τὴν ἀγαθὴν, τὴν ῥέουσιν γάλα καὶ μέλι“; Εὐλογητὸς ὁ κύριος ἡμῶν, ὁ σοφίαν καὶ νοῦν θέμενος ἐν ἡμῖν τῶν κρυφίων αὐτοῦ. Λέγει γὰρ ὁ προφήτης· <sup>16</sup> „παρὰ βολὴν κυρίου τίς νοήσει, εἰ μὴ σοφὸς καὶ ἐπιστήμων καὶ ἀγαπῶν τὸν κύριον αὐτοῦ“; Ἐπεὶ οὖν <sup>17</sup> ἀνακαινίσας ἡμᾶς ἐν τῇ ἀφέσει τῶν ἁμαρτιῶν, ἐποίησεν ἡμᾶς ἄλλον τύπον, ὡς <sup>18</sup> παιδίων ἔχειν τὴν ψυχὴν, ὡς ἂν καὶ <sup>19</sup> [πνεύματι] ἀναπλασσομένοι αὐτὸς ἡμᾶς. Λέγει γὰρ ἡ γραφὴ περὶ ἡμῶν, ὡς λέγει τῷ νύφ· <sup>20</sup> „ποιήσωμεν κατ' εἰκόνα καὶ κατ' ὁμοίωσιν ἡμῶν τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἀρχέτωσαν τῶν θηρίων τῆς γῆς, καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ

1) Ἀπλούστ. — συνῆτε. Haec laudat Clem. Alex. Strom. V. c. 10. p. 683. ed. Pott. Venet. 1757.

2) I. e. omnia pro vobis et facere et pati paratus. Cfr. I Cor. 4, 13. et Ign. ad Eph. c. 18.

3) Ps. 21, 17.

4) Ps. 117, 12.

5) Ps. 21, 19. Cfr. Justin. Apol. I. n. 38.

6) I. e. in humana natura.

7) Cfr. I Timoth. 3, 16.

8) Isai. 3, 9. Sap. 2, 12. Cfr. Justin. Dialog. cum Tryphone n. 17.

9) Haec et sequentia usque ad τὸν κύριον αὐτοῦ habet Clemens Alex. Strom. V, 10. p. 683. ed. Venet.

10) Exod. 33, 1.

11) Levit. 20, 24.

12) I. e. profundior Veteris Test. et antiquae oeconomiae divinae cognitionis — homini christiano conclusa. Cfr. Neander K.G. I, 415. edit. I.

*mirabilis, quam fecit Dominus.* <sup>1</sup> Simplicius vobis scribo, ut intelligatis, ego, <sup>2</sup> purgamentum vestrae caritatis. Quid vero porro dicit propheta? <sup>3</sup> *Obsedit me concilium malignantium, <sup>4</sup> circumdederunt me sicut apes favum, et <sup>5</sup> super restem meam miserunt sortem.* Quum igitur in <sup>6</sup> carne esset <sup>7</sup> appariturus et passurus, praemonstrata est ipsius passio. Nam in Israëlém dicit propheta: <sup>8</sup> *vae animae eorum, quia pessimum consilium inierunt aduersus semetipsos, dicentes: alligemus justum, quoniam molestus nobis est.* <sup>9</sup> Sed et Moses dicit ad illos: <sup>10</sup> *ecce ista ait Dominus Deus: intrate in terram bonam, quam juramento promisit Dominus Abrahae et Isaac et Jacob; <sup>11</sup> et ut hereditatem possidete eam, terram fluentem lacte et melle.* Quid dicat <sup>12</sup> cognitio, discite: *sperate,* <sup>13</sup> inquit, *in Jesum, qui in carne manifestandus est vobis.* <sup>14</sup> Homo enim est terra, quae patitur; ex substantia enim terrae formatus est Adam. <sup>15</sup> Quid ergo dicit: *in terram bonam, lacte ac melle fluentem?* Benedictus sit Dominus noster, qui sapientiam et intelligentiam occultorum suorum posuit in nobis. Dicit enim propheta: <sup>16</sup> *parabolam Domini quis intelliget, nisi sapiens et peritus, et diligens Dominum suum?* Ubi igitur nos <sup>17</sup> renovavit per remissionem peccatorum, effecit, ut aliam formam haberemus, animam nempe <sup>18</sup> puerorum instar, utpote qui et <sup>19</sup> spiritu nos reformavit. Nam de nobis scriptura dicit, loquente patre ad filium: <sup>20</sup> *facciamus hominem ad imaginem et ad similitudinem nostram; et praesint bestiis terrae, et volatilibus coeli, et piscibus maris.*

13) *Φησιν, γὰρ, εἰς,* uncis inclusa, restituo (monente Davisio) ex Clem. Alexandrino, cum et vetus interpret ita legerit.

14) Homo quia *e terra* est creatus, ideo Christus secundum humanam suam naturam *terrae* potest comparari.

15) Haec incipit secunda loci bibliici Exod. 33, 1. interpretatio allegorica seu gnostica. *Terra illa* 1) primum humanam *Christi naturam* de-

notabat, nunc 2) *Christianos, per salvatorem renatos* — pueros Dei innuit.

16) Haec verba in libris sacris frustra quaerentur. Similia occurrunt Isai. 40, 13. Prov. 1, 6. ПΟΤΕΡ.

17) Particip. pro indicat. ut c. 19. et saepius apud Patres.

18) Ms. *παιδιον*, male. *Παιδίου* DAVIS.

19) Ms. *ἀναπλασσομένου*, male. *Πνεύματι* restituit Fellus ex interpr. lat.

20) Gen. 1, 26.

οὐρανοῦ, καὶ τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης.“ Καὶ εἶπε κύριος, ἰδὼν τὸ καλὸν πλάσμα, ἀνθρώπων· <sup>1</sup> „ἀζήνασθε, καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν.“ Ταῦτα πρὸς τὸν υἱὸν <sup>2</sup>. Πάλιν σοι ἐνδείξω, πῶς πρὸς ἡμᾶς δευτέραν πλάσω ἐπ’ ἐσχάτων ἐποίησε. Λέγει κύριος· <sup>3</sup> „ἰδοὺ ποιήσω τὰ ἐσχάτα ὡς τὰ πρῶτα.“ <sup>4</sup> Εἰς τοῦτο οὖν ἐκήρυξεν ὁ προφήτης· „εἰσέλθετε εἰς γῆν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι, καὶ κατακυριεύσατε αὐτῆς.“ Ἰδοὺ οὖν ἡμεῖς ἀναπεπλάσμεθα, καθὼς πάλιν ἐν ἑτέρῳ προφήτῃ λέγει· <sup>5</sup> „ἰδοὺ, λέγει κύριος, ἐξελεύθω τούτων, τουτέστιν ὧν προέβλεπε τὸ πνεῦμα κυρίου, τὰς λιθίνας καρδίας, καὶ βαλῶ σαρκίνας αὐτοῖς“· ὅτι ἔμελλεν ἐν σαρκὶ φανεροῦσθαι, <sup>6</sup> καὶ ἐν ἡμῖν κατοικεῖν. Ναὸς γὰρ ἅγιος, ἀδελφοί μου, τῷ κυρίῳ τὸ κατοικητήριον ἡμῶν τῆς καρδίας. Λέγει γὰρ πάλιν <sup>7</sup> κύριος· <sup>8</sup> „καὶ ἐν τίνι ὀφθήσομαι τῷ κυρίῳ Θεῷ μου, καὶ δοξαστήσομαι;“ Λέγει· <sup>9</sup> „ἐξομολογήσομαι σοι ἐν ἐκκλησίᾳ ἐν μέσῳ ἀδελφῶν μου, καὶ ψαλῶ ἀναμέσον ἐκκλησίας ἁγίων.“ Οὐκοῦν ἡμεῖς ἔσμεν, οὓς εἰσήγαγεν εἰς τὴν γῆν τὴν ἀγαθὴν. Τί οὖν τὸ γάλα καὶ μέλι; Ὅτι πρῶτον τὸ παιδίον μέλιτι, εἶτα γάλακτι ζωοποιεῖται· <sup>10</sup> οὕτω καὶ ἡμεῖς τῇ πίστει τῆς ἐπαγγελίας καὶ τῷ λόγῳ ζωοποιούμενοι ζήσομεν κατακυριεύοντες τῆς γῆς. Προείρηκε δὲ ἐπάνω, ὅτι ἀυξανέσθωσαν, καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων. <sup>11</sup> Τίς οὖν ὁ δυναμὸς νῦν ἀρχεῖν θηρίων, ἢ ἰχθύων, ἢ πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ; Αἰσθάνεσθαι γὰρ ὀφείλομεν, ὅτι τὸ ἀρχεῖν ἐξουσία ἐστίν, ἵνα τις ἐπιτάξας κυριεύῃ. <sup>12</sup> Εἰ οὖν οὐ γίνεται τοῦτο νῦν, ἄρα ἡμῶν εἴρηκε. Πότε; Ὅταν καὶ αὐτοὶ τελειωθῶμεν κληρονόμοι τῆς διαθήκης κυρίου γενέσθαι.

### VII. *Jejunium et caper typrus Christi.*

Οὐκοῦν νοεῖτε, τέκνα εὐφροσύνης, ὅτι πάντα ὁ καλὸς κύριος προεφανέρωσεν ἡμῖν, ἵνα γινώμεν, ὃ κατὰ πάντα εὐχαριστοῦντες

- |   |   |
|---|---|
| 1) Gen. 1, 28.  | creationis (regenerationis christianae)   |
| 2) Sc. jam initio creationis de nobis dixit.  | praedicavit propheta: <i>intrate etc.</i> , i. e. <i>renascimini</i> .                          |
| 3) Non est in S. Script.; sed forsan respexit Barnabas ad Ezech. 36, 11. vel Matth. 20, 16. | 5) Ezech. 11, 19. 36, 26.   |
| 4) I. e. respectu secundae hujus  | 6) Cfr. Joh. 1, 14.   |
|   | 7) Vocem <i>κύριος</i> , quam nec <i>vetus</i> legit interpres, aut male additam <i>patet</i> , |

¶ Tum Dominus videns hominem, pulchrum figmentum suum, ait:  
 ¶ <sup>1</sup> *crescite et multiplicamini, et replete terram.* Haec ad filium <sup>2</sup>.  
 ¶ Iterum autem tibi ostendam, quomodo quoad nos ultimus tem-  
 ¶ poribus secundam creationem peregerit. Dicit enim Dominus:  
 ¶ <sup>3</sup> *ecce faciam novissima tamquam priora.* <sup>4</sup> Hoc respiciens  
 ¶ praedicavit propheta: *intrate in terram lacte et melle fluentem,*  
 ¶ *et dominamini ei.* Ecce igitur, nos denuo formati sumus;  
 ¶ quemadmodum rursus in alio propheta dicit: <sup>5</sup> *ecce, inquit Do-*  
 ¶ *minus, auferam ab eis,* hoc est ab eis, quos spiritus Domini  
 ¶ praevidebat, *corda lapidea, et immittam illis corda carnea;*  
 ¶ quia in carne voluit apparere, <sup>6</sup> et habitare in nobis. Templum  
 ¶ enim sanctum, fratres mei, Domino est habitatio cordis nostri.  
 ¶ Etenim iterum ait <sup>7</sup> Dominus: <sup>8</sup> *ubinam apparebo coram Domino*  
 ¶ *Deo meo, et glorificabor?* Ait: <sup>9</sup> *confitebor tibi in ecclesia,*  
 ¶ *in medio fratrum meorum, et cantabo in medio ecclesiae*  
 ¶ *sanctorum.* Itaque nos sumus, quos introduxit in terram bonam.  
 ¶ Sed quare lac et mel? Quoniam infans primum melle, tunc  
 ¶ lacte viviscit; <sup>10</sup> ita et nos, fide, quam habemus promissis Dei,  
 ¶ et verbo praedicationis vivificati, vivemus terram possidentes.  
 ¶ Superius vero praedixit: *crescant et praesint piscibus.* <sup>11</sup> Quis  
 ¶ potest nunc praeesse bestiis, vel piscibus, vel coeli volucribus?  
 ¶ Scire enim debemus, *praeesse* potestatem designare, ut quis  
 ¶ imperet ac dominetur. <sup>12</sup> Etsi id nunc non contingat; promisit  
 ¶ id sane nobis. Quando fiet? Quum et ipsi adeo perfecti crimus,  
 ¶ ut heredes simus testamenti Domini.

### VII. *Jejunium et caper typus Christi.*

Intelligite ergo, filii dilectionis ac laetitiae, quod bonus Dominus omnia nobis praemonstravit, ut cognosceremus, cui in

aut non ad *Deum, sed ad Prophetam* (David) referas. — Notes deinde, hisce verbis *tertiam* loci illius biblici explicationem allegoricam seu gnosticam incipere, quae *terram illam de ecclesia christiana* interpretatur. Cfr. p. 12. Not. 12 et p. 13. Not. 15.

8) Ps. 41, 3.

9) Ps. 21, 23.

10) Lac et mel = *πίστις καὶ ἀγάπη*, quibus ecclesia nos nutrit.

11) Ms. *τ'*, male.

12) Sensus: *in praesenti quidem imperium illud in volucres etc. non tenemus, sed promissam hanc dominationem aliquando recuperabimus.*

ὀφειλομεν αἰνεῖν. Εἰ οὖν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὃν κύριος, καὶ μέλλων κρίνειν ζῶντας καὶ νεκρούς, <sup>1</sup> ἔπαθεν, ἵνα ἡ πληγὴ αὐτοῦ ζωοποιήσῃ ἡμᾶς· πιστεύσωμεν, ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ οὐκ ἠδύνατο παθεῖν, εἰ μὴ <sup>2</sup> διὰ ἡμᾶς. Ἀλλὰ καὶ σταυρωθεὶς ἐποτίζετο ὄξει καὶ χολῇ. Ἀκούσατε, πῶς περὶ τούτου <sup>3</sup> πεφανέρωκαν οἱ ἱερεῖς τοῦ <sup>4</sup> λαοῦ. Γεγραμμένης ἐντολῆς αὐτοῦ, <sup>5</sup> ὃς ἂν μὴ νηστεύσῃ τὴν νηστείαν, θανάτῳ ἐξολοθρευθήσεται, ἐντετατατο κύριος, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων ἁμαρτιῶν ἡμέλλε <sup>6</sup> σκευὸς τοῦ πνεύματος προσφέρειν θυσίαν· ἵνα καὶ ὁ τύπος ὁ γινόμενος ἐπὶ Ἰσαὰκ, τοῦ προσενεχθέντος ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, τελεσθῆ. Τί οὖν λέγει ἐν τῷ προφήτῃ; <sup>7</sup> „Καὶ φαγέτωσαν ἐν τοῦ τράγου, τοῦ προσφερομένου τῇ νηστείᾳ ὑπὲρ πᾶσων τῶν ἁμαρτιῶν.“ Προσέχετε ἀκριβῶς· „καὶ φαγέτωσαν οἱ ἱερεῖς μόνοι πάντες τὸ ἔντερον ἄπλυτον μετὰ ὄξους.“ Πρὸς τί; Ἐπευθὴ ἐμὲ, <sup>8</sup> εἶπεν, ὑπὲρ ἁμαρτιῶν μέλλοντα τοῦ λαοῦ τοῦ καινοῦ προσφέρειν τὴν σάρκα μου, μέλλετε ποτίζειν χολῇ μετὰ ὄξους· φάγετε ὑμεῖς μόνοι, τοῦ λαοῦ νηστεύοντος καὶ κοιτομένου ἐπὶ σάκκῳ καὶ σποδῷ. Ἴνα δείξῃ, ὅτι δεῖ αὐτὸν παθεῖν ὑπὲρ αὐτῶν, πῶς οὖν ἐντετατατο; προσέχετε. <sup>9</sup> „Λάβετε δύο τράγους καλοὺς καὶ ὁμοίους, καὶ προσενέγκατε· καὶ λαβέτω ὁ ἱερεὺς τὸν ἕνα εἰς ὀλοκαύτωμα.“ Τὸν δὲ ἕνα τί ποιήσουσιν; <sup>10</sup> „Ἐπιματάρατος, φησὶν, ὁ εἷς.“ Προσέχετε, πῶς ὁ τύπος τοῦ Ἰησοῦ φανεροῦται <sup>11</sup> „Καὶ ἐμπτύσατε πάντες, καὶ κατακεντήσατε, καὶ περιθεῖτε τὸ ἔριον τὸ κόκκινον περὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ· καὶ οὕτως εἰς ἔρημον βληθήτω.“ Καὶ ὅταν γένηται οὕτως, ἄγει ὁ βασιτάζων

1) Ὁ υἱὸς θεοῦ ἔπαθεν, haec per communicationem idiomatum dicta sunt. Cfr. Francke in: *Zeitschrift für luth. Theol.* ed. Rudelbach et Guericke. 1840. Fasc. II. p. 81.

2) In his et aliis verbis mors Christi vicaria a Barnaba docetur. Cfr. Francke, l. c. p. 86.

3) — αν pro — αι, ut saepius in N. T. Cfr. Winer, Gramm. p. 72. ed. IV.

4) Ναοῦ. MENARD.

5) Levit. 23, 29.

6) I. e. corpus suum. Sensus est: mandato de jejunio Dominus typum passionis suae praebere voluit. Si quis hunc epistolae nostrae locum solum spectaret, Barnabam Nestorianae haereseos accusare posset, quae humanam tantum Christi naturam (τὸ σκευὸς) passam esse docuit. Quum autem Barnabas supra, in hoc ipso capite, filium Dei passum esse dixerit, clare apparet, doctrinam ejus cum ortho-

omnibus gratias agere ac laudes offerre debeamus. Si ergo Dei filius, qui est Dominus et iudicaturus est vivos ac mortuos, <sup>1</sup> passus est, ut plaga ipsius vividos nos redderet; credamus, non potuisse filium Dei pati nisi <sup>2</sup> propter nos. Cruci vero affixus aceto ac felle potabatur. Audite, quomodo de hac re indicia <sup>3</sup> dederint sacerdotes <sup>4</sup> populi judaici. Scripto praecepto, <sup>5</sup> ut, qui jejunium non jejunaret, morte exterminaretur, praecepit Dominus, quia et ipse pro peccatis nostris <sup>6</sup> vas spiritus sui oblaturus erat in hostiam; ut et impleretur figura facta in Isaac, qui super altare fuit oblatus. Quid igitur dicit apud prophetam? <sup>7</sup> *Et manducent de hircu, qui in die jejunii offertur pro omnibus peccatis.* Attendite diligenter: *et manducent soli ac omnes sacerdotes intestinum non lotum, cum aceto.* Ad quid? Quoniam me, <sup>8</sup> inquit, pro novi populi delictis oblaturum carnem meam, potaturi estis felle cum aceto; ideo comedite vos soli, dum populus jejunat, et plangit in sacco et cinere. Quomodo igitur, ut ostenderet quod oporteret ipsum mori pro illis, praecepit? Attendite. <sup>9</sup> *Sumite, inquit, duos hircos bonos et similes, et offerte eos; et accipiat sacerdos unum in holocaustum.* De altero vero quid facient? <sup>10</sup> *Maledictus, inquit, unus.* Attendite, quo pacto figura Jesu manifestetur. <sup>11</sup> *Et conspuite illum omnes, ac lancinate; et imponite lanam coccineam circa caput ejus; et sic in desertum emittatur.* Et quum ita factum fuerit, qui portat hircum, abducit eum in

doxa fide concordare. Passa est enim (Dial. c. Tryph. n. 40.) et Tertull. in cruce humana Christi natura cum (adv. Jud. c. 14. adv. Marc. III. 7.) divina arcissime, sed ἀσυγχύτως etc. secuti sunt.

conjuncta; quo fit, ut per communicationem idiomatum utrumque dici possit: α) *filius Dei passus est*, et β) *Christus corpus suum in hostiam obtulit.*

7) Non est in sacra Scriptura; sed inter Christianos sec. II. traditiones quaedam falsae de ritibus festi judaici expiationum divulgatae fuisse videntur, quas hic Barnabas, alias Justinus

8) Sc. Dominus. Ms. *ἰδον*, male.

9) Levit. 16, 7 sqq. cfr. Bähr, Symb. II, 679.

10) = *ἡνιπύ* Cfr. Bähr l. c. p. 668.

11) Talia nec s. Scriptura, nec Talmud narrat; sed reperies ea apud Justinum ac Tertull. ll. cc. Cum Vossio legimus *ἐπιτύσσει*; Cotelerius: *ἐκτύσσει*.



τὸν τράγον εἰς τὴν ἔρημον, καὶ ἀφαιρεῖ τὸ ἔριον, καὶ ἐπιτίθεισιν ἐπὶ φρύγανον τὸ λεγόμενον <sup>1</sup> ῥαχίη, οὗ καὶ τοὺς <sup>2</sup> βλαστοὺς εἰώδαμεν τρώγειν ἐν τῇ χώρᾳ εὐρίσκοντες. <sup>3</sup> ταύτης μόνης τῆς ῥάχου οἱ καρποὶ γλυκεῖς εἰσὶ. Τί οὖν καὶ τοῦτο; Προσέχετε τὸν μὲν ἕνα ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, τὸν δὲ ἕνα ἐπικατάρτατον, καὶ <sup>4</sup> ὅτι τὸν ἐπικατάρτατον ἐστεφανωμένον; <sup>5</sup> Ἐπεὶ δὲ ὄφρονται αὐτὸν τότε <sup>6</sup> τῇ ἡμέρᾳ, τὸν ποδίρη ἔχοντα τὸν κόκκινον περὶ τὴν σάρκα, καὶ ἐροῦσιν· οὐχ οὗτός ἐστιν, ὃν ποτε ἡμεῖς ἐσταυρώσαμεν ἐξουθενήσαντες, καὶ κατακεντήσαντες, καὶ ἐμπαίξαντες; Ἀληθῶς οὗτος ἦν, ὁ τότε λέγων, ἑαυτὸν υἱὸν Θεοῦ εἶναι. <sup>7</sup> Πῶς γὰρ ὁμοῖος; Εἰς τοῦτο ὁμοίους τοὺς τράγους καλοὺς καὶ ἴσους· ἐν, ὅταν ἴδωσιν αὐτὸν τότε ἐρχόμενον, ἐκπλαγῆσονται ἐπὶ τῇ ὁμοιότητι τοῦ τράγου. Οὐκοῦν <sup>8</sup> ἴδε τὸν τύπον τοῦ μέλλοντος πάσχειν Ἰησοῦ. Τί δὲ, ὅτι τὸ ἔριον εἰς μέσον τῶν ἀκανθῶν τιθέασιν; Τύπος ἐστὶ τοῦ Ἰησοῦ τῇ ἐκκλησίᾳ κείμενος, <sup>9</sup> ἵνα ὃς ἐὰν θῆλῃ τὸ ἔριον ἀραι τὸ κόκκινον, δεῖ αὐτὸν πολλὰ παθεῖν, διὰ τὸ εἶναι φοβερὰν τὴν ἀκανθάν, καὶ θλιβέντα <sup>10</sup> κυριεῦσαι. Οὕτω, φησὶν, <sup>11</sup> οἱ θέλοντές με ἰδεῖν, καὶ ἀψασθαί μου τῆς βασιλείας, ὀφείλουσι θλιβέντες καὶ παθόντες λαβεῖν με.

### VIII. *Vacca rubra — typhus Christi.*

<sup>12</sup> Τίνα δὲ δοκεῖτε τύπον εἶναι, ὅτι <sup>13</sup> ἐντέλλεται τῷ Ἰσραὴλ προσφέρειν δάμαλιν τοὺς ἀνδρας, <sup>14</sup> ἐν οἷς ἀμαρτίαι τέλειαι, καὶ σφάζοντας κατακαλεῖν· καὶ ἀρεῖν τότε τὴν σποδὸν παιδία, καὶ βάλλειν εἰς ἄγην, καὶ περιτιθέναι <sup>15</sup> τὸ ἔριον τὸ κόκκινον, καὶ τὸν ὕσσωπον· καὶ οὕτω ῥαπίζειν τὰ παιδία καθ' ἕνα τὸν λαόν· ἵνα ἀγνίζωνται <sup>16</sup> ἀπὸ τῶν ἀμαρτιῶν; Νοεῖτε, πῶς <sup>17</sup> ἀπλόατη λέγει ὑμῖν. Ὁ μίσχος οὗτός ἐστιν ὁ Ἰησοῦς· οἱ προσφέροντες

1) Ita Voss. Ms. ῥαχίη, male.

2) I. e. *germina*. Ita Voss. βάλτους Mss. Male. Davisius cum interpretate lat. καρπούς.

3) Ita Voss. Ms. male: οὕτως μόνης τῆς ῥαχούς κ. τ. λ.

4) ὅτι = *cur?* Viger. p. 551. b. Cfr. infra c. 8 et 10.

5) Davis. legit: ἐπειδὴ ὄφρονται αὐτὸν, ταύτη κ. τ. λ.

6) *Sc. Christum in die iudicii*. Mss.

7) Ita DAVIS. ὡς οὖν ὁμοῖος, περὶ τοῦτο ὁμοῖος κ. τ. λ. Cot. Ms. male: πῶς γὰρ ὁμοῖος, καὶ τοῦτο κ. τ. λ.

8) L. ἴδετε FELL. De hoc typo cfr. Justin. Dial. c. Tryph. n. 111.

9) *Iva c. indic. praec. ut bis in*

eremum, et aufert ab illo lanam, et ponit eam super fruticem, qui vocatur <sup>1</sup> rubus, cuius <sup>2</sup> germina in agris reperta solemus manducare; <sup>3</sup> et hujus solius vepris fructus dulces sunt. Cur vero et hoc? Attendite: *unum quidem super altare, alterum verum maledictum*, et <sup>4</sup> quare, qui maledictus est, coronatur? <sup>5</sup> Quia videbunt eum <sup>6</sup> illa die habentem circa corpus talarem coccineam, et dicent: nonne hic est, quem nos aliquando despectum, compunctum ac illudum crucifiximus? Vere ille est, qui tunc se dicebat esse filium Dei. <sup>7</sup> Quantopere enim similis? Ideo ergo similes hircos pulchros et aequales postulavit, ut, quum viderint eum tunc venientem, percellantur de hirci similitudine. <sup>8</sup> Vide igitur figuram Jesu passuri. Quam ob rem vero lanam in medio spinarum ponunt? Id est figura Jesu, ecclesiae proposita. Ponunt autem lanam in spinis, <sup>9</sup> ut, qui voluerit lanam coccineam auferre, eo, quod spina formidabilis sit, debeat plurima sufferre, et afflictus <sup>10</sup> potiri illius. Sic, inquit <sup>11</sup>, qui volunt me videre et ad regnum meum pervenire, debent per afflictiones et tormenta possidere me.

### VIII. Vacca rubra — *typus Christi.*

<sup>12</sup> Quam autem figuram putatis esse, quod <sup>13</sup> praecipitur Israël, ut homines <sup>14</sup> consummatae nequitiae juvencam afferant, et eam mactatam comburant; utque tunc pueri tollant cinerem, et in vasa mittant; postea <sup>15</sup> baculo alligent lanam coccineam cum hyssopo; et sic populum singulatim pueri aspergant, ut <sup>16</sup> a peccatis purgetur? Aspicite, quomodo <sup>17</sup> in simplicitate nobis loquatur Dominus. Vitulus iste, Jesus est; homines nequam, qui afferunt,

N. T. I Cor. 4, 6. Gal. 4, 17. *Winer*, Gramm. p. 266.

10) Ita *DAVIS*. Ms. *κρυφῶσαι*, male.

11) Sc. *Christus*. Non profertur hic certus aliquis evangelii locus. *MEN.* Cfr. Matth. 16, 24.; quod sensum hujus capituli VII attinet cfr. librum meum: *Das Sendschreiben des Ap. Barnabas* p. 66—74.

12) Commentarium hujus capituli

edidimus in libro: *Das Sendschreiben* etc. p. 74—78.

13) Num. 19, 2 sqq.

14) Haec et multa reliquorum non sunt in s. Scriptura.

15) Add. τῷ ἕλω. *MENARD.* Cfr. interpr.: *baculo*.

16) Ita *DAVIS*. Ms. *ὑπό*.

17) L. *ὁμοίωτη*. *MENARD.* Cfr. interpr.: *in similitudine*.

ἄνδρες ἁμαρτωλοὶ, οἱ προσενέγκαντες αὐτὸν ἐπὶ σφαγῆν. <sup>1</sup> Ἐἴτα οὐκέτι ἄνδρες. <sup>2</sup> [ἁμαρτωλοὶ], οὐκέτι ἁμαρτωλῶν ἢ δόξα. Οἱ δὲ ῥαντίζοντες παῖδες, εὐαγγελιζόμενοι ἡμῖν τὴν ἄφραστον τῶν ἁμαρτιῶν καὶ τὸν ἀγνισμόν τῆς καρδίας· οἷς ἔδωκε τοῦ εὐαγγελίου τὴν ἐξουσίαν — οὐσι δεκαδύο εἰς μαρτύριον τῶν φυλῶν, οἱ δεκαδύο αἱ φυλαὶ τοῦ Ἰσραὴλ — εἰς τὸ κηρύσσειν. Διὰ τί δὲ τρεῖς παῖδες οἱ ῥαντίζοντες; Εἰς μαρτύριον Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ, ὅτι οὗτοι μεγάλοι τῷ Θεῷ. <sup>3</sup> Ὅτι δὲ τὸ ἔριον ἐπὶ τὸ ξύλον; Ὅτι ἡ βασιλεία τοῦ Ἰησοῦ ἐπὶ τῷ ξύλῳ· διότι οἱ ἐλπίζοντες εἰς αὐτὸν ζήσονται εἰς τὸν αἰῶνα. Διὰ τί δὲ ἅμα τὸ ἔριον καὶ τὸν ὑσσωπον; Ὅτι ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ ἡμέραι ἔσονται πονηραὶ καὶ ῥυπαραὶ, ἐν αἷς ἡμεῖς σωθῆσόμεθα. <sup>4</sup> ὅτι καὶ ἀλλῶν τὴν σάρκα τοῦ ῥύπου διὰ τοῦ ὑσώπου λαταί. Καὶ διὰ τοῦτο οὕτω γενόμενα ἡμῖν μὲν ἔστι φανερά, ἐκείνοις δὲ σκοτεινά· ὅτι οὐκ ἔκουσαν φωνῆς τοῦ κυρίου.

IX. *De circumcissione auris et cordis, et de circumcissione typica Abrahami.*

<sup>5</sup> Λέγει γὰρ πάλιν περὶ τῶν ὠτίων, πῶς περιτέμεν ἡμῶν, καὶ τὴν καρδίαν. Λέγει ὁ κύριος ἐν τῷ προφήτῃ· <sup>6</sup> „εἰς ἀκοῆν ὠτίου ὑπήκουσάν μου.“ Καὶ πάλιν λέγει· <sup>7</sup> „ἀκοῆ ἀκούσονται οἱ πόρρωθεν, ἀ ἐποίησα, γνώσονται.“ Καὶ <sup>8</sup> „περιμιθῆσεθε,“ λέγει κύριος, „τὰς καρδίας ὑμῶν.“ Καὶ πάλιν λέγει· <sup>9</sup> „ἄκουε Ἰσραὴλ, ὅτι τάδε λέγει ὁ κύριος ὁ Θεός σου.“ Καὶ πάλιν τὸ πνεῦμα κυρίου προφητεύει· <sup>10</sup> „τίς ἐστι ὁ θέλων ζῆσαι εἰς τὸν αἰῶνα; Ἀκοῆ ἀκούσατω τῆς φωνῆς τοῦ παιδός μου.“ Καὶ πάλιν λέγει· <sup>11</sup> „ἄκουε οὐρανὲ, καὶ ἐνωτίζου ἡ γῆ, ὅτι <sup>12</sup> ὁ Θεὸς ἐλάλησε.“ Ταῦτα <sup>13</sup> εἰς μαρτύριον. Καὶ πάλιν λέγει· <sup>14</sup> „ἀκούσατε λόγον κυρίου ἄρχοντες τοῦ λαοῦ τούτου.“ Καὶ πάλιν λέγει· <sup>15</sup> „ἀκούετε, τέκνα, τῆς φωνῆς βοῶσης ἐν τῇ ἐρήμῳ.“ Οὐκοῦν περιτέμεν

1) *Eita* — δόξα, a metaphraste non agnita, delenda sunt. DAVIS.

2) Hoc addit MENARD.

3) Ὅτι = *cur?* Viger. p. 551. b. cfr. c. 7. p. 18. Nota 4.

4) Ita Cot. Ms.: ... διὰ τοῦ ῥύπου τοῦ ὑσώπου λαταί.

5) De circumcissione cfr. Ep. ad Diognet. c. 4., ubi similia docentur.

6) Ps. 17, 45.

7) Isai. 33, 13. Adhortatio audiendi

sunt ii, qui Dominum ad necem obtulerunt. <sup>1</sup> Sed nunc non amplius sunt viri <sup>2</sup> nequam, nec amplius pro peccatoribus habentur. Pueri vero aspergentes sunt, qui nuntiaverunt nobis remissionem peccatorum, et purificationem cordis, quibus dedit evangelii praedicandi potestatem; quique sunt duodecim, in tribuum testimonium, quia apud Israëlitas duodecim erant tribus. At cur tres pueri aspergentes? Nempe in testimonium Abrahami et Isaaci et Jacobi; quod ii magni fuerint coram Deo. <sup>3</sup> Cur vero lana in ligno [baculo]? Quia in ligno Jesus dominium suum tenet, cujus causa, qui in illum sperant, vivent in aeternum. Quare autem simul lanam et hyssopum? Quoniam in regno illius erunt dies mali ac sordidi, in quibus nos servabimur: <sup>4</sup> quandoquidem, qui corpore aegrotat, a sordibus per hyssopum curatur. Et propter hoc, quae ita se habent, nobis manifesta sunt, illis [Judaeis] autem obscura, quia non audierunt vocem Domini.

IX. *De circumcissione auris et cordis, et de circumcissione typica Abrahami.*

<sup>5</sup> Loquitur porro scriptura de auribus nostris, quomodo eas et cor nostrum circumciderit Dominus. Ait Dominus apud Prophetam: <sup>6</sup> *in auditu auris obedierunt mihi.* Et iterum dicit: <sup>7</sup> *auditu audient, qui longe absunt; quae feci, scient.* Et: <sup>8</sup> *circumcidite corda vestra,* ait Dominus. Et rursus ait: <sup>9</sup> *audi Israel, haec dicit Dominus Deus tuus.* Iterumque spiritus Domini prophetat: <sup>10</sup> *quis est; qui vult vivere in perpetuum? Auditione audiat vocem filii mei.* Et iterum dicit: <sup>11</sup> *audi coelum, et auribus percipe terra, quia* <sup>12</sup> *Deus locutus est.* <sup>13</sup> Haec in testimonium. Rursusque ait: <sup>14</sup> *audite verbum Domini principes populi hujus.* Et adhuc: <sup>15</sup> *audite filii vocem clamantem in deserto.* Ergo circumcidit aures nostras, ut audito verbo

involvit admonitionem ad circumcissionem aurium.

8) Jer. 4. 4.

9) Jer. 7, 2.

10) Ps. 33, 13.

11) Isai. 1, 2.

12) Al. *νόμος.*

13) Sc. *circumcisionis aurium Deo acceptae.*

14) Isai. 1, 10.

15) Isai. 40, 3.

ἡμῶν τὰς ἀκοάς, ἵνα ἀκούσαντες λόγον πιστεύωμεν· ἡ γὰρ περιτομή, ἐφ' ἣ πεποιθασί, κατήργηται. Περιτομήν γὰρ εἴρηκεν οὐ σαρκὸς γενηθῆναι· ἀλλὰ παρέβησαν, ὅτι ἄγγελος πονηρὸς ἐσφίσειεν αὐτοῖς. Λέγει πρὸς αὐτούς· <sup>1</sup> „τάδε λέγει κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν“ — ὧδε εὐρίσκω <sup>2</sup> [νέαν] ἐντολήν — „μὴ σπείριγτε ἐπ' ἀκάνθαις, περιτιμήθητε δὲ τῷ κυρίῳ ὑμῶν.“ Καὶ τί λέγει; <sup>3</sup> περιτιμήθητε τὸ σκληρὸν τῆς καρδίας ὑμῶν, καὶ τὸν τράχηλον ὑμῶν οὐ μὴ σκληρύνετε.“ Καὶ πάλιν· <sup>4</sup> „ἰδοὺ λέγει ὁ κύριος· πάντα τὰ ἔθνη ἀπεριτίμητα, ἀκρόβυστα· ὁ δὲ λαὸς οὗτος ἀπεριτίμητος καρδίᾳ.“ Ἀλλὰ ἐρεῖς· καὶ μὴν περιτίμωται ὁ λαὸς εἰς σφραγίδα. Ἀλλὰ καὶ πᾶς Σύρος, καὶ Ἀραβ, καὶ πάντες οἱ ἱερεῖς τῶν εἰδώλων. Ἄρα οὖν κακῆνοι ἐκ τῶν διαθηκῶν αὐτοῦ εἰσὶν; Ἀλλὰ καὶ Αἰγύπτιοι ἐν περιτομῇ εἰσι. Μάθετε οὖν, τέσσα, περὶ πάντων πλουσίως, ὅτι Ἀβραάμ, ὁ πρῶτος περιτομῆν δοῦς, ἐν πνεύματι προβλέψας εἰς τὸν <sup>5</sup> Ἰησοῦν, περιέτεμε λαβῶν τριῶν γραμματίων δόγματα. Λέγει γάρ· <sup>6</sup> „καὶ περιέτεμεν Ἀβραάμ ἐκ τοῦ οἴκου αὐτοῦ ἄνδρας δέκα καὶ ὀκτώ καὶ τριακοσίους.“ Τίς οὖν ἡ δοθεῖσα ἰσχύϊ γνώσις; Μάθετε τοὺς δεκαοκτὼ πρῶτους, εἶτα τοὺς τριακοσίους. Τὸ δὲ δέκα καὶ ὀκτώ, Ἰ δέκα, Η ὀκτώ. Ἔχεις Ἰησοῦν. Ὅτι δὲ σταυρὸς ἐν τῷ Γ ἔμελλεν ἔχειν τὴν χάριν, λέγει καὶ τοὺς τριακοσίους. Ἀηλοῖ οὖν τὸν μὲν Ἰησοῦν ἐν τοῖς δυοῖ γραμμασί, καὶ ἐν ἐνὶ τὸν σταυρόν. Οἷδεν ὁ τὴν <sup>8</sup> ἔμφυτον δωρεάν τῆς διδαχῆς αὐτοῦ θέμενος ἐν ἡμῶν. Οὐδεὶς γνησιώτερον ἔμαθεν ἀπ' ἐμοῦ λόγον· ἀλλὰ οἶδα, ὅτι ἄξιοί ἐστε ὑμεῖς.

X. *Mandata de cibis, male a Judaeis intellecta, Christianis sunt aperta.*

<sup>9</sup> Ὅτι δὲ Μωσῆς εἴρηκεν· <sup>10</sup> „οὐ φάγεσθε χοῖρον, οὐδὲ ἀετὸν, οὐδὲ ὄξυπτερον, οὐδὲ κόρακα, οὐδὲ πάντα ἰχθύων, ὃς οὐκ ἔχει

1) Jerem. 4, 3.

2) Add. ν'ον. MENARD. Interpr. novam.

3) Jer. 7, 26.

4) Jerem. 9, 25. 26.

5) Ita DAVIS. Vet. interpr.: Je-

sum. Ms. υἰόν, male.

6) Non est in s. Scriptura; sed cfr. Gen. 17, 26. 27., coll. Gen. 14, 14.

7) Al. αὐτῶν. De hac γνώσει Barnabae disputavi in libro: *Das Sendschreiben*, p. 83 sq.

credamus; circumcisio enim, in qua illi confidebant, abrogata est. Praecepit enim Dominus, circumcisionem non carnis esse faciendam; illi autem praeceptum hoc transgressi sunt, quia malus angelus decepit illos. Ait ad eos: <sup>1</sup> *haec dicit dominus Deus vester* (in his verbis invenio <sup>2</sup> novam legem): *nolite serere super spinas; circumcidimini Domino vestro*. Et quid vult sibi Dominus hisce verbis? <sup>3</sup> *Circumcidite, dicit, duritiam cordis vestri, et cervicem vestram ne induretis*. Atque iterum: <sup>4</sup> *ecce, dicit Dominus, omnes gentes incircumcisae sunt, ac praepitium habent; iste vero populus [Judaeorum] corde est incircumcisus*. At inquires: et vero ille populus in signum foederis circumciditur. Verum et circumciduntur Syri omnes, ac Arabes, ac omnes sacerdotes idolorum. Hinc ergo pertinent illi quoque ad Domini testamentum? Sed et Aegyptii circumcisionem usurpant. Discite igitur, filii, de omnibus abunde, quod Abrahamus, qui primus dedit circumcisionem, in spiritu prospiciens in <sup>5</sup> Jesum, circumcidit, arcanam trium litterarum doctrinam adhibens. Narrat enim scriptura: <sup>6</sup> *et circumcidit Abrahamus e domo sua CCCXVIII viros*. Quae ergo <sup>7</sup> illi in hoc data est cognitio? Discite primo decem et octo, dein trecentos. Decem autem et octo exprimuntur, per I decem, per H octo. Habes initium nominis Jesu. Quia vero crux in figura litterae T gratiam redemptionis nostrae erat signatura, ideo ait *trecentos*. Ostendit itaque Jesum in duabus litteris, et crucem in tertia. Scit hoc, qui <sup>8</sup> profundius donum doctrinae suae posuit in nobis. Nemo magis germanum a me accepit sermonem; sed scio, vos dignos esse.

X. *Mandata de cibis, male a Judaeis intellecta, Christianis sunt aperta.*

<sup>9</sup> Quare autem Moses dixit: <sup>10</sup> *non manducabitis suem, neque aquilam, neque accipitrem, neque corvum, nec ullum pischem,*

8) Cfr. supra cap. I, Not. 4.

9) Barnabas leges Mosaicas more Alexandrinorum allegorice interpretatur. Cfr. *Das Sendschr.* etc. p. 84—91.

<sup>10</sup> Ori = cur, ut supra c. 7 et 8.

10) Levit. 11. Deut. 14. Haec recitat e Barnaba *Clem. Alex. Strom.* II. c. 15. p. 464, et Lib. V, c. 8. p. 677 ed. Venet.

<sup>14</sup> κυρίοις ὡς τύπῳ Θεοῦ, ἐν αἰσχίνῃ καὶ φόβῳ. <sup>15</sup> Οὐ μὴ ἐπι-  
 τάξῃς παιδίῳ ἢ δούλῳ σου ἐν πικρίᾳ, τοῖς ἐπὶ τὸν αὐτὸν  
 ἐλπίζουσι, μὴ ποτε οὐ φοβηθήσῃ τὸν ἐπ' ἀμφότεροις Θεόν· οἱ  
 ἦλθεν οὐκ <sup>16</sup> ἐπὶ πρόσωπον καλέσαι, ἀλλ' <sup>17</sup> ἐφ' οὓς τὸ πνεῦμα  
 ἠτοίμασε. <sup>18</sup> Κοινωνήσεις ἐν πᾶσι τῷ πλησίον σου, οὐκ ἔρεις  
 ἴδια· εἰ γὰρ ἐν τοῖς ἀφθάρτοις κοινωνοὶ ἐστε, πόθῳ μᾶλλον ἐν  
 τοῖς φθαρτοῖς; Οὐκ ἔση πρόγλωσσος· παγίς γὰρ στόμα θανα-  
 τού. Ὅσον δύνασαι, <sup>19</sup> περὶ τὴν ψυχὴν σου ἀγνεύσεις. <sup>20</sup> Μὴ  
 γίνου πρὸς μὲν τὸ λαβεῖν ἐκτείνων τὰς χεῖρας, πρὸς δὲ τὸ δοῦνα  
 συσπῶν. Ἀγαπήσεις, ὡς κόρην ὀφθαλμοῦ σου, πάντα τὸν λα-  
 λοῦντά σοι λόγον τοῦ κυρίου. <sup>21</sup> Μνησθήσῃ αὐτὸν ἡμέρας κρί-  
 σεως, νυκτὸς καὶ ἡμέρας. Ἐκζητήσεις καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὰ  
 πρόσωπα τῶν ἁγίων, καὶ <sup>22</sup> διὰ λόγου σκοπιῶν καὶ περνεύμενος  
 εἰς τὸ παρακαλέσαι, καὶ μελετῶν εἰς τὸ σῶσαι ψυχὴν τῷ λόγῳ.

1) I. e. Evangelium praedicans, nulla parte morum sis impurus.

2) Const. Apost. VII, 10.

3) Ita restituo ex Const. Apost.; Ms. παραπτώματα.

4) Isai. 66, 2. Cfr. Phil. 2, 12.

5) Const. Apost. VII, 11. Cfr. Epist. I. Clem. ad Cor. c. 11 et 23. et Jac.

1, 8.

6) Sc. quod Deus promisit.

7) Post ματαίῳ in Ms. abundat εἰς.

8) Const. Apost. VII, 3.

9) Ibid. VII, 12.

10) Ibid. VII, 4.

11) Ibid. VII, 8.

12) Operatio laboriosa, molestiae.

13) Const. Apost. II, 6. VII, 4.

14) Cfr. Ephes. 6, 5.

beris, non adulterium facies, pueros non corrumpes. <sup>1</sup> Non ex te verbum Dei in quorundam impuritate exeat. <sup>2</sup> Non accipies personam in arguendo cuiuspiam <sup>3</sup> lapsu. Eris mansuetus, eris quietus. <sup>4</sup> Contremisces ad verba, quae audivisti. Fratri tuo ignosces. <sup>5</sup> Non ambigas, utrum futurum <sup>6</sup> sit, necne. Ne assumas in vanum <sup>7</sup> nomen Domini. Diliges proximum tuum plus quam animam tuam. <sup>8</sup> Non interficies foetum in abortione, nec etiam interimes post nativitatem. <sup>9</sup> Ne auferas manum tuam a filio tuo, vel a filia tua; sed a pueritia docebis eos timorem Domini. Bona proximi tui non concupisces, <sup>10</sup> nec eris avarus. <sup>11</sup> Neque ex anima tua adhaerebis superbis; sed cum justis atque humilibus adscriberis. <sup>12</sup> Quae tibi contingunt <sup>13</sup> vexationes, tamquam bona admitte. <sup>14</sup> Non eris inconstans nec bilinguis; laqueus enim mortis est lingua duplex. Subjiceris Domino Deo, <sup>15</sup> dominis vero, ut Dei imagini, in verecundia et timore. <sup>16</sup> Ne in amaritudine imperes ancillae aut servo tuo, qui in eundem sperant; ne forte non timeas Deum, qui super utrumque est, quoniam non venit vocare secundum <sup>17</sup> personam, sed secundum id, <sup>18</sup> quos spiritus praeparaverit. <sup>19</sup> Communicabis in omnibus cum proximo tuo; nec quidquam dices proprium; si enim in corruptis consortes estis, quanto magis in iis, quae corrumpuntur? Non eris lingua praeceps; os enim laqueus est mortis. Quantum potes, castus sis <sup>20</sup> anima. <sup>21</sup> Noli porrigere manus tuas ad accipiendum, ad dandum vero contrahere. Diliges ut pupillam oculi tui omnem, qui tibi loquetur verbum Domini. <sup>22</sup> In memoriam tuam nocte ac die revocabis iudicii diem. Exquiras quotidie vultus sanctorum, <sup>23</sup> et in sermone eos perscrutans, et ad exhortandum incedens, et meditans, quomodo animam verbo

15) Const. Apost. VII, 13.

16) Cfr. Ephes. 6, 9.

17) Cfr. Rom. 8, 29. 30.

18) Cfr. Act. 4, 32. Const. Apost. VII, 12.

19) Ita DAVIS.; Ma. ὑπέρ.

20) Cfr. Eccli. 4, 31. (v. 36 Vulg.) Const. Apost. VII, 11.

21) Const. Apost. VII, 9.

22) Ita Vossius et Gallandius. Cotelierius legit: σκοπιῶν. Nolte l. c. conjicit: διὰ λόγου κοπιῶν = et in illis erudiendis sudans, ut I Tim. 5, 17: οἱ κοπιῶντες ἐν λόγῳ = qui laborant in verbo. Forte leg. καὶ διὰ λόγου; [sc. αὐτῶν] σκοπιῶν, sermones eorum perscrutans.

<sup>1</sup> Καὶ διὰ τῶν χειρῶν σου ἐργάση εἰς λύτρωσιν τῶν ἁμαρτιῶν σου. <sup>2</sup> Οὐ διατάσεις δοῦναι, οὐδὲ διδοῖς γογγύσεις. <sup>3</sup> „Πατὶ αἰτοῦντί σε δίδου.“ γνώση δὲ, τίς ὁ τοῦ μισθοῦ καλὸς ἀνταποδοτῆς. <sup>4</sup> Φυλάξεις, ἃ παρέλαβες, μῆτε προστιθεῖς, μῆτε ἀφαιρῶν. Εἰς τέλος μισήσεις τὸν πονηρὸν. <sup>5</sup> Κρινεῖς δικαίως. <sup>6</sup> Οὐ ποιήσεις σχίσμα, εἰρηνεύσεις δὲ μαχομένους συνάγων. <sup>7</sup> Ἐξομολογήση ἐπὶ ἁμαρτίαις σου. <sup>8</sup> Οὐχ ἤξεις ἐν προσευχῇ σου ἐν συνειδήσει πονηρᾷ. Ἀὕτη ἐστὶν ἡ ὁδὸς τοῦ φωτός.

#### XX. De via tenebrarum.

<sup>9</sup> Ἡ δὲ τοῦ μέλανος ὁδὸς ἐστὶ σκολιὰ καὶ κατάρας μεστή. Ἔστι γὰρ ὁδὸς τοῦ θανάτου αἰωνίου μετὰ τιμωρίας, ἐν ἧ ἐστὶ τὰ ἀπολοῦντα τὴν ψυχὴν αὐτῶν· εἰδωλολατρεία, θρασυτής, ἕψος δυνάμεως, ὑπόκρισις, διπλοκαρδία, μοιχεία, φόνος, ἀρπαγή, ὑπερηφάνια, παράβασις, δόλος, κακία, ἀνθάδεια, φαρμακεία, μαγεία, πλεονεξία, ἀφοβία Θεοῦ. <sup>10</sup> Διώκται τῶν ἀγαθῶν, μισοῦντες ἀλήθειαν, ἀγαπῶντες <sup>11</sup> ψεῦδος, οὐ γινώσκοντες μισθὸν δικαιοσύνης, οὐ κολλῶμενοι ἀγαθῷ, οὐ κρίσει δικαίᾳ χήρα καὶ ὀρφανῷ προσέχοντες, ἀγρυπνοῦντες οὐκ εἰς φόβον Θεοῦ, ἀλλ' ἐπὶ τὸ πονηρὸν, ὡν μακρὰν καὶ πόρρω πραύτης καὶ ὑπομοχῆ, ἀγαπῶντες μάταια, διώκοντες ἀνταπόδομα, οὐκ ἔλεοντες πτωχῶν, οὐ πονοῦντες ἐπὶ τῷ καταπονουμένῳ, εὐχερεῖς ἐν καταλαλιῇ, οὐ γινώσκοντες τὸν ποιήσαντα αὐτοὺς, φρονεῖς τέκνων, φθορεῖς πλάσματος Θεοῦ, ἀποστρεφόμενοι τὸν ἐνδεόμενον, καταπονοῦντες τὸν θλιβόμενον, πλουσίων παράκλητοι, πενήτων ἄνομοι κριταὶ, πανταμάρητοι.

#### XXI. Conclusio admonitoria.

Καλὸν οὖν ἐστὶ, μαθόντα τὰ δικαιώματα κυρίου, ὅσα προγέγραπται, ἐν τούτοις περιπατεῖν. Ὁ γὰρ ταῦτα ποιῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ δοξασθήσεται· ὁ <sup>12</sup> ἐκεῖνα ἐκλεγόμενος μετὰ

1) Cfr. I Cor. 4, 12. Const. Apost. VII, 12. Aut labor manuum commendatur, aut distributio facultatum in eleemosyna. COTEL.

2) Const. Apost. l. c.

3) Matth. 5, 42. Luc. 6, 30.

4) Const. Apost. VII, 14.

5) Ibid. VII, 10.

6) Ibid. Ms. σχῆμα — μαχομένους.

tuo servare possis. <sup>1</sup> Et manibus tuis operaberis ad redemptionem peccatorum tuorum. <sup>2</sup> Non dubitabis dare, neque murmurabis, quum das. <sup>3</sup> *Omni petenti te tribue*; cognosces autem, quis sit bonus mercedis retributor. <sup>4</sup> Servabis, quae accepisti, nec addens, nec demens. Malus odiosus tibi erit in perpetuum. <sup>5</sup> Juste iudicabis. <sup>6</sup> Non facies dissidium; sed pacem conciliabis inter contententes, eos associans. <sup>7</sup> Confiteberis peccata tua. <sup>8</sup> Non accedes ad orationem tuam in conscientia mala. Haec est via lucis.

### XX. *De via tenebrarum.*

<sup>9</sup> Via autem tenebrarum obliqua est plenaque maledictionis: Est enim via mortis aeternae cum supplicio, in qua sunt, quae perdunt animam hominum: idololatria, teneritas, elatio ob potentiam, simulatio, cor duplex, adulterium, homicidium, rapina, superbia, transgressio, dolus, malitia, arrogantia, veneficium, magia, avaritia, nullus Dei timor. <sup>10</sup> In qua sunt bonorum persecutores, osores veritatis, amatores <sup>11</sup> mendacii, non cognoscentes mercedem iustitiae, non adjuncti ad bonum, viduae et pupillo non attendentes ex justo iudicio, vigilantes non ad timorem Dei, sed ad malitiam, a quibus longe ac procul sunt mansuetudo et patientia, qui diligunt vana, consecretantur remunerationem, non miserentur inopis, non laborant in gratiam illius, qui labore ac aerumnis confectus est, ad obtrectionem prompti, non cognoscentes creatorem suum, liberorum interemptores, in abortione corruptentes Dei creaturam, aversantes egenum, opprimentes afflictum, divitum advocati, pauperum iniqui iudices; per omnia peccatores.

### XXI. *Conclusio admonitoria.*

Aequum igitur est, ut homo edoctus mandata Domini, quotquot prius scripta sunt, in eis ambulet. Qui enim ea perficit, in regno Dei gloria cumulabitur; qui vero <sup>12</sup> alia elegerit, simul

7) Const. Apost. VII, 14.

8) Ibid. VII, 17.

9) Const. Apost. VII, 18.

10) Subaudi ex antecedentibus ἐν τῇ εἰσ.

11) Ὑπόδοξ addo ex Const. Apost. l. c.

12) Ἐκείνα = quae divinae voluntati sunt contraria, de quibus c. XX fuerat sermo.



τῶν ἔργων αὐτοῦ συναπολεῖται. Διὰ τοῦτο ἀνάστασις, διὰ τοῦτο ἀναπαύσις. Ἐρωτῶ τοὺς ὑπερέχοντας, εἴ τινα μου γνώμης ἀγαθῆς λαμβάνετε συμβουλίαν· ἔχετε, εἰς οὓς εὐεργάσασθε, μεθ' ἑαυτῶν· μὴ ἐγκαταλίπητε. Ἐγγὺς γὰρ ἡμέρα, ἐν ἣ συναπολεῖται πάντα τῇ πονηρίᾳ. Ἐγγὺς ὁ κύριος καὶ ὁ μισθὸς αὐτοῦ. Ἔτι καὶ ἔτι ἐρωτῶ ὑμᾶς· ἑαυτῶν γίνεσθε νομοθέται ἀγαθοὶ, ἑαυτῶν μένετε σύμβουλοι πιστοὶ, ἄρατε ἐξ ὑμῶν πᾶσαν ὑπόκρισιν. Ὁ δὲ Θεὸς, ὁ παντὸς τοῦ κόσμου κυριεύων, δώη ὑμῖν σοφίαν, ἐπιστήμην, σύνεσιν, γνώσιν τῶν δικαιωμάτων αὐτοῦ, ἐν ὑπομονῇ. Γίνεσθε δὲ Θεοδιδάκτοι, ἐκζητοῦντες, τί ζητεῖ κύριος ἀφ' ὑμῶν, καὶ ποιεῖτε, ἵνα σωθῆτε ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως. Εἴ δέ τις ἐστὶν ἀγαθοῦ μεία, μαημονεύετε μου, μελετῶντες ταῦτα, ἵνα καὶ ἡ ἐπιθυμία καὶ ἡ ἀγροπνία εἰς τι ἀγαθὸν χωρήσῃ. Ἐρωτῶ ὑμᾶς, χάριν αἰτούμενος. Ὡς ἔτι τὸ καλὸν ἰσχυρὸς ἐστὶ μεθ' ὑμῶν, μὴ ἐκλείπητε μηδενὶ αὐτῶν, ἀλλὰ συνεχῶς ἐκζητεῖτε ταῦτα, καὶ ἀναπληροῦτε πᾶσαν ἐντολήν· ἐστὶ γὰρ ταῦτα ἄξια. Διὸ μᾶλλον ἐσπούδασα γράψαι, ἀφ' ὧν ἴδνηθῆν, εἰς τὸ εὐφραίνει ὑμᾶς. Σώζεσθε, ἀγάπης τέκνα καὶ εἰρήνης. Ὁ κύριος τῆς δόξης καὶ πάσης χάριτος μετὰ τοῦ πνεύματος ὑμῶν. Ἀμήν.

1) Haec recitat Clem. Alex. Strom. II. c. 18. p. 472 ed. Venet.

2) I. e. corpus, ut saepius.

cum suis operibus peribit. Propterea resurrectio, propterea retributio. Rogo vos, proceres, si bonae voluntatis meae consilium accipere velitis: habetis vobiscum, quibus bene fecistis; ne eos derelinquatis. Prope enim est dies, in qua omnia cum malo peribunt. Prope est Dominus et merces ejus. Etiam atque etiam rogo vos: estote vobis boni legislatores, vobis manete consilarii fideles, tollite ex vobis omnem hypocrisim. <sup>1</sup> Deus autem, qui universo mundo dominatur, det vobis sapientiam, scientiam, intelligentiam, cognitionem mandatorum suorum, cum perseverantia. Efficiamini autem docti a Deo, exquirentes, quid a vobis requirat Dominus; et efficite, ut salvi sitis in die judicii. Si qua vero est in vobis boni recordatio, momentote mei, haec verba mea meditantes, ut et desiderium et vigilantia mea in aliquod bonum evadat. Rogo vos, gratiam postulans. Cum adhuc in hoc pulchro <sup>2</sup> vase estis, in nullo horum mandatorum deficite, sed indesinenter haec exquirite, et adimplete omne mandatum; haec namque digna sunt. Quare potissimum id operam dedi, quantum in me fuit, ut scriberem vobis, quo exhilararem vos. Salvete, filii dilectionis et pacis. Dominus gloriae et omnis gratiae sit cum spiritu vestro! Amen.

# ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ

## ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗ Α. <sup>1</sup>

### I. *Salutatio. Laus Corinthiorum ante ortum schisma.*

<sup>2</sup> [Ἡ ἐκκλη]σία τοῦ Θεοῦ, ἣ <sup>3</sup> παροικοῦσα [Ρώμην], τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ, τῇ πα[ροικου]σῃ Κόρινθον, κλητοῖς, ἡγι[ασ-  
μέν]οις ἐν θελήματι Θεοῦ, διὰ τοῦ [κυρίου ἡμ]ῶν Ἰησοῦ Χρι-  
στοῦ. [Χάρις ὑ]μῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ παντο[κράτο]ρος Θεοῦ  
διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ πληθυνθεῖη. <sup>4</sup> [Διὰ τὰς] ἀφηνιδίους καὶ  
ἐπαλλήλους [γενομ]ένας ἡμῖν συμφορὰς καὶ [περ]ιπτώσεις, ἀδελ-  
φοί, βράδιον <sup>5</sup> [νομ]ίζομεν ἐπιστροφὴν πεποι[κέν]αι περὶ τῶν  
ἐπιζητούμενων [πα]ρ' ὑμῖν πραγμάτων, ἀγαπητοί, τῆς τε ἁλλο-  
τρίας καὶ <sup>6</sup> ξένης τοῖς ἐκλεκτοῖς τοῦ Θεοῦ, μιαιφάνων καὶ ἀνοσί-  
στάσεως, ἣν ὀλίγα πρόσωπα προπετῆ καὶ ἀνθάδη ὑπάρχοντα  
εἰς τοσοῦτον ἀπνοίας ἐξέκασαν, ὥστε τὸ <sup>7</sup> σεμνὸν καὶ περι-  
βόητον καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἀξιωματικὸν ὄνομα ὑμῶν μεγάλως  
βλασφημηθῆναι. <sup>8</sup> Τίς γὰρ, παρεπιδημήσας πρὸς ὑμᾶς, τὴν  
πανάρετον καὶ βεβαίαν ὑμῶν πίστιν οὐκ ἐδοκίμασεν; τὴν τε  
σώφρονα καὶ ἐπιεικῆ ἐν Χριστῷ εὐσέβειαν οὐκ ἐθάύμασεν; καὶ  
τὸ μεγαλοπρεπὲς τῆς φιλοξενίας ὑμῶν ἦθος οὐκ ἐκίρυσεν; καὶ  
τὴν τελείαν καὶ ἀσφαλῆ γνώσιν οὐκ ἐμακάριωσεν; Ἀπροσωπο-

1) Hujus ἐπιγραφῆς praeter ΚΟΡΙΝ-  
ΘΙΟΥΣ Α. ne verbum quidem ex-  
hibet Codex Alexandrinus. JACOBSON.  
Versionem latinam a Cotelerio mu-  
tuavimus eamque emendavimus.

2) Voces et litteras, quae in Co-  
dice desunt, uncis [ ] inclusimus.

3) Παροικεῖν = peregrinari, ut  
in Ep. ad Diognetum c. 5: πατρίδας  
ἔχουσιν ἰδίαι, ἀλλ' ὡς παροικοί.

4) Clementem nostrum de persecu-  
tione Neronis, non Domitiani, verba  
facere, in Prolegomenis ad Epistolam  
nostram nr. VIII. demonstravimus.

# CLEMENTIS

## EPISTOLA AD CORINTHIOS I.<sup>1</sup>

### I. *Salutatio. Laus Corinthiorum ante ortum schisma.*

<sup>2</sup> Ecclesia Dei, quae Romae <sup>3</sup> peregrinatur, Ecclesiae Dei, quae Corinthi peregrinatur, vocatis, sanctificatis voluntate divina, per Dominum nostrum Jesum Christum. Gratia vobis et pax ab omnipotente Deo per Jesum Christum multiplicetur. <sup>4</sup> Propter subitas ac sibi invicem succedentes calamitates et casus adversos, qui nobis acciderunt, tardius, fratres, nosmet ipsos convertisse <sup>5</sup> existimamus ad ea, quae fuerant quaesita a vobis, dilecti, et ad seditionem impiam ac detestandam, Dei electis <sup>6</sup> peregrinam et alienam, quam pauci homines temerarii et audaces in tantum insolentiae accenderunt, ut <sup>7</sup> honorificum et illustre nomen vestrum, et ab omnibus amari dignum, vehementer blasphemaretur. <sup>8</sup> Quis enim, apud vos diversatus, omni virtute plenam firmamque ac stabilem fidem vestram non probavit? sobriamque et moderatam in Christo pietatem non est admiratus? et splendorum ac liberales hospitalitatis vestrae mores non praedicavit? et perfectam certamque cognitionem vestram non beatam existimavit? Omnia enim sine personarum intuitu a

5) Ita legunt Wottonus et Jacobsonus; *δυσκόλομεν* Junius; *γνωρίζομεν* Wetstenius et Schoenemannus.

6) *Μα. ξένους* = *advenis in terra*, quod placet Millio.

7) Sic quoque infra c. 47: *τὸ σέμνον τῆς περιβοήτου φιλαδελφίας ὑμῶν ἐμέλωσαν.*

8) *Τίς γὰρ — ἐπορεύεσθε.* Hic locus legitur apud *Clementem Alex. Strom.* IV. c. 17. p. 610 ed. Pott.

λήπτως γὰρ πάντα ἐποιεῖτε, καὶ τοῖς <sup>1</sup> νομίμοις τοῦ Θεοῦ ἐπορεύεσθε, ὑποτασσόμενοι τοῖς <sup>2</sup> ἡγοιμένοις ὑμῶν, καὶ τιμὴν τῆν καθήκουσαν ἀπονέμοντες τοῖς παρ' ὑμῶν πρεσβυτέροις. Νέοις τε μέτρια καὶ σεμνὰ νοεῖν ἐπετρέπετε· γυναιξίν τε ἐν ἀμώμῳ καὶ σεμνῇ καὶ ἀγνῇ σινειδῆσει πάντα ἐπιτελεῖν παρηγγέλλετε, <sup>3</sup> στεργούσας καθήκοντως τοὺς ἄνδρας ἑαυτῶν· ἐν τε τῷ <sup>4</sup> κανόνι τῆς ὑποταγῆς ὑπαρχούσας, τὰ κατὰ τὸν οἶκον σεμνῶς οἰκορρογεῖν ἐδιδάσκετε, πᾶν σωφρονούσας.

## II. Continuatio laudis prioris Corinthiorum.

Πάντες τε ἐταπεινοφρονεῖτε, μηδὲν ἀλαζονεύομενοι, <sup>5</sup> ὑποτασσόμενοι μᾶλλον ἢ ὑποτάσσοντες, <sup>6</sup> ἴδιον διδόντες ἢ λαμβάνοντες. Τοῖς <sup>7</sup> ἐφοδίοις τοῦ Θεοῦ ἀρκούμενοι, καὶ προσέχοντες <sup>8</sup> τοὺς λόγους αὐτοῦ ἐπιμελῶς, <sup>9</sup> ἐστερνωμένοι ἵτε τοῖς σπλάγχθοις, καὶ τὰ παθήματα αὐτοῦ ἢν πρὸ <sup>10</sup> ὀφθαλμῶν ὑμῶν. Οὕτως εἰρήρῃ βαθεῖα καὶ λιπαρὰ ἐδέδοτο πᾶσιν, καὶ ἀκόρεστος πόθος εἰς ἀγαθοποιῶν, καὶ πλήρης πνεύματος ἁγίου ἔκχυσις ἐπὶ πάσας ἐγένετο· μεστοὶ τε ὁσίας βουλῆς, ἐν ἀγαθῇ προθυμίᾳ μετ' εὐσεβοῦς πεποιθήσεως ἐξετείνετε τὰς χεῖρας ὑμῶν πρὸς τὸν παντοκράτορα Θεόν, ἱκετεύοντες αὐτὸν <sup>11</sup> ἰλέως γενέσθαι, εἴ τι ἄκοντες ἡμάρτετε. Ἀγὼν ἦν ὑμῶν ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς ἐπὶ πάσης τῆς <sup>12</sup> ἀδελφότητος, εἰς τὸ σώζεσθαι μετ' ἐλέους καὶ <sup>13</sup> σκευδῆσεως τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐκλεκτῶν αὐτοῦ. Εἰλικρινεῖς καὶ ἀκέραιοι ἦτε, καὶ <sup>14</sup> ἀμνησικακοὶ εἰς ἀλλήλους. Πᾶσα στάσις

1) Ita legendum, testibus c. 3 et 40 et Clem. Alex. l. c. Ms. νόμοις, male; nusquam enim νόμος effertur pluraliter pro legibus vel praeceptis Dei, sed tantum singulariter. WOTT.

2) Quum ecclesiasticae discordiae Corinthi fuissent ortae, hic et infra ad vocem πρεσβυτέροις de magistratibus ecclesiasticis cogitandum est. Alia monet Rothe, Anf. d. chr. Kirche p. 403.

3) Similia reperies apud S. Polycarpum, Ep. ad Phil. c. 4.

4) Cfr. infra c. 7: τῆς κλήσεως κανόνα, et c. 41: τῆς λειτουργίας κανόνα. Cfr. Gal. 6, 16.

5) I Petr. 5, 5. Ephes. 5, 21.

6) Act. 20, 35.

7) I. e. commectus et apparatus, quibus opus est in militia nostra christiana. WOTT.

8) Apud LXX saepe conjungitur verbum προσίχειν cum accus. CLEM.

9) Στερνίζομαι = ἐνστερνίζομαι, complector HESYCH., = in pectus ad-

vobis facta sunt, et in Dei <sup>1</sup> legibus ambulastis, <sup>2</sup> praepositis vestris subditi, et presbyteros, qui sunt inter vos, debito honore prosequentes. Juvenibus, ut moderata et honesta sectarentur, mandastis; mulieribus in inculpabili, honesta et casta conscientia omnia peragere jussistis, <sup>3</sup> diligentes maritos suos, prout officium postulat; et in obedientiae <sup>4</sup> canone se continentes, res domesticas cum gravitate administrare docuistis, omnino honeste se gerentes.

## II. *Continuatio laudis prioris Corinthiorum.*

Omnes humili animo eratis, in nulla re inani gloriationi dediti, aliis <sup>5</sup> subjecti potius, quam alios vobis subjicientes, <sup>6</sup> lubentius dantes, quam accipientes. Dei <sup>7</sup> viatico contenti, et ad verba ejus diligenter <sup>8</sup> attendentes, intime <sup>9</sup> recondita in visceribus servabatis verba ejus, ejusque passiones vobis prae <sup>10</sup> oculis erant. Sic alta et abundans pax, cum inexplebili beneficiendi desiderio, omnibus data fuit; plena etiam super omnes spiritus sancti effusio facta est; sanctaque voluntate pleni, sincera animi alacritate, cum pia confidentia, manus vestras ad Deum omnipotentem extendistis, supplicantes ei, ut esset erga vos animo <sup>11</sup> propitio, si quid inviti peccassetis. Diu noctaque solliciti eratis pro universa <sup>12</sup> fraternitate, ut numerus electorum Dei misericordia et <sup>13</sup> bona conscientia salvaretur. Sinceri et simplices eratis, atque injuriarum invicem <sup>14</sup> immemores. Se-

mitto, ut frequentius apud scriptores christianos.

10) Cfr. Gal. 3, 1. Passiones *Christi* per communicationem idiomatum τὰ παθήματα τοῦ Θεοῦ vocantur, cfr. Möhler, Athanas. T. I. p. 6. et Gottfr. Lumper, historia theologico critica, T. I. p. 65.

11) Ἰλέως. Junius, Fellus et alii malunt ἰλεων. Nihil autem mutō; ἰλέως enim, ut post Wottonum vidit Gallandius, adverbialiter usurpatum, *propititē*, vel *animo propitio*, satis con-

sonum est τῷ γενέσθαι. JACOBSON.

12) Cfr. I Petr. 2, 17: τὴν ἀδελφότητα.

13) Fortasse legendum est συναίσθησεως = *commiseratione*, *Mitgefūhl*; seu: συναιτήσεως, *communi oratione*. RHODE. Συνδέσεως, *concordia*. JUNIUS. Συνευδοκίσεως, *harmonia animi*. DAVIS.

Lectio Msti placet Gallandio vertenti: *unanimes consensu*, ut infra c. 34.

14) Ms. ἀναμνηστικοί, male. Παναμνηστικοί, *omnis inter vos offensae immemores*. BIRR. GALLAND.

καὶ πᾶν σῆμα βδελυκτὸν ὑμῖν· ἐπὶ τοῖς παραπτώμασι <sup>1</sup> τῶν πλησίον ἐπενθεῖτε· τὰ ὑστερήματα αὐτῶν ἴδια ἐκρίνετε. Ἀμεταμέλῃτοι ἦτε ἐπὶ πάσῃ ἀγαθοποιίᾳ, <sup>2</sup> „ἔτοιμοι εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθόν.“ Τῇ παναρέτῃ καὶ σεβασμίῳ πολιτείᾳ κεκοσμημένοι, πάντα ἐν τῷ φόβῳ αὐτοῦ ἐπετελεῖτε· τὰ προστάγματα καὶ τὰ δικαιώματα τοῦ κυρίου <sup>3</sup> ἐπὶ τὰ πλάτη τῆς καρδίας ὑμῶν ἐγγράπτω.

III. *Tristis Corinthiacae ecclesiae status post seditionem ex invidia et aemulatione obortam.*

Πᾶσα δόξα καὶ <sup>4</sup> πλατυσμός ἐδόθη ὑμῖν, καὶ ἐπετελέσθη τὸ γεγραμμένον· <sup>5</sup> „ἔφαγεν καὶ ἔπιεν, καὶ ἐπλάτυνθη καὶ ἐπαχύνθη, καὶ <sup>6</sup> ἀπελάκτισεν ὁ ἠγαπημένος.“ Ἐκ τούτου ζῆλος καὶ φθόνος καὶ ἔρις καὶ στάσις, διωγμός καὶ ἀκαταστασία, πόλεμος καὶ ἀχμαλωσία. Οὕτως ἐπηγέρθησαν <sup>7</sup> οἱ ἄτιμοι ἐπὶ τοὺς ἐντιμούς, οἱ ἄδοξοι ἐπὶ τοὺς ἐνδόξους, οἱ ἄφρονες ἐπὶ τοὺς φρονίμους, οἱ νέοι ἐπὶ τοὺς πρεσβυτέρους. Διὰ τοῦτο πόδη ἀπεστιν ἡ δικαιοσύνη καὶ εἰρήνη, ἐν τῷ ἀπολείπειν ἕκαστον τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐν τῇ πίστει αὐτοῦ ἀμβλυωπῆσαι, μηδὲ ἐν τοῖς νομίμοις τῶν προσταγμάτων αὐτοῦ πορεύεσθαι, μηδὲ πολιτεύεσθαι κατὰ τὸ καθῆκον τῷ <sup>8</sup> Χριστῷ, ἀλλὰ ἕκαστον βαδίζειν κατὰ τὰς ἐπιθυμίας αὐτοῦ τὰς πονηράς, ζῆλον ἄδικον καὶ ἀσεβῆ <sup>9</sup> ἀνειληφτότας, <sup>10</sup> δι' οὗ καὶ θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον.

IV. *Multa mala ex hoc fonte jam antiquis temporibus profuxerunt.*

Γέγραπται γὰρ οὕτως· <sup>11</sup> „καὶ ἐγένετο μεθ' ἡμέρας, ἦνεκεν Κάιν ἀπὸ τῶν καρπῶν τῆς γῆς θυσίαν τῷ Θεῷ, καὶ Ἄβελ ἠνεγκεν καὶ αὐτὸς ἀπὸ τῶν πρωτοτόκων τῶν προβάτων, καὶ ἀπὸ τῶν στείλων αὐτῶν. Καὶ <sup>12</sup> ἐπείδεν ὁ Θεὸς ἐπὶ Ἄβελ καὶ ἐπὶ τοῖς δώροις αὐτοῦ· ἐπὶ δὲ Κάιν καὶ ἐπὶ ταῖς θυσίαις αὐτοῦ οὐ προσέσχεν. Καὶ ἐλυπήθη Κάιν λίαν, καὶ συνέπεσεν τῷ προ-

1) Ita Rhode. Ms. τοῖς. Boisius conjicit τοῖς τῶν.

2) Tit. 3, 1.

3) Prov. 7, 3.

4) Πλατυσμός apud Patres frequen-

tius denotat laetos animi affectus. Dilatatio apud Latinos Patres eandem significationem obtinet. Wott.

5) Deut. 32, 15.

6) Ms. ἀπεγαλάκτισεν, male.

ditio omnis et scissura vobis abominationi erat; <sup>1</sup> proximorum delicta lugebatis; illorum defectus vestros censebatis. Benefacti nullius poenitebat vos; <sup>2</sup> *ad omne bonum opus parati*. Ornati virtutum plena et veneranda vitae ratione, omnia in timore ejus peragebatis; mandata et praecepta Domini in <sup>3</sup> latitudine cordis vestri scripta erant.

III. *Tristis Corinthiacae ecclesiae status post seditionem ex invidia et aemulatione abortam.*

Omnis honor et <sup>4</sup> dilatatio vobis data est, et scriptum illud impletum est: <sup>5</sup> *edit, bibit, dilatatus et incrassatus est, et <sup>6</sup> recalcitravit dilectus*. Ab hoc fonte zelus et invidia et contentio et factiones, persecutio et seditio, bellum et captivitas manarunt. Sic <sup>7</sup> yiles contra honoratos, inglorii contra gloriosos, insipientes contra sapientes, juvenes contra seniores insurrexerunt. Hanc ob causam procul absunt justitia et pax, cum unusquisque Dei timorem deserat, et in fide ejus caecutiat, neque in institutis praeceptorum ejus ambulet, aut vitam <sup>8</sup> Christo dignam degat, sed secundum pravas ipsius concupiscentias incedat, iniquam et impiam invidiam <sup>9</sup> resumendo, <sup>10</sup> per quam mors in mundum intravit.

IV. *Multa mala ex hoc fonte jam antiquis temporibus profuxerunt.*

Sic enim scriptum est: <sup>11</sup> *et factum est post dies, obtulit Cain ex fructibus terrae sacrificium Domino; Abel autem obtulit et ipse de primogenitis ovium suarum, et de adipibus earum. Et <sup>12</sup> respexit Deus super Abel et super munera ejus; super Cain autem et super sacrificia ejus non advertit. Et contristatus est Cain valde, et concidit vultu suo. Et dixit*

7) Issi. 3, 5.

8) Junius mavult *χριστιανῶ*; Davis.: *τῶ ἐν χριστῶ*. Sed metonymice loquitur B. Clemens. JACOBSON.

9) Plural. ob nomen *πληθυντικὸν*

„*ἕκαστος*.“

10) Sap. 2, 24.

11) Gen. 4, 3–8.

12) Ms. *ἐπιδεν*.



καὶ πᾶν σῆμα βδελυκτὸν ὑμῶν πρὸς Καὶν· ἵνα τί περιλλυπος  
 πλησίον ἐπενθεῖτε· τὰ ἑνὸς πρόσωπόν σου; <sup>1</sup> Οὐκ ἐὰν  
 μέλτοι ἦτε ἐπὶ πρὸς μηδὲ διέλης, ἡμαρτες; Ἐσὺ ἔχον  
 ἀγαθόν. Τῇ αὐτοῦ, <sup>3</sup> καὶ σὺ ἄρξεις αὐτοῦ. Καὶ  
 πάντα ἐν τῷ ἀδελφὸν αὐτοῦ· διέλθωμεν εἰς τὸ  
 καιώματα ἐν τῷ εἶναι αὐτοὺς ἐν τῷ πεδίῳ, ἀνέστη  
 τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ ἀπέκτεινεν αὐτόν. <sup>4</sup>

## III.

Ζῆλος καὶ φθόνος ἀδελφοκτονίαν <sup>4</sup> κατειργάσατο.  
 Ἰακώβ πατὴρ ἡμῶν Ἰακώβ ἀπέδρα ἀπὸ προσώπου Ἡσαΐ  
 ἀδελφοῦ αὐτοῦ. <sup>6</sup> Ζῆλος ἐποίησεν Ἰωσήφ μέχρι θανάτου  
 αὐτοῦ, καὶ μέχρι δουλείας εἰσελθεῖν. <sup>7</sup> Ζῆλος φρυγεῖν ἠγά-  
 γασεν ἀπὸ προσώπου Φαραὼ βασιλέως Αἰγύπτου, ἐν  
 τῷ ἀκούσαι αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ὁμοφύλου· „τίς σε κατέστησεν κρι-  
 τὴν ἢ δικαστὴν ἐφ' ἡμῶν; μὴ ἀνελεῖν με σὺ θέλεις, ὃν τρόπον  
 ἀνέλες ἐχθρὸς τὸν Αἰγύπτιον;“ <sup>8</sup> Διὰ ζῆλον Ἀαρὼν καὶ Μαρίας  
 ἐξῆν τῆς παρεμβολῆς ἠλλοθῆσαν. <sup>9</sup> Ζῆλος Δαδὰν καὶ Αβειρῶν  
 ζώντας κατήγαγεν εἰς ᾄδου, διὰ τὸ στασιάζει αὐτοὺς πρὸς τὸν  
 θεράποντα τοῦ Θεοῦ Μωϋσῆν. <sup>10</sup> Διὰ ζῆλον Δαβὶδ φθόνον  
 ἔσχεν οὐ μόνον ὑπὸ τῶν ἄλλοφύλων, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ Σαουλ βασι-  
 λέως Ἰσραὴλ ἐδιώχθη.

V. Non minora novissimis temporibus inde orta sunt mala.  
 Petri et Pauli martyrium.

Ἄλλ' ἵνα τῶν ἀρχαίων ὑποδειγμάτων παυσώμεθα, ἔλθω-  
 μεν ἐπὶ τοὺς ἐγγίστατο γεγονένους ἀθλητάς. Λάβωμεν τῆς γενεᾶς  
 ἡμῶν τὰ γενναῖα ὑποδειγματα. Διὰ ζῆλον καὶ φθόνον [<sup>11</sup> οἱ  
 μέγιστοι καὶ δικαιοτάτοι <sup>12</sup> στόλ[οι ἐδώ]χθησαν, καὶ ἕως θα-

1) Sensus, ut jam Irenaeus IV, 34. docet, is est: secundum quod videtur, recte et legitime obtulisti munera tua; quoad autem animam tuam, non recte — pectore diviso, absque simplicitate cordis. Nolte (in Scheiner etc. Zeitschrift für kath. Theol. T. VI. P. I. p. 119 conjicit legendum esse: ὁρθῶς δὲ μὴ διαθῆ; scil. τὸ προς-

φέρόμενον, i. e. = si sacrificium non recte divisisti, optimam partem tibi retinivisti.

2) I. e. a me non recipitur donum tuum. Nolte l. c. legit: πρὸς σοῦ ἢ ἀποστραφῆ αὐτοῦ = von dir geht aus die Abneigung gegen ihn (Abel) = a te ortum est odium illius.

3) Nolte l. c. conjicit: καὶ σὺ ἀρξῆ;

*Deus ad Cain: quare tristis factus es, et quare concidit vul-  
 tus tuus? <sup>1</sup> Nonne, si recte offeras, non autem recte divides,  
 peccasti? Quiesce, <sup>2</sup> ad te revertitur donum tuum, <sup>3</sup> et tuae  
 merum erit potestatis. Et dixit Cain ad Abel fratrem suum:  
 transeamus in campum. Et factum est, dum essent in campo,  
 surrexit Cain super Abel fratrem suum, et occidit eum. Vi-  
 detis, fratres, propter zelum et invidiam fratricidium <sup>4</sup> commis-  
 sum. <sup>5</sup> Propter zelum pater noster Jacob a facie fratris sui  
 Esau aufugit. <sup>6</sup> Zelus effecit, ut Joseph ad mortem usque exa-  
 gitaretur, et usque ad servitutem accederet. <sup>7</sup> Zelus Mosem  
 a facie Pharaonis regis Aegypti fugere compulit, cum popula-  
 rem suum dicentem audiret: quis te constituit arbitrum aut  
 iudicem super nos? Numquid tu vis me occidere, quemad-  
 modum occidisti heri Aegyptium? <sup>8</sup> Propter zelum Aron et  
 Mariam extra castra stabulati sunt. <sup>9</sup> Zelus Dathan et Abiron  
 vivos ad inferos detruxit, quod cum Mose Dei famulo seditiose  
 contenderent. <sup>10</sup> Propter zelum David non tantum alienigena-  
 rum invidiam sustinuit, sed regem etiam Saul persecutorem  
 expertus est.*

*V. Non minora novissimis temporibus inde orta sunt mala.  
 Petri et Pauli martyrium.*

Sed ut vetera exempla relinquamus, ad proximos athletas  
 veniamus. Seculi nostri generosa exempla proponamus. Propter  
 zelum et invidiam, qui <sup>11</sup> maximae et justissimae ecclesiae <sup>12</sup> co-

αὐτοῦ = du sollst dich an ihm  
 nicht vergreifen = *desistas eum  
 persequi.*

4) Ita Ms., teste Jacobsono, non  
*κατεργάσαντο*, quod post Wottonum  
 dedit Gallandius.

5) Gen. 27, 41 sqq. Ms. in casibus  
 obliquis plerumque exhibet ζῆλος neu-  
 traliter. WOTT.

6) Gen. 37.

7) Exod. 2, 14.

8) Num. 12, 14. 15.

9) Num. 16, 33.

10) I Reg. 18, 8 sqq. *Φθόνον ἔχειν*  
 = *invideri*, phrasis bene graeca.  
 CLERIC.

11) Ita Jacobsonus. Junius supplevit  
*[ἐκκλησίας πιστοῖς]*, cujus conjecturam  
 secuti sunt editores omnes.

12) Cfr. Galat. 2, 9.

νάτο[ν ἡλθον]. Λάβωμεν πρὸ ὀφθαλμῶν [ἡμῶν] τοὺς ἄγα-  
θούς ἀποστόλους[ς. ὁ Πέτρο]ς διὰ ζῆλον ἄδικον οὐχ [ἐπα-  
ου]δὲ δύο, ἀλλὰ πλείονας ὑπ[ήνεγκεν] πόνους, καὶ οὕτω μαρ-  
τυρήσας ἐπορεύθη εἰς τὸν ὀφειλ[όμενον] τόπον τῆς δόξης.  
Διὰ ζῆλον [καὶ ὁ] Παῦλος ὑπομονῆς ἑβραβεῖον ὑ[πέσχε]ται,  
ἑπτάκις δεσμὰ φορέσας, ἑφ[ε]ρα δευθεῖς, ἑλθασθεῖς. Κῆρξ  
γενόμενος ἐν τε τῇ ἀνατολῇ καὶ ἐν [τῇ] δύσει, τὸ γενναῖον τῆς  
πίστεως αὐτοῦ κλέος ἔλαβεν, δικαιοσύνην διδάξας ὅλον τὸν κόσμον,  
καὶ ἐπὶ τὸ ἑτέρον τῆς δόσεως ἔλθων, καὶ μαρτυρήσας ἐπὶ τῷ  
ἡγουμένῳ. Οὕτως ἀπηλλάγη τοῦ κόσμου, καὶ εἰς τὸν ἄνω  
τόπον ἐπορεύθη, ὑπομονῆς γενόμενος μέγιστος ὑπογραμμός.

1) Ita Jacobsonus, monente Wot-  
tono. Reliqui δεινοῦ.

2) Ἀγαστοῦς, *admirabiles*, DAVIS.  
NOLTE; θεῖος WETSTEN. Alii ἄγλους,  
πρώτους, κορυφαίους, male. Cur S. Cle-  
mens non addidit *locum* passionis  
apostolorum? Totus orbis christianus  
et praecipue Corinthii, quorum urbs  
celebri cum Italia commercio con-  
iuncta erat, et qui certe de Pauli,  
ecclesiae Corinthiacae satoris, vita  
et fine nuntios acceperant, apostolos  
Romae passos esse optime norant.  
*Windischmann*, vindiciae Petrinae,  
p. 58.

3) Πέτρος non in codice ipso le-  
gitur, et est supplementum Junii, quod  
optime defendit *Windischmann* l. c.  
p. 59.

4) Haec a Clemente mutuatur Polyc.  
Ep. c. 9.

5) Male vertit Gallandius: *patien-  
tiae certamen sustinuit*. *Βραβεῖον*  
est praemium, quod victori datur  
pugili.

6) Hac de re silet s. Scriptura.  
De sensu hujus loci cfr. *Windisch-  
mann*, l. c. p. 61, qui ad ἑπτάκις  
supplet ἑπαθεν et sequentia: δεσμὰ

φορέσας, φυγαδευθεῖς etc. non nisi *em-  
merationem* τοῦ ἑπαθεν putat.

7) Act. 13, 50. 14, 6. II Cor. 11,  
22 sqq.

8) Act. 14, 5. 19.

9) Scriptores veteres ut in *Oriente*  
de ultimis Indis et Arabibus loquuntur,  
sic in Occidente de ultimis *Iberis* et  
Britannis seu de ultima Thule. *Τέρον*  
δόσεως vero, ut docte demonstravit  
Pearsonus (de success. rom. Pont.  
p. 62), proprie est *Hispania*. Quod  
si comparamus cum consilio Apostoli  
in Hispaniam proficiscendi (Rom. 15,  
24 et 28), extra omne dubium pon-  
nitur, eum revera in Hispania fuisse;  
quod narrat etiam antiquissimus  
scriptor fragmenti Muratoriani, multi-  
que seriores. *Windischmann*. l. c.  
p. 62. Simili modo locum nostrum  
τὸ τέρον τῆς δόσεως de Hispania ex-  
ponunt *Neander* (*Kirchengesch.* T. I.  
p. 79. edit. I. p. 145. edit. II. et *Ge-  
schichte der Pflanzung* etc. T. I. p. 265.  
edit. I.), *Guerike* (*Beiträge* p. 122),  
*Hug* (*Einleitg.* ins N. T. II. p. 323)  
et *Olshausen* (in *Ullmann* etc. *Studien*  
u. *Kritiken*. 1838. IV. p. 953—957).  
*Hispaniae* aut *alii terrae remotiori*

lumnae erant, persecutionem passi sunt, et <sup>1</sup> venerunt usque ad mortem. Ponamus nobis ante oculos <sup>2</sup> bonos Apostolos. Propter zelum iniquum <sup>3</sup> Petrus non unum aut alterum, sed plures labores sustulit, atque ita martyrium passus in <sup>4</sup> debitum gloriae locum discessit. Propter zelum et Paulus patientiae <sup>5</sup> praemium reportandum sustinuit, <sup>6</sup> septies in vincula conjectus, <sup>7</sup> fugatus, <sup>8</sup> lapidatus. In oriente ac occidente verbi praeco factus, illustrem fidei suae famam sortitus est in justitia mundum univ-  
ersum instruens, et ad <sup>9</sup> occidentis terminos veniens, et sub <sup>10</sup> praefectis martyrium subiens. Sic e mundo migravit, et in locum sanctum abiit, patientiae summum exemplar existens.

favent *Schott* (Erörterung. chronolog. Punkte etc. 1832. p. 123) et *Wocher* (Tübing. theol. Quartalschrift 1830. IV. p. 626 sqq.). Pro *Britannia* contendunt *Usserius* (Brit. eccl. antiq. c. 1) et *Stillingsfleet* (Origines Brit. c. 1). *Italiam*, in specie *Romam*, his verbis notatam putant omnes, qui duplicem Pauli captivitatem Romae negant, e. g. *Baur* (Tübing. Zeitschr. 1831. IV. p. 150. Pastoralbriefe d. A. Paulus, 1835. p. 63 sqq.) et *Schenkel* (Stud. u. Krit. 1841. I. p. 75), quibus τὸ τέγμα τῆς δύσεως = τὸ τέγμα αὐτοῦ, ὃ ἐν τῇ δύσει. His accedunt *Matthies* (Erklg. d. Pastoralbriefe 1840. p. 186), cui τέγμα τ. δ. = meta, centrum Occidentis, ergo *Roma*, et *Schrader* (d. Apost. Paulus. I. p. 234), cui τέγμα τ. δ. est finis Occidentis versus Orientem, ergo Italia. — *Wieseler* (Chronologie des apostol. Zeitalters, Gottg. 1848. p. 526—533) et *Dr. Schaff* (Prof. Mercersburgi in Pennsylvania: Geschichte der apostol. Kirche, Lips. 1854. ed. II. p. 347 sq.) male vertunt: „Nachdem er (Paulus) . . . vor der höchsten Gewalt des

Abendlandes (pro ἐπι legunt ἐπὶ, et ὑπὸ τὸ τέγμα τ. δ. vertunt: coram summis magistratibus Orientis) erschienen war, und Zeugnisse (von Christo) abgelegt hatte vor der Obrigkeit.“

10) *Sub Tigellino et Nymphidio Sabino*, ultimis Neronis annis et praesertim Nerone in Graeciam profecto Romae dominantibus. *Hug* (Einl. II. p. 323) et *Windischmann*, l. c. p. 64. Alii h. l. de duobus libertis et amicis Neronis, *Helio Caesariano* et *Poly-cleto* explicant, qui Nerone in Graecia degente A. 67. omnia gubernarunt. *Schott* (l. c. p. 129), *Neander* (Gesch. d. Pflanz. I, 265) et *Schaff* l. c. (cfr. supra Not.) h. l. ita explicant: coram magistratibus et principibus terrae veritatem christianam professus est. — De Paulo loquens beatus Clemens tempus passionis ejus notat; non item de Petro. Fortassis ideo, quia de Paulo uberius loqui volebat, Petrum paucioribus verbis absolvens, temporis martyrii demum apud Paulum meminit. *Windischmann*. l. c. p. 65 et p. 60.

VI. *Continuatio. Plures alii martyres.*

Τούτοις τοῖς ἀνδράσιν ὁσίως πολιτευσαμένοις σινηθροισθῆ  
 πολὺ πλῆθος ἐκλεκτῶν, οἵτινες <sup>1</sup>πολλὰς αἰτίας καὶ βασάνους  
 διὰ ζῆλον παθόντες, ὑπόδειγμα κάλλιστον ἐγένοντο ἐν ἡμῖν. Διὰ  
 ζῆλος διωχθεῖσαι γυναῖκες, <sup>2</sup> Δαναίδες καὶ Δίρκαι, αἰκίσματα  
 δεινὰ καὶ ἀνόσια παθοῦσαι, ἐπὶ τὸν τῆς πίστεως βέβαιον ὄφ  
 ρον κατήντη[σαν], καὶ ἔλαβον γέρας γενναῖον αἱ ἀσθενεῖς τῆ  
 σώματι. Ζῆλος ἀπῆλλοτριώσεν γαμετὰς ἀνδρῶν, καὶ ἠλλοίωσε  
 τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀδάμ· <sup>3</sup> „τοῦτ[ο] νῦν ὁσὸς  
 ἐκ τῶν ὀστέων μου, καὶ σὰρξ ἐκ τῆς σαρκὸς μου.“ Ζῆλος καὶ  
 ἕρις πόλεις μεγάλας κατέστρεψεν, καὶ ἔθνη μεγάλα ἐξεβρόίζωσεν<sup>4</sup>.

VII. *Adhortatio ad poenitentiam.*

Ταῦτα, ἀγαπητοὶ, οὐ μόνον ὑμᾶς νοθετοῦντες ἐπισιτέλλο  
 μεν, ἀλλὰ καὶ ἑαυτοὺς <sup>5</sup> ὑπομμηθήσκον[τες]· ἐν γὰρ τῷ ἀπὸ  
 ἔσμεν σκάμματ[ι], καὶ ὁ αὐτὸς ἡμῖν ἀγὼν ἐπικρα[ταί]. <sup>6</sup> Διὰ  
 ἀπολείπωμεν τὰς κενὰς [καὶ] ματαίας φροντίδας, καὶ ἔλθω[μεν]  
 ἐπὶ τὸν εὐκλεῆ καὶ σεμιόν <sup>7</sup> τ[ῆς ἀγίας κλη]σεως ἡμῶν <sup>8</sup> κἀνοῦ  
 [Βλέπω]μεν, τί καλὸν, καὶ τί τερπνὸν [καὶ προ]σδεκτὸν ἐνώπιον  
 τοῦ ποι[ήσαν]τος ἡμᾶς. [Ἀτενίσ]ωμεν εἰς τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ,  
 [καὶ ἴδ]ωμεν, ὡς ἔστω τιμιον τῷ Θεῷ [<sup>9</sup> αἷμα] αὐτοῦ, ὃ τι διὰ  
 τὴν ἡμετέραν [σωτ]ηρίαν ἐκχυθὲν παντὶ τῷ κόσμῳ μετανοίας  
 χάριον ὑπήνεγκεν. [Ἀνέλθ]ωμεν εἰς τὰς γενεὰς πάσας, [καὶ

1) Ms. πολλὰς αἰτίας καὶ βασάνους. Act. 17, 34 et 9, 36 Δάμαρις καὶ

2) In verbis Δαναίδες καὶ Δίρκαι Δορκὰς restituendum esse conjectat  
 explicandis multi viri docti sudarunt. Ruinartus et Jacobsonus ex marginibus  
 Cotelerius et Colomesius legunt Δαναῆ τε καὶ Δίρκη, quas illustres foeminas fuisse putant, sub Nerone martyrio coronatas. Sed nullibi in martyrologiis habentur haec nomina.  
 Boisius conjicit εὐσεβεῖς καὶ πισταί.  
 Davisius: ἀγνά τι καὶ δικαία. Clericus (arte crit.): ἀνευ αἰδοῦς καὶ δίκης; sine reverentia et jure, h. e. irreverenter habito sexu inferiore, et contra jus et fas. Suschkaeus ex  
 in textum irrepisse verba illa conjiciunt; sed multis credo placebunt, quae monente viro quodam doctissimo proponam. Neminem letet, temporibus persecutionum multos martyres ad spectacula, ad cruentos ludos, ad bestias esse damnatos, e. g. S. Ignat. Antioch. Quid mirum, si in ludis scenicis complures foeminae christiane personam Dirces induere coactae et sic morti crudelissimae traditae sunt?

VI. *Continuatio. Plures alii martyres.*

Viris istis sancte vitam instituentibus magna electorum multitudo aggregata est, qui <sup>1</sup> supplicia multa et tormenta propter zelum passi, exemplar optimum inter nos extiterunt. Propter zelum mulieres persecutionem passae, <sup>2</sup> Danaidae et Dircae, postquam gravia et nefanda supplicia sustinuerunt, ad firmum fidei cursum pertigerunt, et debiles corpore nobile praemium acceperunt. Zelus uxorum animos a maritis abalienavit, et dictum patris nostri Adami mutavit: <sup>3</sup> *hoc jam os ex ossibus meis, et caro ex carne mea.* Zelus et contentio urbes magnas evertit, et gentes numerosas funditus delevit. <sup>4</sup>

VII. *Adhortatio ad poenitentiam.*

Haec, charissimi, non tantum, ut vos officii vestri admo-  
neamus, scribimus, sed etiam, ut nos ipsos <sup>5</sup> commonefaciamus; in eadem enim arena versamur, et certamen idem nobis impositum est. <sup>6</sup> Quare inanes et vanas curas relinquamus, et ad gloriosam et venerandam <sup>7</sup> sanctae vocationis nostrae <sup>8</sup> lineam [metam] veniamus. Quid pulchrum, quid jucundum et acceptum coram opifice nostro sit, videamus. Sanguinem Christi intentis oculis intueamur, et quam pretiosus Deo sit ejus <sup>9</sup> sanguis, consideremus, qui propter nostram salutem effusus toti mundo poenitentiae gratiam obtulit. Recurramus ad omnes mundi aetates,

Dircen autem ab Amphione et fratre ejus Zetho cornibus tauri rabidi alligatam fuisse fabulae tradunt. Aliae virgines seu mulieres christianorum fortasse antequam necabantur *Danaidarum* supplicia ad crudele plebis spectaculum subire, Tartarique poenas repraesentare debebant, et sic ante necem ipsam diutius et multifarie cruciabantur. Ejusmodi martyres nomine *Danaidarum* et *Dircae* tum a fidelibus tum a paganis insignitas esse, dubitare vix possumus.

3) Gen. 2, 23.

4) Si urbs Jerusalem, cujus fatale excidium praesertim rixis internis acceleratum fuerat, jam fuisset diruta, beatus Clemens novissimum et celeberrimum hoc exemplum vix silentio praeteriisset. Cfr. *Windschmann*. l. c. p. 54.

5) Ms. *ὑπομνήσκοντες*. Simplex forma *ὑπομνήσκω* etiam apud Orpheum (hymn. 77, 6. ed. Herm. p. 345) occurrit.

6) Haec recitat Polycarpus c. 7.

7) Millius l. τ[ελευ]σεως = *baptismi*.

8) Cfr. de Wetté ad II Cor. 10, 13.

9) Πατὴρ BLEEK.

καταμάθωμεν, ὅτι ἐν γενεᾷ [καὶ] γενεᾷ μετανοίας τόπον ἔδω[κ]εν ὁ δεσπότης τοῖς βουλομένοις ἐπιστραφεῖν ἐπ' αὐτόν. <sup>1</sup> Νῦν ἐκήρυξεν μετάνοιαν, καὶ οἱ ὑπακούσαντες ἐσώθησαν. <sup>2</sup> Ἰωάνης Νινευίταις καταστροφὴν ἐκήρυξεν· οἱ δὲ μετανοήσαντες ἐπὶ τῷ ἁμαρτήμασιν αὐτῶν ἐξιλιάσαντο τὸν Θεὸν ἱκετεύσαντες, καὶ ἔλαβον σωτηρίαν, καίπερ ἄλλότριον τοῦ Θεοῦ ὄντες.

### VIII. Continuatio.

Οἱ λειτουργοὶ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ διὰ πνεύματος ἁγίου περὶ μετανολας ἐλάλησαν, καὶ αὐτὸς δὲ ὁ δεσπότης τῶν ἀπίστων περὶ μετανολας ἐλάλησεν μεθ' ὅρκου. <sup>3</sup> „Ἐγὼ γὰρ ἐγώ, λέγει κύριος, οὐ βούλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὴν μετάνοιαν“ προστιθεὶς καὶ γνώμην ἀγαθὴν. <sup>4</sup> „μετανοήσατε, ὡς Ἰσραὴλ, ἀπὸ τῆς ἀνομίας ὑμῶν.“ <sup>5</sup> Εἶπον τοῖς υἱοῖς τοῦ λαοῦ μου· <sup>6</sup> ἐὰν ὦσιν αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν ἀπὸ τῆς γῆς ἕως τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐὰν ὦσιν πυρρῆότεραι κόκκου, καὶ <sup>7</sup> μελανώτεραι σάκκου, καὶ <sup>8</sup> ἐπιστραφεῖτε πρὸς με ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, καὶ εἰπτε Πάτερ· ἐπακούσομαι ὑμῶν ὡς <sup>9</sup> λαοῦ ἁγίου.“ Καὶ ἐν ἐτέρῳ τόπῳ λέγει οὕτως· <sup>10</sup> „λούσασθε καὶ καθαροὶ γενέσθε, ἀρελέσθε τὰς πονηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν ἡμῶν, ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν μου· παύσασθε ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν, μάθετε καλὸν ποιεῖν, ἐκζητήσατε κρίσιν, ῥύσασθε ἀδικούμενον, κλῖνατε ὀφθαλμῶν, καὶ δικαιοῦσατε χεῖρα· καὶ δεῦτε καὶ <sup>11</sup> διελεγχθῶμεν, λέγει. Καὶ ἐὰν ὦσιν [αἱ] ἁμαρτίαι ὑμῶν ὡς φοινικοῦν, [ὡς] χιόνα λευκανῶ· ἐὰν δὲ ὦσιν ὡς κόκκινον, ὡς ἔριον λευκανῶ. Καὶ ἐὰν θέλητε καὶ εἰσακούσιτέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε· ἐὰν δὲ μὴ θέλητε, μηδὲ εἰσακούσιτέ μου, μάχαιρα ὑμᾶς κατέθεται· τὸ γὰρ στόμα κυρίου ἐλάλησεν ταῦτα.“ Πάντας οὖν τοὺς ἀγαπητοὺς αὐτοῦ βουλόμενος μετανολας μετασχεῖν, ἐστήριξε <sup>12</sup> τῷ παποκρετορικῷ βουλήματι αὐτοῦ.

1) Gen. 7. II Petr. 2, 5. Cfr. infra c. 9 et carm. Sibyll. I, 135.

2) Jon. 3.

3) Ezech. 33, 11.

4) Ibid. et 18, 30.

5) Ezech. 33, 12.

6) Non est in s. Scriptura. Sed cfr. Ps. 102, 11. et Isai. 1, 18.

7) Sic Ms. Hanc formam habet saepius apud LXX et apud Strabonem XVI. 12. Яасовсон.

et discamus, quod in omni generatione, volentibus ad ipsum converti, Dominus poenitentiae locum concesserit. <sup>1</sup> Noe poenitentiae praeco fuit, et qui ei obtemperarunt, salvati sunt. <sup>2</sup> Jonas Ninivitis excidium praedicavit; illi autem, peccatorum poenitentiam agentes, precibus Deum placarunt, et salutem consecuti sunt, licet alieni a Deo essent.

VIII. *Continuatio.*

Divinae gratiae ministri Spiritu sancto afflati de poenitentia loquuti sunt. Ipse etiam rerum omnium Dominus cum juramento de poenitentia loquutus est: <sup>3</sup> *vivo, inquit Dominus, nolo mortem peccatoris, sicut poenitentiam*; addens insuper dictum egregium: <sup>4</sup> *resipiscite, domus Israel, ab iniquitate vestra.* <sup>5</sup> *Dic filiis populi mei:* <sup>6</sup> *si peccata vestra a terra ad coelum usque pertingant, si cocco rubriora et cilicio* <sup>7</sup> *nigriora fuerint, et* <sup>8</sup> *ad me ex toto corde conversi fueritis et dixeritis, Pater; tanquam* <sup>9</sup> *populo sancto aurem vobis praebebo. Et in alio loco sic dicit:* <sup>10</sup> *lavamini et mundamini, auferte mala ex animabus vestris, ab oculis meis; quiescite a malitiis vestris, discite facere bonum, quaerite rectum, liberate oppressum, judicate pupillo, et justificare viduam; et venite et* <sup>11</sup> *disputemus, dicit Dominus. Et si fuerint peccata vestra quasi phoenicium, sicut nivem dealbabo, si autem fuerint ut coccinum, sicut lanam dealbabo. Et si volueritis et audieritis me, bona terrae comedetis; si autem nolueritis, neque exaudiveritis me, gladius devorabit vos; os enim Domini locutum est haec. Volens igitur, omnes dilectos suos poenitentiae fieri participes,* <sup>12</sup> *effatum illud omnipotenti sua voluntate roboravit.*

8) Cfr. Jer. 3, 22. 19.

9) Ita Clem. Alex., laudans verba haec Paed. I, 10. p. 152. Ms. λατὴ ἀγέω.

10) Isai. 1, 16—20.

11) Ms. διελεχθώμεν, male.

12) Effatum illud: *nolo mortem peccatoris* etc. (vide initium hujus capituli) Deus juramento (= omnipotenti sua voluntate) roboravit.



IX. *Exempla Sanctorum, qui fide et obedientia etc. gratiam Dei sunt consecuti. Enoch et Noe.*

Διὸ ὑπακούσωμεν τῇ μεγαλοπρεπεῖ καὶ ἐνδόξῳ βουλῆρα αὐτοῦ, καὶ ἱκέται γενόμενοι τοῦ ἐλέους καὶ τῆς χρησιμότητος αὐτοῦ, προσπέσωμεν καὶ ἐπιστρέψωμεν ἐπὶ τοὺς οἰκτιρμαίους αὐτοῦ, ἀπολιπόντες τὴν <sup>1</sup>ματαιοπονίαν, τὴν τε ἔριν, καὶ τὸ εἰς θάνατον ἄγον ζῆλος. <sup>2</sup>Ἀτενίσωμεν εἰς τοὺς τελείως λειτουργήσαντας τῇ μεγαλοπρεπεῖ δόξῃ αὐτοῦ. <sup>3</sup>Λάβωμεν Ἐνώχ, ὃς ἐν ὑπακοῇ δίκαιος εὐρεθεὶς μετετέθη, καὶ οὐχ εὐρέθη αὐτῷ θάνατος. <sup>4</sup>Νῶε πιστὸς εὐρεθεὶς, διὰ τῆς λειτουργίας αὐτῷ παλιγγενεσίαν κόσμῳ ἐκήρυξεν, καὶ διέσωσεν δι' αὐτοῦ ὁ δεσπότης τὰ εἰσελθόντα ἐν ὁμοιοῖα ζωᾷ εἰς τὴν κιβωτόν.

X. *Continuatio. Abraham.*

Ἀβραάμ, ὁ <sup>5</sup> φίλος προσαγορευθεὶς, πιστὸς εὐρέθη, ἐν τῷ αὐτῷ ὑπῆκοον γενέσθαι τοῖς ῥήμασιν τοῦ Θεοῦ. Οὗτος δὲ ὑπακοῆς ἐξῆλθεν ἐκ τῆς γῆς αὐτοῦ, καὶ ἐκ τῆς συγγενείας αὐτοῦ, καὶ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ὅπως γῆν ὀλίγην, καὶ συγγένειαν ἀσθενῆ, καὶ οἶκον μικρὸν καταλιπὼν, κληρονομίῃ τῆς ἐπαγγελίας τοῦ Θεοῦ. Λέγει γὰρ αὐτῷ <sup>6</sup> „ἀπελθε ἐκ τῆς γῆς σου, καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου, καὶ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρὸς σου εἰς τὴν γῆν, ἣν ἂν σοι δείξω· καὶ ποιήσω σε εἰς ἔθνος μέγα, καὶ εὐλογήσω σε, καὶ μεγαλυνῶ τὸ ὄνομά σου, καὶ εἶμι εὐλογημένος· καὶ εὐλογήσω τοὺς εὐλογοῦντάς σε, καὶ καταρτισομαι τοὺς καταρωμένους σε, καὶ εὐλογηθήσονται ἐν σοὶ πάντα αἱ φυλαὶ τῆς γῆς.“ Καὶ πάλιν <sup>7</sup> ἐν τῷ διαχωρισθῆναι αὐτὸν ἀπὸ Λωτ εἶπεν αὐτῷ ὁ Θεός· <sup>8</sup> „ἀναβλέψας τοῖς ὄφθαλμοῖς σου,

<sup>1</sup>) L. ματαιολογίαν, ut apud Polycarpum c. 2, qui ad locum nostrum respexit. WOTTON.

<sup>2</sup>) Haec et sequentia abbreviata reperies apud Clem. Alex. Strom. IV, 16. p. 610 ed. Venet. — Eduardus Bernardus autem epistolam nostram hic ex Clemente Alex. interpolatam esse summa fiducia pronuntiat. Bene

respondit ei integritatem epistolae defendens Wottonus. Irriti sunt, inquit, hujus (Bernardi) conatus. Qui enim hoc modo ex Clemente Alexandrino arguit, aut eum non prole novit, aut mala fide agit. Eadem enim ratione aetum erit de authenticis et fide eorum omnium, qui a Clemente Alex. usquam citantur, scrip-

IX. *Exempla Sanctorum, qui fide et obedientia etc. gratiam Dei sunt consecuti. Enoch et Noe.*

Quare magnificae ejus et gloriosae voluntati obsequamur, et suppliciter misericordiam et benignitatem ejus implorantes, relictis <sup>1</sup> vanis operibus, contentione et aemulatione, quae ad mortem ducit, ad miserationes ejus advolvamur et convertamur. <sup>2</sup> Fixis oculis intueamur eos, qui magnificae ejus gloriae perfecte inservierunt. <sup>3</sup> Sumamus Enochum, qui in obedientia justus repertus, translatus fuit, neque mors ejus inventa est. <sup>4</sup> Noë fidelis inventus, per ministerium suum mundo regenerationem praedicavit; et per eum animalia, quae in concordia arcam sunt ingressa, servavit Dominus.

X. *Continuatio. Abraham.*

Abrahamus, <sup>5</sup> amicus vocatus, fidelis inventus est, eo quod verbis Dei obtemperaret. Hic per obedientiam e terra sua, e cognatione sua et domo patris sui egressus est, ut exigua terra, cognatione debili et domo parva derelicta, promissiones Dei possideret. Dicit enim ei: <sup>6</sup> *exi de terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui, et vade in terram, quam tibi demonstrabo; et faciam te in gentem magnam, et benedicam tibi, et magnificabo nomen tuum, et eris benedictus; et benedicam benedicientibus tibi, et maledicam maledicentibus tibi, et benedicentur in te omnes tribus terrae.* Et rursus, <sup>7</sup> cum a Lot secederet, dixit ei Deus: <sup>8</sup> *respice oculis tuis, et vide*

*torum. Nemo enim Patrum majore licentia usus est in citandis autoribus, sive sacris, sive ethnicis; cum ei in more sit, non integra autorum verba semper recitare, sed pro arbitrio suo nunc contrahere, nunc de suo inserere, alia omittere, alia variis modis mutare.*

3) Gen. 5, 24. Hebr. 11, 5.

4) Gen. 6, 8. 7, 1. Hebr. 11, 7. II Petr. 2, 5. Cfr. supra c. 7. p. 64. Not. 1.

5) Cfr. Jac. 2, 23. Hebr. 11, 8. Θεοῦ φίλος ex Clemente Alexandrino, qui locum nostrum abbreviatum recitat, restituunt Daviscus et Bleekius. Sed non est, cur mutemus.

6) Gen. 12, 1—3.

7) Ad Gen. 18, 11 respiciens Nolte conjicit: ἐν τῇ διαχωρισθῆναι ἄνω ἀπ' αὐτοῦ.

8) Gen. 13, 14—16.

ὕδα ἀπὸ τοῦ τόπου, οὗ νῦν σὺ εἶ, πρὸς βορρᾶν, καὶ ἄβα, καὶ ἀνατολὰς, καὶ θάλασσαν· ὅτι πᾶσαν τὴν γῆν, ἣν σὺ ὄρας, σοὶ δώσω αὐτὴν καὶ τῷ σπέρματί σου, ἕως αἰῶνος. Καὶ ποιῶ τὸ σπέρμα σου ὡς τὴν ἄμμον τῆς γῆς· εἰ δύναται τις ἐξαριθμῆσαι τὴν ἄμμον τῆς γῆς, καὶ τὸ σπέρμα σου ἐξαριθμηθήσεται.“ Καὶ πάλιν λέγει· <sup>1</sup> „ἔξηγαγεν ὁ Θεὸς τὸν Ἀβραάμ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· ἀνάβλεψον εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἀρίθμησον τοὺς ἀστέρας, εἰ δυνήσῃ ἐξαριθμῆσαι αὐτούς· οὕτως ἔσται τὸ σπέρμα σου.“ <sup>2</sup> Ἐπίστευσεν δὲ Ἀβραάμ τῷ Θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην.“ <sup>3</sup> Διὰ πίστιν καὶ φιλοξενίαν ἐδόθη αὐτῷ υἱὸς ἐν γῆρα, <sup>4</sup> καὶ δι' ὑπακοῆς προσήγαγεν αὐτὸν θυσίαν τῷ Θεῷ πρὸς ἐν τῶν ὀρέων, ὧν ἔδειξεν αὐτῷ.

#### •XI. Continuatio. Lot. Poenā dissensionis.

<sup>5</sup> Διὰ φιλοξενίαν καὶ εὐσέβειαν Λὼτ ἐσώθη ἐκ Σοδόμων, τῆς περιχώρου πάσης <sup>6</sup> κριθείσης διὰ πυρὸς καὶ θείου, <sup>7</sup> πρόδηλον ποιήσας ὁ δεσπότης, ὅτι τοὺς ἐλπίζοντας ἐπ' αὐτὸν οὐκ ἐγκαταλείπει, τοὺς δὲ ἑτεροκλινεῖς ὑπάρχοντας εἰς κόλασιν καὶ αἰκισμὸν τίθησιν. Συνεξεληθούσης γὰρ αὐτῷ τῆς γυναικὸς ἑτερογνώμονος ὑπαρχούσης καὶ οὐκ ἐν ὁμοιοῖα, εἰς τοῦτο σημεῖον ἐτέθη, ὥστε γενέσθαι αὐτὴν στήλην ἁλὸς ἕως <sup>8</sup> τῆς ἡμέρας ταύτης· εἰς τὸ γνωστὸν εἶναι πᾶσιν, ὅτι οἱ <sup>9</sup> δίκυχοι καὶ οἱ διατάζοντες περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως, εἰς κρίμα καὶ εἰς σημείωσιν πάσαις ταῖς γενεαῖς γίνονται.

#### XII. Praemia fidei et hospitalitatis. Rahab.

<sup>10</sup> Διὰ πίστιν καὶ φιλοξενίαν ἐσώθη Ῥαὰβ ἡ πόρνη. Ἐπεμφθέντων γὰρ ὑπὸ Ἰησοῦ τοῦ τοῦ Ναυῆ κατασκοπέων εἰς τὴν

1) Gen. 15, 5. 6.

2) Rom. 4, 3.

3) Gen. 21. 22.

4) Hebr. 11, 17.

5) Gen. 19. II Petr. 2, 6. 7. Wottonus existimat, S. Patrem procul dubio respicere ad II Petr. 2, 6; luculentum sane testimonium, secundam beati Petri epistolam ab initio usque

canonicam fuisse, atque ab ecclesia Romana acceptam. ЯАВОНЪ.

6) κρίνειν = punire, ut saepius in N. T. e. g. Joann. 18, 31. Rom. 2, 12.

7) Nominativus absolutus scriptoribus hellenicis familiaris est. Cf. Winer, Gramm. des neutest. Sprachidioms, p. 168. edit. IV.

a loco, in quo nunc tu es, ad aquilonem et africanum et orientem et mare; quia omnem terram, quam tu vides, tibi dabo eam, et semini tuo usque in seculum. Et faciam semen tuum sicut arenam terrae, si poterit aliquis dinumerare arenam terrae, et semen tuum dinumerabitur. Et rursus dicit: <sup>1</sup> *eduxit Deus Abraham foras, et dixit ei: respice in coelum et numera stellas, si potes dinumerare eas; sic erit semen tuum.* <sup>2</sup> *Et credidit Abrahamus Deo, et deputatum est ei ad iustitiam.* <sup>3</sup> Propter fidem et hospitalitatem datus est ei filius in senectute, <sup>4</sup> et per obedientiam obtulit eum in sacrificium Deo, in uno montium, quem ei ostenderat.

#### XI. Continuatio. Lot. Poena dissensionis.

<sup>5</sup> Propter hospitalitatem et pietatem Lot e Sodoma salvus evasit, quum tota regio in circuitu igne et sulphure <sup>6</sup> puniretur; <sup>7</sup> Domino palam faciente, quod non derelinquat sperantes in ipsum, contra vero, qui a mandatis ejus declinant, suppliciis et tormentis puniat. Uxor enim ejus, quae una cum eo egressa est, cum ab eo dissentiret, nec in concordia persisteret, in signum propterea posita, et salis statua usque in <sup>8</sup> hodiernum diem facta est; ut omnibus innotesceret, quod animo <sup>9</sup> dubii et de potentia divina haesitantes, in iudicium et signum omnibus generationibus proponantur.

#### XII. Praemia fidei et hospitalitatis. Rahab.

<sup>10</sup> Propter fidem et hospitalitatem Rahab meretrix incolumis servata est. Missis enim a Josue filio Navae ad urbem Jericho

8) Quamvis multi veterum Patrum (e. g. *Irenaeus* adv. haer. IV, 31) tanquam adhuc manentis hujus statuæ mentionem fecerint, et *Josephus Flavius*, ejusdem cum *Clemente* aetatis (*Antiq.* I, 11, 4.), nonnullique recentiorum oculis se eam usurpasse narrent, fabulam tamen esse, et nescio quid ab accolis spectatorum oculis subjectum fuisse, quod illi statuam

hanc esse nugabantur, hi imprudenter credebant, jam liquidis argumentis demonstratum est. FREY.

9) *Διπυχοι, dubii*. Cfr. *Jac.* 1, 8. *Pastor Hermae* Lib. I. *Vis.* I. c. 1. *Vis.* IV. c. 1 et infra c. 23 epistolae nostrae.

10) *Jos.* 2. *Hebr.* 11, 31. Locum *S. Clementis* abbreviatum recitat *Clementis Alex.* l. c.

Ἰερικῶ, ἔγνω ὁ βασιλεὺς τῆς γῆς, ὅτι ἦκασι κατασκοπεῦσαι τὴν χώραν <sup>1</sup> αὐτῶν, καὶ ἐξέπεμψεν ἄνδρας τοὺς συλληφθεμένους αὐτοὺς, ὅπως συλληφθέντες θανατωθῶσιν. Ἡ οὖν φιλόξενος Παῦλ εἰσδεξαμένη αὐτοὺς, ἔκρυπεν εἰς τὸ ὑπερφῶν ὑπὸ τὴν λινοκαλιμαγ. Ἐπισταθέντων δὲ τῶν παρὰ τοῦ βασιλέως καὶ λεγόντων· [ἄνδρες πρὸς σε ἦλ]θον οἱ κατάσκοποι [τῆς γῆς ἡμῶν], ἐξάγαγε αὐτοὺς, ὁ γὰρ βα[σιλεὺς οὐ]τως κελεύει· ἦδε ἀπεκρίθη· εἰσῆλθον [οἱ δύο ἄν]δρες, οὓς ζητεῖτε, πρὸς με, [ἀλλὰ ταχέ]ως ἀπῆλθον, καὶ πορευόν[ται· οὐχ] ὑποδεικνύουσα αὐτοῖς [ἐκείνους]. Καὶ εἶπε πρὸς τοὺς ἄνδρας· [γινώ]σκουσα γινώσκω ἐγώ, ὅτι [κύριος ὁ Θεός] ὑμῶν παραδίδωσιν ὑμῖν [τὴν πό]λιν ταύτην, ὁ γὰρ φόβος καὶ [τρού]μος ὑμῶν ἐπέπεσεν τοῖς <sup>2</sup> κα[τοι]κοῦσιν αὐτῆν. <sup>3</sup> Ὡς ἐὰν οὖν γέ[νηται] λαβεῖν αὐτὴν ὑμᾶς, διασύσα[τέ] με, καὶ τὸν οἶκον τοῦ πατρός [μου]. Καὶ εἶπαν αὐτῇ· ἔσται οὕτως, ὡς ἐλάλησας ἡμῖν. Ὡς ἐὰν οὖν γῆς παραγνομένους ἡμᾶς, συνάξεις πάντας τοὺς σοὺς ὑπὸ τὸ στέγος σου, καὶ διασωθήσονται· ὅσοι γὰρ ἐὰν ἐρεθθῶσιν ἔξω τῆς οἰκίας, ἀπολοῦνται. Καὶ <sup>4</sup> προσέθεντο αὐτῇ δοῦναι σημεῖον, ὅπως κρεμάσῃ ἐκ τοῦ οἴκου αὐτῆς κόκκινον· <sup>5</sup> προόδηλον ποιῶντες, ὅτι διὰ τοῦ αἵματος τοῦ κυρίου λύτρωσις ἔσται πᾶσιν τοῖς πιστεύουσιν καὶ ἐλπίζουσιν ἐπὶ τὸν Θεόν. Ὅρατε, ἀγαπητοὶ, οὐ μόνον πίστις, ἀλλὰ προφητεία ἐν τῇ γυναικὶ γέγονε.

### XIII. Adhortatio ad humilitatem.

Ταπεινοφρονήσωμι[εν] οὖν, ἀδελφοί, ἀποθέμενοι πᾶσ[α] ἀλαζονείαν καὶ <sup>6</sup> τίφος καὶ ἀφροσύνην καὶ ὀργάς· καὶ ποιήσωμι[εν] τὸ γεγραμμένον (ἴ λέγει γὰρ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· <sup>8</sup> „ἢ καυχάσθω ὁ σοφὸς ἐν τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ, μηδὲ ὁ ἰσχυρὸς ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ, μηδὲ ὁ πλούσιος ἐν τῷ πλούτῳ αὐτοῦ· ἀλλ' ἢ ὁ καυχώμενος ἐν κυρίῳ καυχάσθω, τοῦ ἐκζητεῖν αὐτὸν, καὶ ποιεῖν κρίμα καὶ δικαιοσύνην[“]), μάλιστα μεισημένοι τῶν λόγων τοῦ κυρίου Ἰησοῦ,

1) Ita Ms.; Coustantius, Schönmannus et alii exhibent αὐτοῦ.

2) Τοῖς κατοικοῦσιν αὐτῆν. Lectum ergo Clementi comma versiculi 9 (Jos. 2, 9), quod a multis editionibus versionis LXX abest, in Complutensi vero

ita effertur: καὶ κατέπησον πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν γῆν ἀφ' ὑμῶν. COTEL.

3) Ὡς ἐὰν = ὡς ἂν (Winer, Gramm. ed. IV. p. 285 sq.) = *simulac.* Herm. ad Vig. 943 sq.

4) Καὶ προσέθεντο δοῦναι = ἔδωκαν

speculatoribus, rescivit terrae rex, quod regionem <sup>1</sup> eorum exploraturi venissent, et viros emisit, qui eos comprehenderent, ut comprehensi necarentur. Eos igitur hospitalis Rahab suscipiens, in solario domus sub lini stipula occultavit. Supervenientibus autem viris a rege missis ac dicentibus: viri ad te ingressi sunt, regionis nostrae exploratores, educ eos, sic enim imperat rex; haec respondit: ingressi sunt duo viri ad me, quos quaeritis, sed confestim abierunt et vadunt; non ostendens eis illos. Et dixit ad viros: sciens scio, quod Dominus Deus vester urbem hanc vobis tradit; timor enim et pavor vestri incessit <sup>2</sup> incolae ejus. <sup>3</sup> Simulac igitur capere illam vobis contigerit, incolumem me servate et domum patris mei. Et dixerunt ei: sic erit, ut loquuta es nobis. Simulac igitur nos appropinquantes cognoveris, cognatos tuos omnes sub tecto tuo congregabis, et servabuntur; quotquot vero extra domum tuam invenientur, peribunt. <sup>4</sup> Praeterea ei signum dederunt; ut nempe funiculum coccineum e domo sua demitteret, <sup>5</sup> manifestum facientes, quod omnibus, qui credunt et sperant in Deum, per sanguinem Domini redemptio futura sit. Videte, dilecti, non solum fides, sed etiam prophetia in muliere fuit.

### XIII. *Adhortatio ad humilitatem.*

Humilis ergo mente simus, fratres, fastum omnem, <sup>6</sup> superbiam, amentiam et iras deponentes; et quod scriptum est, faciamus (<sup>7</sup> dicit enim Spiritus sanctus: <sup>8</sup> *non gloriatur sapiens in sapientia sua, et non gloriatur fortis in fortitudine sua, et non gloriatur dives in divitiis suis; sed qui gloriatur, in Domino gloriatur, in quaerendo illum, et faciendo jus et justitiam*), memoria praecipue recolentes sermones Domini Jesu,

ἔτι αὐτῇ σημείον. Hellenismus in sacris litteris passim occurrens, quo alias utitur S. Pater. GALLAND.

5) Eandem allegoricam interpretationem reperies apud *Justin.* Dial. c. Tryph. n. 111. *Iren.* adv. haer. IV, 20. n. 12. ed. Massuet.

6) Ut supra (cap. 4) ζῆλος, ita loco nostro τύφος neutraliter sumitur.

7) Verba λέγει — δικαιοσύνην magnam parenthesin putes.

8) Jer. 9, 23. 24. I Cor. I, 31. II Cor. 10, 17.

οὓς ἐλάλησεν διδάσκω[ν] ἐπιεικῶς καὶ μακροθυμῶς. [Οὕτως γὰρ εἶπεν· <sup>1</sup> „ἐλεεῖτε, ἵνα ἐλεη[θῆ]τε· ἀγρίετε, ἵνα ἀφεθῆ ὑμῖν· ὡς ποιεῖτε, οὕτως ποιηθήσεται ὑμ[ῖν]· ὡς δίδοτε, οὕτως δοθήσεται [ὑμῖν]· ὡς κρίνετε, οὕτως κριθήσεται [ὑμῖν]· ὡς χρη[στεύεσθε, οὕτως χρη[στευθή]σεται ὑμῖν· ᾧ μέτρῳ με[τρῶ]τε, ἐν αὐτῷ μετρηθήσεται ὑμῖν.“ [Ταύτη] τῆ ἐντολῆ καὶ τοῖς παραγγέλ[μασι] τούτοις στεριζόμεν ἑαυ[τούς] <sup>2</sup> πρὸς τὸ πορευέσθαι ὑπερκόους [ἡμᾶς] τοῖς ἁγιοπρεπέσι λόγοις αὐ[του], ταπεινοφρονοῦντες. [Φησὶν γὰρ ὁ ἅγιος λόγος· <sup>3</sup> „ἐπὶ τίνα [ἐπι]βλέψω, ἀλλ' ἢ ἐπὶ τὸν πραῆν καὶ [ἡσύ]χιον καὶ τρέμοντά μου τὰ λόγια;“

XIV. *Magis Deo obediendum est, quam auctoribus seditionis.*

[Α]καιοὶ οὖν καὶ ὅσιον, ἄνδρες ἀδελφοί, ὑπερκόους ἡμᾶς μᾶλλον γενέσθαι τῷ Θεῷ, ἢ τοῖς ἐν ἀλαζονείᾳ καὶ ἀκαταστασίᾳ μισαροῦ ζήλους ἀρχηγοῖς ἐξακολουθεῖν. Βλάβην γὰρ οὐ τὴν τυχοῦσαν, μᾶλλον δὲ κίνδυνον ὑποίσομεν μέγαν, ἐὰν ἠμωκενδύτως ἐπιδώμεν ἑαυτοὺς τοῖς θελήμασιν τῶν ἀνθρώπων, οὔτινες <sup>4</sup> ἐξακοντίζουσιν εἰς ἔριν καὶ στάσεις, εἰς τὸ ἀπαλλοτριῶσαι ἡμᾶς τοῦ καλῶς ἔχοντος. Χρηστευσώμεθα <sup>5</sup> αὐτοῖς κατὰ τὴν εὐσπλαγχνίαν καὶ γλυκύτητα τοῦ ποιήσαντος ἡμᾶς. Γέγραπται γὰρ· <sup>6</sup> „χρηστοὶ ἔσονται οἰκίητορες γῆς, ἄκακοι δὲ ὑπολειφθήσονται ἐπ' αὐτῆς· οἱ δὲ παρανομοῦντες ἐξολεθρευθήσονται ἀπ' αὐτῆς.“ Καὶ πάλιν λέγει· <sup>7</sup> „εἶδον ἀσεβῆ ὑπερυψούμενον καὶ ἐπαιφόμενον ὡς τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου· καὶ παρηλθόν, καὶ ἰδοὺ, οὐκ ἦν, καὶ ἐξεζήτησα τὸν τόπον αὐτοῦ, καὶ οὐχ εὔρον. Φύλασσε ἀκακίαν, καὶ ἴδε εὐθύτητα, ὅτι ἐστὶν <sup>8</sup> ἐγκατάλειμμα ἀνθρώπων εἰρηναῖ.“

XV. *Adhaerendum est iis, qui pacem colunt, non iis, qui eam colere simulant.*

Τοίνυν κολληθῶμεν τοῖς μετ' εὐσεβείας εἰρηνεύουσιν, καὶ

1) Haec verba non habentur αὐτολεξεί in s. Scriptura. Sed cfr. Luc. 6, 36—38. Matth. 6, 12—15. 7, 2.

2) Ita Jacobsonus.

3) Isai. 66, 2.

4) Boisius supplet λόγους vel ῥήματα.

Sed nihil addendum; vox enim ἐξακοντίζω saepius legitur verbum neutrum. WOTT.

5) Junius, Fellus et Colomesius malunt ἀλλήλοις = mites erga nos invicem simus. Forte legendum est

quos, aequitatem et longanimitatem docens, loquutus est. Sic enim dixit: <sup>1</sup> *miseremini, ut misericordiam consequamini; dimittite, ut vobis dimittatur; prout facitis, ita vobis fiet; sicut datis, ita vobis retribuetur; sicut judicatis, ita judicabimini; sicut benigni estis, ita benignitatem experiemini; qua mensura metimini, eadem vobis mensurabitur.* Hoc praecepto et his mandatis stabiliamus nos ipsos, <sup>2</sup> ut in obedientia sanctorum eloquiorum ejus, cum omni humilitate, semper ambulemus. Dicit enim verbum sanctum: <sup>3</sup> *super quem respiciam, nisi super humilem et quietum et tremementem sermones meos?*

**XIV. Magis Deo obediendum est, quam auctoribus seditionis.**

Justum igitur et pium est, viri fratres, Deo potius obedientes nos esse, quam in superbia et turbulentia detestandae aemulationis duces et autores sequi. Detrimentum enim non leve, immo vero grande periculum sustinebimus, si praecipitanter voluntatibus hominum nos tradiderimus, qui ad contentionem et seditiones <sup>4</sup> collineant, ut nos ab eo, quod rectum et bonum est, abalienent. Benigni erga <sup>5</sup> ipsos simus, secundum misericordiam et dulcedinem creatoris nostri. Scriptum est enim: <sup>6</sup> *benigni incolae erunt terrae, innocentes relinquentur in ea; iniqui vero exterminabuntur ab illa.* Et rursus dicit: <sup>7</sup> *vidi impium superexaltatum et elevatum sicut cedros Libani; et transivi, et ecce, non erat; et quaesivi locum illius, et non inveni. Custodi innocentiam, et vide aequitatem, quoniam sunt <sup>8</sup> reliquiae homini pacifico.*

**XV. Adhaerendum est iis, qui pacem colunt, non iis, qui eam colere simulant.**

Adhaereamus itaque iis, qui cum pietate pacem colunt, non

ἑαυτοῖς, quod saepissime pro ἀλλήλοις usurpatur. JACOBSON. Sed non est, cur mutemus.

6) Prov. 2, 21. 22.

7) Ps. 36, 35—37. Haec et sequentia usque ad initium c. XVI. repetit Clem. Alex. Strom. IV, 5. p. 577.

8) Seu = memoria, seu = posteris.



μη τοῖς μεθ' ὑποκρίσεως <sup>1</sup> βουλομένοις εἰρήνην. Λέγει γάρ που·  
<sup>2</sup> „οὗτος ὁ λαὸς τοῖς χεῖλεσίν με τιμᾶ, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν  
 πόρῳ ἄπεστιν ἀπ' ἐμοῦ.“ Καὶ πάλιν· <sup>3</sup> „τῷ στόματι αὐτῶν  
<sup>4</sup> εὐλογοῦσαν, τῇ δὲ καρδίᾳ αὐτῶν καταρῶντο.“ Καὶ πάλιν λέγει·  
<sup>5</sup> „ἠγάπησαν αὐτὸν τῷ [στό]ματι αὐτῶν, καὶ τῇ γλῶσση αὐτῶν  
 ἐψεύσαντο αὐτόν· ἡ δὲ καρδία αὐτῶν οὐκ εὐθεῖα μετ' αὐτοῦ,  
 οὐδὲ ἐπιστώθησαν ἐν τῇ διαθήκῃ αὐτοῦ.“ <sup>6</sup> Ἀλαλα γενηθήτω  
 τὰ χεῖλη τὰ δόλια, <sup>7</sup> [καὶ ἐξολεθρεύσαι κύριος πάντα τὰ χεῖλη  
 τὰ δόλια καὶ] γλῶσσαν μεγαλοῤῃμονα, τοὺς εἰπόντας· τὴν γλῶσ-  
 σαν ἡμῶν <sup>8</sup> μεγαλύνωμεν, τὰ χεῖλη ἡμῶν παρ' ἡμῶν ἔστι· τίς  
 ἡμῶν κύριός ἐστιν; Ἀπὸ τῆς ταλαιπωρίας τῶν πτωχῶν, καὶ  
 ἀπὸ τοῦ στεναγμοῦ τῶν πενήτων νῦν ἀναστήσομαι, λέγει κύριος,  
 θήσομαι ἐν σωτηρίᾳ, παρῳησιάσομαι ἐν <sup>9</sup> αὐτῷ.“

#### XVI. *Christus exemplum humilitatis.*

Ταπεινοφρονοῦντων γάρ ἐστιν ὁ Χριστὸς, οὐκ ἐπαιρομένων  
 ἐπὶ τὸ ποιμνιον αὐτοῦ. <sup>10</sup> Τὸ σκῆπτρον τῆς μεγαλωσύνης τοῦ  
 Θεοῦ, ὁ κύριος ἡμῶν Χριστὸς Ἰησοῦς, οὐκ ἦλθεν ἐν κόμπῳ ἀλα-  
 ζονείας, οὐδὲ ὑπερηφανίας, <sup>11</sup> καίπερ δυνάμενος· ἀλλὰ ταπεινο-  
 φρονοῶν, καθὼς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον περὶ αὐτοῦ ἐλάλησεν. Φησὶ  
 γάρ· <sup>12</sup> „κύριε, τίς ἐπίστευσεν τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; καὶ ὁ βραχίον  
 κυρίου τίνοι ἀπεκαλύφθη; Ἀγγεῖλαμεν ἐναντίον αὐτοῦ· ὡς παι-  
 δίσον, ὡς ῥίζα ἐν γῆ διψώσῃ, <sup>13</sup> οὐκ ἔστιν εἶδος αὐτοῦ, οὐδὲ δόξα·  
 καὶ εἶδομεν αὐτόν, καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος, οὐδὲ κάλλος, ἀλλὰ τὸ  
 εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον, ἐκλείπον παρὰ τὸ εἶδος τῶν ἀνθρώπων·  
 ἀνθρώπος ἐν πληγῇ ὢν καὶ πόνῳ, καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν,  
 ὅτι <sup>14</sup> ἀπέστραπται τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, ἠτιμάσθη καὶ οὐκ ἐλο-  
 γίσθη. Οὗτος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυ-  
 νᾶται, καὶ ἡμεῖς ἐλογισάμεθα, αὐτὸν εἶναι <sup>15</sup> ἐν πόνῳ καὶ ἐν πληγῇ

1) *Αἰλουμένοις* DAVIS. *Βουλευομί-*  
*νοῖς, suadentibus* CLERIC.

2) Isai. 29, 13. Marc. 7, 6. Matth.  
 15, 8.

3) Ps. 61, 5.

4) Pro *εὐλόγου*, ut saepe in V. T.  
 interpr. alex. e. g. Num. 1, 18. Cfr.  
 Winer, Gramm. des neutest. Sprach-

gebrauchs p. 73. ed. IV. et *Bultm.*  
 Gramm. §. 93. V. 1.

5) Ps. 77, 36. 37.

6) Ps. 30, 19.

7) Ps. 11, 4—6. Verba καὶ ἐξολε-

θρεύσαι — τὰ δόλια καὶ uncis inclusa  
 restituit *Wottonus* ex LXX. *Librarius*,  
 a priore δόλια oculos suos ad γλῶσσαν

autem iis, qui cum simulatione pacem <sup>1</sup> volunt. Dicit enim alibi: <sup>2</sup> *populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe abest a me.* Et rursus: <sup>3</sup> *ore suo benedicebant, et corde suo* <sup>4</sup> *maledicebant.* Et rursus dicit: <sup>5</sup> *dilexerunt eum in ore suo, et lingua sua mentiti sunt ei: cor autem eorum non rectum cum eo, nec fideles habiti sunt in testamento ejus.* <sup>6</sup> *Muta fiant labia dolosa, <sup>7</sup> et disperdat Dominus universa labia dolosa et linguam magniloquam, eos, qui dixerunt: linguam nostram <sup>8</sup> magnificemus, labia nostra apud nos sunt; quis noster dominus est? Propter miseriam inopum et gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus; ponam eos in salutari; confidenter agam cum <sup>9</sup> illis.*

#### XVI. *Christus exemplum humilitatis.*

Christus enim eorum est, qui humiliter de se sentiunt, non eorum, qui supra gregem ejus sese efferunt. <sup>10</sup> Sceptrum majestatis Dei, Dominus noster Jesus Christus, non venit in jactantia superbiae et arrogantiae, <sup>11</sup> quamvis potuerit; sed in humilitate, prout Spiritus Sanctus de eo loquutus est. Dicit enim: <sup>12</sup> *Domine, quis credidit nuntio nostro? Et brachium Domini cui revelatum est? Annunciavimus coram ipso: quasi parvulus est, sicut radix in terra sitiendi; <sup>13</sup> non est species ei, neque gloria; et vidimus eum, et non habebat speciem, neque decorem; sed species ejus erat inhonorata, deficiens prae filiis hominum. Homo est, in plaga et molestia positus, et sciens ferre dolorem; quia <sup>14</sup> aversa est facies ejus, despecta et pro nihilo reputata. Iste peccata nostra portat, et pro nobis dolet; et nos reputavimus eum esse <sup>15</sup> merito in labore et in*

post alterum δόλια convertens, man- cum reddidit hunc locum. WOTT.

8) Ex LXX et Clem. Alex. reponit *Davisius* μεγαλυνοῦμεν.

9) Sc. τῷ πτωχῷ etc. Singularis collective pro plurali.

10) Haec recitat *Hieron.* in Isai. 52, 13.

11) Hieron. legisse videtur: καίπερ πάντα δυνάμενος; vertit enim: cum possit omnia.

12) Isai. c. 53 totum.

13) Ὅτι ante οὐκ omittit *Jacobsonus* ad fidem Ms.

14) Prae pudore seu ob alapas.

15) Sc. pro peccatis suis.

καὶ ἐν κακώσει. Αὐτὸς δὲ ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ μεμαλάκισται διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν. <sup>1</sup> Παιδεία εἰρήνης ἡμῶν ἐπ' αὐτόν· τῷ μῶλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν. Πάντες ὡς πρόβατα ἐπλανήθημεν, ἄνθρωπος τῇ ὁδῷ αὐτοῦ ἐπλανήθη· καὶ κύριος παρέδωκεν αὐτὸν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, καὶ αὐτὸς διὰ τὸ κεκακῶσθαι οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα. Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείραντος ἀφῶνος, οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ. <sup>2</sup> Ἐν τῇ ταπεινώσει ἡ κρισις αὐτοῦ ἤρθη. Τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διγηγήσεται; ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ. Ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν τοῦ λαοῦ μου ἴκει εἰς θάνατον. Καὶ δώσω τοὺς πονηροὺς ἀντὶ τῆς ταφῆς αὐτοῦ, καὶ τοὺς πλουσίους ἀντὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ· ὅτι ἀνομίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὐρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. Καὶ κύριος βούλεται καθαρῶσαι αὐτὸν τῆς πληγῆς. Ἐὰν <sup>3</sup> δῶτε περὶ ἁμαρτίας, ἡ ψυχὴ ἡμῶν ὄψεται σπέρμα μακροβίον. Καὶ κύριος βούλεται ἀφελεῖν ἀπὸ τοῦ πόνου τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, δεῖξαι αὐτῷ φῶς, καὶ πλάσαι τῇ συνέσει, δικαιοῦσαι δίκαιον εἰς δουλείοντα πολλοῖς· καὶ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν αὐτὸς ἀνοίσει. Διὰ τοῦτο αὐτὸς κληρονομίσει πολλοὺς, καὶ τῶν ἰσχυρῶν μεριεῖ σκῦλα, ἀνθ' ὧν παρεδόθη εἰς θάνατον ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, καὶ τοῖς ἀνόμοις ἐλογίσθη· καὶ αὐτὸς ἁμαρτίας πολλῶν ἀνῆγγενεν, καὶ διὰ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν παρεδόθη.“ Καὶ πάλιν <sup>4</sup> αὐτὸς φησιν· <sup>5</sup> „ἐγὼ δὲ εἰμι σκῶληξ, καὶ οὐκ ἄνθρωπος· ὄνειδος ἀνθρώπων καὶ ἐξουθένημα λαοῦ. Πάντες οἱ θεωροῦντές με ἐξεμνηστέρησαν με, ἐλάλησαν ἐν χεῖλεσιν, ἐκίνησαν κεφαλῆν· ἤλιπυσεν ἐπὶ κίριον, ἠυσάσθω αὐτόν, σωσάτω αὐτόν, ὅτι θέλει αὐτόν.“ Ὁρατε, ἄνδρες ἀγαπητοί, τίς ὁ ὑπογραμμὸς ὁ δεδομένος ἡμῖν· εἰ γὰρ ὁ κύριος οὕτως ἐταπεινοφρόνησεν, τί ποιήσομεν ἡμεῖς, οἱ ὑπὸ τὸν ζυγὸν τῆς χάριτος αὐτοῦ δι' αὐτοῦ ἐλθόντες;

XVII. *Sancti, praecipue Abraham, Job et Moses, exempla humilitatis.*

*Μιμηταὶ γενώμεθα κακείνων, ὅτινες ἐν δέρμασιν αἰγίλοις*

1) Punitiōnem, quae nobis debebatur, ut pace frueremur, ipse in se recepit. COLOMES.

2) I. e. maxima denique miseria (in cruce) poenae et tormenta ejus consummabantur, et finem attigerunt.

plaga et in afflictione. Ipse autem vulneratus est propter nostra peccata, et afflictus propter nostras iniquitates. <sup>1</sup> Pun-  
 nitio ad nostram pacem super eum venit, livore ejus nos sa-  
 nati sumus. Omnes quasi oves erravimus, homo in via sua  
 erravit; et Dominus tradidit eum propter iniquitates nostras,  
 et ipse, afflictus licet, non aperit os. Sicut ovis ad victimam  
 ductus est, et sicut agnus coram tondente mutus, sic non  
 aperit os suum. <sup>2</sup> In humilitate sua tandem liberatus est a  
 poena. Generationem ejus quis enarrabit, cum de terra tol-  
 latur vita ejus? Ab iniquitatibus populi mei ductus est ad  
 mortem. Et liberabo impios ob sepulchrum ejus, et dicites  
 ob mortem ejus; quia iniquitatem non fecit, neque dolus in-  
 ventus est in ore ejus. Et Dominus vult mundare eum a  
 plaga. Si <sup>3</sup> obtuleritis pro peccatis, anima vestra videbit se-  
 men longaeum. Et vult Dominus eum auferre e dolore ani-  
 mae, ostendere ei lucem, et formare intelligentia, justificare  
 justum, bene servientem multis; et peccata eorum ipse por-  
 tabit. Propterea ipse possidebit multos, et fortium dividet  
 spolia, pro eo, quod tradita est ad mortem anima ejus, et  
 in iniquis reputatus est, et ipse peccata multorum tulit, et  
 propter iniquitates eorum traditus est. Et rursus <sup>4</sup> ille dicit:  
<sup>5</sup> ego autem sum vermis et non homo, opprobrium hominum,  
 et abjectio plebis. Omnes videntes me deriserunt me, locuti  
 sunt labiis, moverunt caput, dicentes: speravit in Domino,  
 eripiat eum, salvum faciat eum, quoniam vult eum. Videtis,  
 viri dilecti, quale nobis exemplar sit propositum; si enim Do-  
 minus ita se humiliavit, quid faciemus nos, qui sub jugum  
 gratiae ejus per ipsum venimus?

XVII. *Sancti, praecipue Abraham, Job et Moses, exempla humilitatis.*

Imitatores simus etiam eorum, <sup>6</sup> qui in caprinis et ovinis

3) Ita Ms., teste Jacobsono; ita et  
 LXX. Contra Wottonus exhibet δώρα.

5) Ps. 21, 7—9. Hebr. 11, 37.  
 6) Hebr. 11, 37. Clem. Alex. Strom.  
 IV, 17. p. 610 sq.

4) Sc. Christus.

καὶ μαλωταῖς περιεπάτησαν, κηρύσσοντες τὴν ἔλευσιν τοῦ Χριστοῦ· λέγομεν δὲ Ἕλληνας καὶ <sup>1</sup> Ἑλισσαῖον, ἔτι δὲ καὶ Ἰεζεκιὴν, τοὺς προφήτας· πρὸς τούτοις καὶ τοὺς μεμαρτυρημένους. Ἐμαρτυρήθη μεγάλως Ἀβραάμ, καὶ <sup>2</sup> φίλος προσηγορεύθη τοῦ Θεοῦ, καὶ λέγει, ἀτενίζων εἰς τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ, ταπεινοφρονῶν· <sup>3</sup> „ἐγὼ δὲ εἰμι γῆ καὶ σποδός.“ Ἐτι δὲ καὶ περὶ Ἰωβ οὕτω γέγραπται· <sup>4</sup> „Ἰωβ ἦν δίκαιος καὶ ἄμεμπτος, ἀληθινός, θεοσεβής, ἀπεχόμενος ἀπὸ παντὸς κακοῦ.“ Ἀλλ' αὐτὸς ἑαυτοῦ καταγ[ορῶν εἶπεν]· <sup>5</sup> „οὐδεὶς καθαρὸς ἀπὸ ἑ[αυτοῦ, ἐὰν καὶ] μῆς ἡμέρας ἢ ζῶν αὐτο[ῦ].“ <sup>6</sup> Μωϋσῆς πιστὸς ἐν ὄλῳ [τῷ ὄλῳ] αὐτοῦ ἐκλήθη, καὶ διὰ τῆς [ὑπηρε]σίας αὐτοῦ ἔκρινεν ὁ Θεὸς [ἴ Ἀίγυπτον] διὰ τῶν μαστίγων καὶ τῶν [αἰκι]σμάτων αὐτῶν· ἀλλὰ κακεί[νος] δοξασθεὶς μεγάλως οὐκ ἐμ[εγα]λοῤῥημύνησεν, ἀλλ' εἶπεν, ἐ[κ τῆς] βύτου χρηματισμοῦ αὐτῷ <sup>8</sup> διδο[μέ]νου· <sup>9</sup> „τίς εἰμι ἐγὼ, ὅτι με πέμπ[εις]; Ἐγὼ δὲ εἰμι ἰσχνόφρονος καὶ βρο[α]δύγλωσσος.“ Καὶ πάλιν λέγει· <sup>10</sup> „ἐγὼ δὲ εἰμι ἀτιμὸς ἀπὸ κύθρας.“

### XVIII. David exemplum humilitatis.

Τί δὲ εἴπωμεν ἐπὶ τῷ μεμαρτυρημένῳ Δαβίδ; πρὸς ὃν εἶπεν ὁ Θεός· <sup>11</sup> „εὔρον ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου, Δαβίδ τὸν τοῦ Ἰεσσαί, ἐν ἔλει αἰωνίῳ ἔχρισα αὐτόν.“ Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς λέγει πρὸς τὸν Θεόν· <sup>12</sup> „ἐλέησόν με, ὁ Θεός, κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου, καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρῶν σου ἐξάλειψον τὸ ἀνόμημά μου. Ἐπὶ πλεῖον πλῆθόν με ἀπὸ τῆς ἀνομίας μου, καὶ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας μου καθάρισόν με· ὅτι τὴν ἀνομίαν μου ἐγὼ γινώσκω, καὶ ἡ ἁμαρτία μου ἐνώπιόν μου ἐστὶν διαπαντός. Σοὶ μόνῳ ἤμαρτον, καὶ τὸ πονηρὸν ἐνώπιόν σου ἐποίησα· ὅπως ἂν δικαιωθῆς ἐν τοῖς λόγοις σου, καὶ νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε. Ἰδοὺ γὰρ ἐν ἀνομίαις συνελήφθην, καὶ ἐν ἁμαρτίαις ἐκίσθησέ με ἡ μήτηρ μου. Ἰδοὺ γὰρ, ἀλήθειαν ἠγάπησας. Τὰ ἀδύνατα καὶ τὰ κρύφια τῆς σοφίας σου ἐδήλωσάς μοι. Ῥαντιεῖς με ὑσώψω,

1) Ms. Ἑλισσαῖ, male.

2) II Paralip. 20, 7. Cfr. supra c. X. p. 67. Not. 5.

3) Gen. 18, 27.

4) Job. 1, 1.

5) Job. 14, 4. 5.

6) Num. 12, 7. Hebr. 3, 2.

7) Ita Wottonus. Ἀσὸν αὐτοῦ Ἰσραὴλ conjiciunt Millius et Jacobsonus, qui beatum Clementem ad eas plagas

pellibus adventum Christi praedicantes circumierunt, Etiam dicimus et <sup>1</sup> Elisiaeum et Ezechielem prophetas; et cum his eos, qui in Scriptura praeclarum testimonium consecuti sunt. Magno testimonio ornatus est Abraham, et Dei <sup>2</sup> amicus appellatus est; et ipse, gloriam Dei intente respiciens, in humilitate dixit: <sup>3</sup> *ego autem sum terra et cinis*. Praeterea et de Job sic scriptum est: <sup>4</sup> *Job erat justus et sine crimine, verax, colens Deum, abstinens ab omni malo*. Sed se ipsum accusans dixit: <sup>5</sup> *nemo mundus a sorde, etsi unius diei sit vita ejus*. <sup>6</sup> Moses in tota Dei domo fidelis appellatus est, et per ejus ministerium Deus <sup>7</sup> Aegyptum judicavit plagis et vexationibus. Sed ille, honore magno affectus, grandia non est locutus, sed cum ex rubo oraculum divinum ei <sup>8</sup> daretur, dixit: <sup>9</sup> *quis sum ego, ut me mittas? Gracili voce et tarda lingua sum*. Et rursus dicit: <sup>10</sup> *ego autem sum ollae vapor*.

#### XVIII. *David exemplum humilitatis.*

Quid autem de David, qui egregium testimonium obtinuit, dicemus? Ad quem loquutus est Deus: <sup>11</sup> *inveni hominem secundum cor meum, David, Jesse filium; in misericordia sempiterna unxi eum*. Atqui ille etiam dicit ad Deum: <sup>12</sup> *miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam; et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Amplius lava me ab iniquitate mea, et a peccato meo munda me; quoniam iniquitatem meam ego cognosco, et peccatum meum coram me est semper. Tibi soli peccavi, et malum coram te feci, ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas, cum judicaris. Ecce enim, in iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea. Ecce enim, veritatem dilexisti. Incerta et occulta sapientiae tuae*

respexisse putant, quas in deserto subierunt Israelitae, propter inobedientiam erga Mosem. Ἰσραὴλ τὸν Ἰσραὴλ GALLAND.

8) Ita Jacobsonus. Λεδομένου WOTT.

9) Exod. 3, 11. 4, 10.

10) Fortasse ex libro apocrypho.

11) Ps. 88, 21. Act. 13, 22.

12) Ps. 50, 3—19.

καὶ καθαρσθήσομαι· πλανεῖς με, καὶ ὑπὲρ χιόνα λευκανθήσομαι. Ἀκουτιεῖς με ἀγαλλισαὶν καὶ εὐφροσύνῃν, ἀγαλλιάσονται ὅσα ταπεινωμένα. Ἀπόστρεψον τὸ πρόσωπόν σου ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν μου, καὶ πάσας τὰς ἀνομίας μου ἐξάλειψ[ον]. Καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοί, ὁ Θεὸς, καὶ πνεῦμα ἑὐθὲς ἐγκαίνισον ἐν τοῖς ἐγκάτοις μου. Μὴ ἀπο[ρῆ]ψις με ἀπὸ τοῦ προσώπου σου, [καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιόν σου μὴ ἀντανέ[λ]ης ἀπ' ἐ]μοῦ. Ἀπόδος μοι τὴν ἀγαλ[λί]ασιν τ[οῦ] σωτηρίου σου, καὶ πνεύματι [ἡ]γεμονικῇ στήρισόν με. Διδά[ξ]ω ἀνόμους τὰς ὁδοὺς σου, καὶ ἀ[σ]εβεί[ς] ἐπιστρέψουσιν ἐπὶ σε. [Ρῦσαι] με ἐξ αἱμάτων, ὁ Θεὸς, ὁ Θεὸς τῆς [σωτ]ηρίας μου. [Ἀγαλλ]ιάσεται ἡ γλωσσά μου τὴν [δικ]αιοσύνην σου. Κύριε, τὸ στόμα μου [ἀν]οίξεις, καὶ τὰ χεῖλη μου ἀναγ[γ]ελεῖ τὴν αἴνεσίν σου. Ὅτι εἰ ἡ[θ]ήλθης θυσίαν, ἔδωκα ἂν· ὀλοκαντώματα οὐκ εὐδοκήσεις. Θυσία τῷ Θεῷ πνεῦμα συντετριμμένον· καρδίαν συντετριμμένην καὶ ταπεινωμένην ὁ Θεὸς οὐκ ἐξουθενώσει.“

XIX. *Haec exempla imitantes pacem quaeramus.*

Τῶν τοσούτων οὖν καὶ τοιούτων οὕτως μεμαρτυρημένον τὸ <sup>2</sup> ταπεινόφρον καὶ τὸ <sup>3</sup> ὑποδεὲς διὰ τῆς ὑπακοῆς, οὐ μόνον ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ τὰς πρὸ ἡμῶν γενεὰς βελτίους ἐποίησεν, τοὺς τε <sup>4</sup> καταδεξαμένους τὰ λόγια <sup>5</sup> αὐτοῦ ἐν φόβῳ καὶ ἀληθείᾳ. <sup>6</sup> Πολῶν οὖν καὶ μεγάλων καὶ ἐνδόξων <sup>7</sup> μετεκληρότες πράξεων, ἐπαναδράμωμεν ἐπὶ τὸν ἐξ ἀρχῆς παραδεδομένον ἡμῖν τῆς εἰρήνης σκοπὸν, καὶ ἀτενίσωμεν εἰς τὸν πατέρα καὶ πιστὴν τοῦ συμπαντος κόσμου, καὶ ταῖς μεγαλόπρεπέσι καὶ ὑπερβαλλούσαις αὐτοῦ δωρεαῖς τῆς εἰρήνης εὐεργεσίαις τε <sup>8</sup> κολληθῶμεν. Ἴδωμεν αὐτὸν κατὰ διάνοιαν, καὶ ἐμβλέψωμεν τοῖς ὄμμασι τῆς ψυχῆς εἰς τὸ μακρόθυμον αὐτοῦ βούλημα. Νοήσωμεν, πῶς <sup>9</sup> ἀόρητος ὑπάρχει πρὸς πᾶσαν τὴν κτίσιν αὐτοῦ.

1) Ita Ms. et LXX. Neutrum εὐθὲς legitur etiam apud LXX interpretes II Reg. 19, 18.

2) Ms. male habet ταπεινόφρονον, quod non est forma graeca.

3) Ὑποδέομαι, ego, humiliter rogo. Ὑποδεής = inferior, subditus, SCAPULA.

4) L. καταδεξομένους in Futuro; ita et superiores et praesentes et posteriores, ut par est, memorat. DAVIS.

*manifestasti mihi. Asperge me nunc hyssopo, et mundabor; lava me, et super nivem dealbabor. Auditui meo da gaudium et laetitiam, et exultabunt ossa mea humiliata. Averte faciem tuam a peccatis meis, et omnes iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me, Deus, et spiritum <sup>1</sup> rectum innova in visceribus meis. Ne projicias me a facie tua, et spiritum tuum sanctum ne auferas a me. Redde mihi laetitiam salutaris tui, et spiritu, qui carni imperat, confirma me. Docebo iniquos vias tuas, et impii ad te convertentur. Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis meae. Decantabit lingua mea justitiam tuam. Domine, os meum aperies, et labia mea annuntiabunt laudem tuam. Quoniam, si voluisses sacrificium, dedissem utique; sed holocaustis non delectaris. Sacrificium Deo spiritus contribulatus; cor contritum et humiliatum Deus non despiciet.*

XIX. *Haec exempla imitantes pacem quaeramus.*

Talium igitur et tantorum, qui tam clarum elogium consecuti sunt, <sup>2</sup> humilitas et per obedientiam <sup>3</sup> subjectio, non tantum nos, sed et generationes ante nos meliores reddidit, eos nempe, qui in timore et veritate <sup>4</sup> susceperunt eloquia <sup>5</sup> ejus. <sup>6</sup> Quare multorum magnorumque et illustrium gestorum <sup>7</sup> participes facti, recurramus ad pacis scopum nobis ab initio traditum, et totius mundi parentem et creatorem diligenter intueamur, atque illius magnificis et exsuperantibus donis pacis et benefactis firmiter <sup>8</sup> adhaereamus. Cogitatione contemplemur eum, et mentis oculis longaniam ejus voluntatem intueamur. Videamus, quantopere <sup>9</sup> clementem se praebeat erga omnem creaturam suam.

5) Sc. Θεοῦ.

6) Cfr. Hebr. 12, 1.

7) Participes προξενῶν sumus, quia earum memoriam nobis prodit S. Scriptura. DAVIS.

8) Teneamus pacem aequae firmam, ac ea in rerum natura tenetur.

9) Harmoniam mundi (c. 20) instituens, clementem se praebet Deus erga omnem creaturam.



XX. *Pacem et concordiam a Deo amari, harmonia mundi et ordo naturae demonstrat; unde multa nobis adfluunt beneficia.*

Οἱ οὐρανοὶ τῇ διοικήσει αὐτοῦ σαλευόμενοι ἐν εἰρήνῃ ὑποτάσσονται αὐτῷ· ἡμεῖρα τε καὶ νῦξ τὸν τεταγμένον ὑπ' αὐτοῦ δρόμον διανύουσιν, μηδὲν ἀλλήλοις ἐμποδίζοντα. Ἡλιός τε καὶ σελήνη, ἀστέρων τε χοροὶ κατὰ τὴν διαταγὴν [α]ὐτοῦ ἐν ὁμοιοῖα δίχα πάσης [π]αρεκβάσεως ἐξελίσσουσιν [το]ῦς ἐπιτεταγμένους αὐτοῖς ὄρισμούς. Ἰῆ κυοφοροῦσα, κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ τοῖς ἰδίους καιροῖς τὴν <sup>1</sup> παμπληθῆ ἀνθρώποις τε καὶ θηροῖν καὶ πᾶσιν τοῖς οὖσιν ἐπ' αὐτὴν ζώοις ἀνατέλλει τροφήν, μὴ διχοστατοῦσα, μηδὲ ἀλλοιοῦσά τι τῶν δεδογματισμένων ὑπ' αὐτοῦ. Ἀβύσσων τε ἀνεξιχνίαστα καὶ νεοτέρων ἀνεδιήγητα <sup>2</sup> κλήματα τοῖς <sup>3</sup> αὐτοῖς συνέχεται προστάγμασιν. <sup>4</sup> Τὸ κύτος τῆς ἀπέιρου θαλάσσης, κατὰ τὴν δημιουργίαν αὐτοῦ συσταθὲν εἰς τὰς συναγωγὰς, οὐ παρεκβαίνει τὰ <sup>5</sup> περιτεθειμένα αὐτῇ κλεῖθρα, ἀλλὰ καθὼς διέταξεν αὐτῇ, οὕτως ποιεῖ. Εἶπεν γάρ· <sup>6</sup> „ἔως ὧδε ἤξει, καὶ τὰ κύματά σου ἐν σοὶ συντριβήσεται.“ <sup>7</sup> Ὠκεανὸς ἀνθρώποις ἀπέραντος, καὶ οἱ μετ' αὐτὸν κόσμοι ταῖς αὐταῖς <sup>8</sup> ταγαῖς τοῦ δεσπότητος διευθύνονται. Καιροὶ ἔαρινοὶ, καὶ θερινοὶ, καὶ μετοπωρινοὶ, καὶ χειμερινοὶ ἐν εἰρήνῃ μεταπαραδιδόασιν ἀλλήλοις. Ἀνέμων σταθμοὶ κατὰ τὸν ἴδιον καιρὸν τὴν λειτουργίαν αὐτῶν ἀπροσκόπως ἐπιτελοῦσιν· ἀέναοι τε πηγαὶ πρὸς ἀπόλαυσιν καὶ ὑγίειαν δημιουργηθεῖσαι, δίχα ἐλλείψεως παρέχονται τοὺς πρὸς ζωῆς ἀνθρώποις μαζούς· τὰ τε ἐλάχιστα τῶν ζώων τὰς συνελεύσεις αὐτῶν ἐν εἰρήνῃ καὶ ὁμοιοῖα ποιοῦνται. Ταῦτα πάντα ὁ μέγας δημιουργὸς καὶ δεσπότης τῶν ἀπάντων ἐν εἰρήνῃ καὶ ὁμοιοῖα προσέταξεν εἶναι, εὐεργετῶν τὰ πάντα, ὑπερεκπερισσῶς δὲ ἡμᾶς τοὺς προσπεφυγότας τοῖς οἰκτιρμοῖς αὐτοῦ, διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, <sup>9</sup> ᾧ ἡ δόξα καὶ ἡ μεγαλωσύνη εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

1) Ms. habet πανπληθῆ. Apud LXX et Scriptores Alexandrinos v saepe non colliquescit, sed retinetur. JACOBSON.

2) Κλήματα = οικονομίαι SUIDAS. Ergo = rationes, dispositiones. Wottono placet κλήματα, tractus, sive regiones. Birrius existimat, S. Patrem

**XX. Pacem et concordiam a Deo amari, harmonia mundi et ordo naturae demonstrat; unde multa nobis adfluunt beneficia.**

Coeli, gubernatione ejus commoti, in pace ei subjiciuntur; dies etiam et nox, nullo sibi invicem impedimento, constitutum ab eo cursum absolvunt. Sol et luna, et siderum chori, secundum ejus mandatum, sine ullo errore, in concordia sibi constitutas dispositiones evolvunt. Terra grava secunda ejus voluntatem suis temporibus hominibus, feris et omnibus, quae super eam sunt, animantibus, alimentum in <sup>1</sup> abundantia profert, non haesitans, neque mutans quidquam eorum, quae ab illo decreta sunt. Abyssorum investigabilia, et profundi inenarrabiles <sup>2</sup> institutiones <sup>3</sup> eisdem legibus continentur. <sup>4</sup> Moles immensi maris, per ordinationem ejus in cumulos coagmentata, <sup>5</sup> circumposita sibi claustra non transgreditur, sed prout ei praecepit, ita facit. Dixit enim: <sup>6</sup> *huc usque venies, et in te ipso conterentur fluctus tui.* <sup>7</sup> Oceanus hominibus impermeabilis, et qui trans ipsum sunt mundi, eisdem Domini <sup>8</sup> dispositionibus gubernantur. Vernae, aestivae, autumnales et hyemales tempestates in pace aliae aliis succedunt. Ventorum stationes peculiari suo tempore munus suum sine offenculo obeunt; fontes etiam perennes, ad usum et sanitatem facti, ubera sine defectu ad vitam hominum sustentandam praebent; et animalia minima in pace et concordia coetus suos faciunt. Haec omnia magnus opifex et omnium Dominus in pace et concordia fieri jussit, benefaciens omnibus, superabundanter autem nobis, qui ad miserationes ejus confugimus, per Dominum Jesum Christum, <sup>9</sup> cui gloria et majestas in secula seculorum. Amen.

scripsisse *κύματα, occultae voragine* (vox Graecis insolens). Junius et alii malunt *κύματα, undae*.

3) Nolte conjicit *αὐτοῦ*, scil. *θεοῦ*.

4) Gen. 1, 9.

5) Job. 38, 10. Ps. 103, 9.

6) Job. 38, 11.

7) *Clem. Alex. Strom. V, 12. p. 693.*

8) L. *ἐπιταγαῖς* vel *διαταγαῖς* *Ἰουκ.*

FELL.

9) Non solum in fine, sed et in medio epistolae suae S. Clemens more divi Pauli *δοξολογία* utitur.

XX. *Pacem et concordiam conditionis auctoribus, ne in-  
ordo naturae demonstr-*

Οἱ οὐρανοὶ -

τάσσονται αὐτῶν  
δρόμον δι-  
σελήνη  
νοία  
μ

*Hor-tationes.*  
αὐτῶν εὐεργεσίαι αὐτοῦ αἱ πολλαὶ γίνονται  
ἐάν μὴ ἀξίως αὐτοῦ πολιτευόμενοι τὰ  
ἐπιτάγματα αὐτοῦ ποιῶμεν μεθ' ὁμονοίας. Λέγει  
κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν, οὐδὲ τῶν διαλογισμῶν, ὧν ποιούμεθα. Δι-  
στειλάμεθα ἡμῶν, μηδὲ τῶν ἐπιτάξεων αὐτοῦ ἀπειθήσομεθα. Ἄλλοι  
ἀνθρώποις ἀφροσι καὶ ἀνοήτοις καὶ ἐπαιρομένοις  
καὶ ἐγκαυχόμενοις ἐν ἀλαζονείᾳ τοῦ λόγου αὐτῶν προσκόψομεν,  
ἐν τῷ Θεῷ. Τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, οὗ τὸ αἷμα ὑπὲρ ἡμῶν  
ἐδόθη, ἐντραπέσομεν, τοὺς <sup>2</sup> προηγούμενους ἡμῶν αἰδεσθῶμεν,  
τοὺς πρεσβυτέρους ἡμῶν τιμῶσομεν, τοὺς νέους παιδεύσομεν  
τὴν παιδείαν τοῦ φόβου τοῦ Θεοῦ, <sup>3</sup> τὰς γυναῖκας ἡμῶν ἐπὶ  
τὸ ἀγαθὸν διορθωσώμεθα. Τὸ ἀξιαγάπητον τῆς ἀγνείας ἦθος  
ἐνδειξάσθωσαν, τὸ ἀκέραιον τῆς πραΰτητος αὐτῶν βούλημα ἀπο-  
δειξάτωσαν, τὸ ἐπιεικὲς τῆς γλώσσης αὐτῶν διὰ τῆς <sup>4</sup> φωνῆς  
φανερὸν ποιησάτωσαν, τὴν ἀγάπην αὐτῶν μὴ <sup>5</sup> κατὰ προσκλήσεις,  
ἀλλὰ πᾶσιν τοῖς φοβουμένοις τὸν Θεὸν ὁσίως, ἴσῃν παρεχέ-  
τωσαν. Τὰ τέκνα ὑμῶν τῆς ἐν Χριστῷ παιδείας μεταλαμβάν-  
έτωσαν· μαθήτωσαν, τί ταπεινοφροσύνη παρὰ Θεοῦ λοχύει,  
τί ἀγάπη ἀγνή παρὰ τῷ Θεῷ δύναται, πῶς ὁ φόβος αὐτοῦ  
καλὸς καὶ μέγας καὶ σώζων πάντας τοὺς ἐν αὐτῷ ὁσίως ἀνα-  
στρεφόμενοις ἐν καθαρῇ διανοίᾳ. <sup>6</sup> Ἐρευνητὴς γὰρ ἐστὶν ἐν-  
νοιῶν καὶ ἐνθυμήσεων· οὗ ἡ πνοὴ αὐτοῦ ἐν ἡμῖν ἐστίν, καὶ  
ὅταν θέλῃ, <sup>7</sup> ἀνελεῖ αὐτήν.

1) Prov. 20, 27. Haec usque ad  
finem c. 22 exscripsit Clem. Alex.  
Strom. IV, 17. p. 611 et 612. Contra  
Bernardus autumat, ex Alexandrino  
interpolatum esse Romanum Clemen-

tem, cfr. supra c. 9. p. 66. Nota 2.  
Nolte conjicit, ante πνεῦμα subintel-  
ligendum esse ἀνθρώπου, quod in LXX  
legitur.

2) Cfr. Rothe, Anfänge etc. p. 403,

XI. *Obtemperemus Deo, non seditionis auctoribus, ne innumera illius beneficia nobis in condemnationem cedant.*

*Adhortationes.*

Videte, dilecti, ne beneficia ejus, quae multa sunt, nobis omnibus in condemnationem cedant, nisi digne illo viventes bona et accepta in conspectu ejus cum concordia fecerimus. Dicit enim alicubi: <sup>1</sup> *spiritus Domini lucerna scrutans cavernas ventris*. Consideremus, quam prope sit, et quod cogitationum nostrarum et colloquiorum, quae habemus, nihil ipsum lateat. Aequum est igitur, ut non simus transfugae a voluntate ejus. Homines stultos et insipientes, elatos et in sermonis sui jactantia gloriantes, potius quam Deum, offendamus. Dominum Jesum Christum, cujus sanguis pro nobis datus est, veneremur, <sup>2</sup> praepositos nostros revereamur, seniores nostros honoremus, juvenes in disciplina timoris Dei erudiamus, <sup>3</sup> uxores nostras ad id, quod bonum est, dirigamus. Amabiles castitatis mores ostendant, puram et sinceram mansuetudinis suae voluntatem demonstrant, linguae suae moderationem <sup>4</sup> voce manifestam faciant, charitatem suam <sup>5</sup> sine personarum acceptione omnibus Deum sancte timentibus aequalem exhibeant. Liberi vestri disciplinae Christi participes sint; discant, quantum humilitas apud Deum valeat, quid casta charitas apud Deum possit, quemadmodum timor ejus bonus est et magnus, servans omnes, qui in ipso sancte versantur in pura mente. <sup>6</sup> Est enim cogitationum et consiliorum mentis scrutator, cujus spiritus est in nobis; et quum voluerit, <sup>7</sup> auferet eum.

et supra c. 1. p. 54. Not. 2. Ueberius de hac re disputavit *Thoenissen* (zwei hist. theol. Abhandlungen, Trier 1841), monens: προηγούμενους significare praesentem *Episcopum* Corinthiorum et successores ejus, vocem προβαυτιέους autem de collegio *Presbyterorum*, νέους de

multitudine *Laicorum* intelligendam esse.

3) Similia monet *Polycarpus* ad Phil. c. 4.

4) Σιγῆς Clem. Alex.

5) Cfr. I Tim. 5, 21.

6) Cfr. Hebr. 4, 12.

7) Ita DAVIS.; ἀρέλει WOTT.

XXII. *Adhortationes hae roborantur fide christiana, quae miseriam peccatorum praedicat.*

<sup>1</sup> Ταῦτα δὲ πάντα βεβαιοῖ ἡ ἐν Χριστῷ πίστις· καὶ γὰρ αὐτὸς διὰ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου οὕτως προσκαλεῖται ἡμᾶς·  
<sup>2</sup> „δεῦτε, τέκνα, ἀκούσατέ μου, φόβον κυρίου διδάξω ὑμᾶς. Τίς ἐστὶν ἄνθρωπος ὁ θέλων ζῶν, ἀγαπῶν ἡμέρας ἰδεῖν ἀγαθᾶς; Παῦσον τὴν γλῶσσάν σου ἀπὸ κακοῦ, καὶ χεῖλη <sup>3</sup> τοῦ μὴ λαλῆσαι δόλον. Ἐκκλινον ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποιήσον ἀγαθόν. Ζήτησον εἰρήνην, καὶ δίωξον αὐτήν. Ὀφθαλμοὶ κυρίου ἐπὶ δικαίους, καὶ ὅσα αὐτοῦ πρὸς δέησιν αὐτῶν· πρ[όσωπον δὲ] κυρίου ἐπὶ ποιούντας κακ[ά, τοῦ ἐξολ]εθρεῦσαι ἐκ γῆς τὸ μημ[όσυνον] αὐτῶν. <sup>4</sup> Ἐκέκραξεν ὁ δ[ίκαιος], καὶ ὁ κύριος εἰσήκουσεν αὐ[τοῦ, καὶ ἐκ] πασῶν τῶν θλίψεων α[ὐτοῦ ἐρῆν]ισατο αὐτόν. <sup>5</sup> Πολλὰ αἱ μάστι[γες] τοῦ ἁμαρτωλοῦ, τοὺς δὲ ἐ[λπίζον]τας ἐπὶ κύριον ἔλεος κυκλώσε[ι].“

XXIII. *Estote humiles. Credite, Christum esse venturum.*

Ὁ οἰκτιρῶν κατὰ πάντα καὶ εὐεργετικὸς πατήρ ἔχει σπλάγχνα ἐπὶ φοβουμένους αὐτόν, ἡπίως [τε] καὶ προσηκῶς τὰς χάριτας αὐ[τοῦ] ἀποδοῖ τοῖς προσερχομένοι[ς] αὐτῷ ἀπλῆ διανοία. Διὸ μὴ διψυχῶμεν, μηδὲ <sup>6</sup> ἰνδαλλέσθω ἡ ψυχὴ ἡμῶν ἐπὶ ταῖς ὑπερβαλλούσαις καὶ ἐνδόξοις δωρεαῖς αὐτοῦ. Πόρρω γενέσθω ἀφ' ἡμῶν ἡ γραφὴ αὕτη, ὅπου λέγει· <sup>7</sup> „ταλαιπῶροί εἰσιν οἱ δίψυχοι, οἱ διστάζοντες τὴν ψυχὴν, οἱ λέγοντες· ταῦτα ἴκουσαμεν καὶ ἐπὶ τῶν πατέρων ἡμῶν, καὶ ἰδοὺ γεγηράκαμεν, καὶ οὐδὲν ἡμῖν τούτων συμβέβηκεν.“ <sup>8</sup> Ὡ ἀνόητοι, συμβάλετε ἑαυτοὺς ξύλω· λάβετε ἄμπελον. Πρῶτον μὲν φυλλορῥοεῖ, εἶτα βλαστὸς γίνεται, εἶτα φύλλον, εἶτα ἄνθος, καὶ μετὰ ταῦτα ὄμφαξ, εἶτα σταφυλὴ παρεστηκυῖα. Ὅρατε, ὅτι ἐν καιρῷ ὀλίγῳ εἰς πέπειρον <sup>9</sup> καταντᾷ ὁ καρπὸς τοῦ ξύλου.

1) Cfr. Clem. Alex. l. c.

2) Ps. 33, 11—18.

3) Lege σοῦ ut apud LXX et Clem. Alex. GALLAND.

4) Vid. Schleusneri Lex. in LXX s. v. κερᾶγω.

5) Ps. 31, 10.

6) Ἰνδαλλέσθαι = φαίνεσθαι, φαντάζεσθαι, germanice dünken et sich

XXII. *Adhortationes hae roborantur fide christiana, quae miseriam peccatorum praedicat.*

<sup>1</sup> Haec autem omnia confirmat fides, quae est in Christo. Ipse enim per Spiritum sanctum ita nos compellat: <sup>2</sup> *venite filii, audite me; timorem Domini docebo vós. Quis est homo, qui vult vitam, diligens dies videre bonos? Prohibe linguam tuam a malo, et labia, <sup>3</sup> ne loquantur dolum. Declina a malo, et fac bonum. Quaere pacem, et persequere eam. Oculi Domini super justos, et aures ejus in preces eorum; vultus autem Domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum. <sup>4</sup> Clamavit justus, et Dominus exaudivit eum, et ex omnibus tribulationibus ejus liberavit eum. <sup>5</sup> Multa sunt flagella peccatoris, sperantem autem in Domino misericordia circumdabit.*

XXIII. *Estote humiles. Credite, Christum esse venturum.*

Misericors in omnibus et benignus pater viscera erga timentes eum habet, gratiasque suas benigne et suaviter largitur iis, qui ad ipsum simplici mente accedunt. Quare animo duplici ne simus, neque super eximiis et honorificis donis ejus <sup>6</sup> efferatur anima nostra. Longe a nobis absit Scriptura haec, ubi dicitur: <sup>7</sup> *miseri sunt, qui animo sunt duplices et dubii, dicentes: Haec audivimus etiam tempore patrum nostrorum, et ecce, consenuimus, et nihil horum nobis accidit. <sup>8</sup> O fatui, comparate vos arbori; vitem sumite. Primum quidem foliis nudatur, germen postea fit, folium deinde et flos, posthaec uva acerba, tandem demum uva matura. Videtis, quod in exiguo tempore fructus arboris ad maturitatem <sup>9</sup> perducitur. In veri-*

*dünken* = φουσιῶσθαι ut I Cor. 4, 6. Ὡ ἀνόητοι — καρδία τοῦ ξύλου etiam

7) Haec verba ex apocrypha quadam scriptura sumta fuisse censet in fragmento illo (II Clem. ad Corinth. c. 11) habentur.

Cotelerius. Contra Wottonus conjicit, 9) καταγῆν. Verbum hoc Novi Foederis Scriptoribus usitatissimum est. Cfr. Act. 20, 15. 25, 13. 26, 7.

8) Similia leguntur Matth. 24, 32. I Cor. 10, 11. 14, 36. ЯСОВСЯ.

Ἐπ' ἀληθείας ταχὺ καὶ ἐξαίφνης τελειωθήσεται τὸ βούλημα αὐτοῦ, συνεπιμαρτυρούσης καὶ τῆς γραφῆς· <sup>1</sup> „ὅτι ταχὺ ἦξει, καὶ οὐ χρονεῖ, καὶ ἐξαίφνης ἦξει ὁ κύριος εἰς τὸν ναὸν αὐτοῦ, καὶ ὁ <sup>2</sup> ἄγιος, ὃν ὑμεῖς προσδοκᾶτε.“

XXIV. *Futura resurrectionem Deus continue nobis in natura ostendit.*

Κατανοήσωμεν, ἀγαπητοί, πῶς ὁ δεσπότης ἐπιδεικνύεται διηγεκῶς ἡμῖν τὴν μέλλουσαν ἀνάστασιν ἔσεσθαι, ἧς τὴν <sup>3</sup> ἀπαρχὴν ἐποιήσατο τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, ἐκ νεκ[ρῶν] ἀναστήσας. Ἴδωμεν, ἀγαπητοί, τὴν κατὰ και[ρὸν] γινομένην ἀνάστασιν. Ἡμέρ[α και] νῦξ ἀνάστασιν ἡμῖν δηλοῦσ[ιν]· <sup>4</sup> κοιμάται ἡ νῦξ, ἀνίσταται ἡ[μέρα]· ἡ ἡμέρα ἄπεισιν, νῦξ ἐπέρ[χεται]. Βλέπομ[εν] τοὺς καρποὺς· ὁ σπόρος [κόκκου] τίμα τρόπον γίνεται; <sup>5</sup> Ἐξῆλ[θεν] ὁ σπ[είριον] καὶ ἔβαλεν εἰς τὴν γῆν, [καὶ βληθέ]ντων σπερμάτων, ἅτινα πέ[πτωκεν] εἰς τὴν γῆν ξηρὰ καὶ γυμνὰ, δι[αλύεται]. Εἶτ' ἐκ τῆς διαλύσεως ἡ μεγα[λειότη]ς τῆς προνοίας τοῦ δεσπότη [ἀνίσ]τησιν αὐτὰ, καὶ ἐκ τοῦ ἐνὸς πλεί[ονα α]ὔξει, καὶ ἐκφέρει καρπὸν.

XXV. *Phoenix resurrectionis nostrae imago.*

[Ἴδω]μεν τὸ παράδοξον σημεῖον, τὸ [γιν]όμενον ἐν τοῖς ἀνατολικοῖς [τό]ποις, τουτέστιν τοῖς περὶ τὴν Ἀραβίαν. Ὁρνεον γάρ ἐστιν, ὃ προσονομάζεται <sup>6</sup> Φοῖνιξ. Τοῦτο μονογενὲς ὑπάρχον ζῆ ἔτη πεντακόσια· γενόμενόν τε ἤδη πρὸς ἀπόλυσιν τοῦ ἀποθανεῖν αὐτό, σηκὸν ἐαντιῷ ποιεῖ ἐκ λιβάνου καὶ σμύρνης καὶ τῶν λοιπῶν ἀρωμάτων, εἰς ὃν πληρωθέντος τοῦ χρόνου εἰσέρχεται, καὶ τελευτᾷ. Σηπομένης δὲ τῆς σαρκὸς σκώληξ τις γεννᾶται, ὃς ἐκ τῆς ἰμάδος τοῦ τετελευτηκότος ζώου ἀνατρεφόμενος πτεροφνεῖ. Εἶτα γενναῖος γενόμενος αἶρει τὸν σηκὸν ἐκεῖνον, ὅπου τὰ ὀσᾶ τοῦ προγεγονότος ἐστίν, καὶ ταῦτα βαστάζων <sup>7</sup> διανίει ἀπὸ τῆς Ἀραβικῆς χώρας ἕως τῆς Αἰγύπτου εἰς τὴν λεγομένην Ἠλιούπολιν. Καὶ ἡμέρας, βλεπόντων πάν-

1) Habac. 2, 3. Malach. 3, 1. Cfr. Hebr. 10, 37.

2) In LXX legimus ἄγγελος.

3) Cfr. I Cor. 15, 20. Col. 1, 18.

4) Hunc locum Clementis secutus est Tertullianus de resurr. §. 12.

tate, brevi et subito voluntas ejus perficietur; scriptura etiam testimonium perhibente, <sup>1</sup> *quod statim venturus sit, neque tardabit, et statim veniet Dominus in templum suum, et* <sup>2</sup> *sanctus, quem vos exspectatis.*

XXIV. *Futuram resurrectionem Deus continue nobis in natura ostendit.*

Consideremus, dilecti, quemadmodum Dominus futuram resurrectionem continuo nobis ostendat, cujus <sup>3</sup> primitias Dominum Jesum Christum fecit, suscitans eum a mortuis. Intueamur, dilecti, resurrectionem, quae omni tempore fit. Dies et nox resurrectionem nobis ostendunt; <sup>4</sup> nox cubat, exurgit dies; abit dies, nox ingruit et insequitur. Intueamur fruges; seminatio grani quomodo fiat. <sup>5</sup> Egressus est seminator, et semen in terram jecit, et jactis seminibus, quae nuda et arida in terram ceciderunt, dissolvuntur. Deinde ex dissolutione magna divinae providentiae potentia ea resuscitat, ac ex uno plura fiunt, et fructum producant.

XXV. *Phoenix resurrectionis nostrae imago.*

Contemplemur signum mirabile, quod in partibus orientis, scilicet in Arabia et viciniis, fit. Avis est, quae <sup>6</sup> Phoenix vocatur. Haec unigena existens annos quingentos vivit, quumque jam morte dissolvenda est, e thure, myrrha et reliquis aromatibus loculum sibi struit, quem completo annorum spatio ingreditur, et vitam deponit. Ex carne vero ejus putrefacta vermis quidam nascitur, qui animalis defuncti humore nutritus plumescit. Auctis postea viribus loculum tollit, in quo ossa parentis recondita sunt, eaque portans <sup>7</sup> iter ex Arabica regione in Aegyptum, et urbem, quae Heliopolis dicitur, perficit. Ac

5) Cfr. Luc. 8, 5.

6) Haec recitat *Cyrrillus Hier.* Cat. 18, 8; similia *Tertull.* de resurr. §. 13. Fabulam de Phoenice referunt *Plinius* Hist. nat. X, 2 et *Herodotus* II, 73. Cfr. *Creuser*, Symb. et Mytholog.

edit. III. T. II. p. 163 et R. J. F. *Henrichsen*, de Phoenicis fabula apud Graecos, Romanos et populos orientales. Particula I. et II. Havniae 1825 et 1827.

7) Ms. habet *diareves*, male.



των, επιπτώας, ἐπὶ τὸν τσῷ ἡλίου βωμὸν τίθησιν αὐτὰ, καὶ οὕτως εἰς τοῦτίσω ἀφορμᾶ. Οἱ οὖν ἱερεῖς ἐπισκέπτονται τὰς ἀναγραφὰς τῶν χρόνων, καὶ εὐρίσκουσιν αὐτὸν πεντακοσιοστοῦ ἔτους πεπληρωμένου ἐληλυθέναι.

**XXVI. Resurgemus igitur, quod et S. Scriptura testatur.**

Μέγα καὶ θαυμαστὸν οὖν νομιζομεν εἶναι, εἰ ὁ δημιουργὸς τῶν ἀπάντων ἀνάστασιν ποιήσεται τῶν ὁσίων αὐτῷ δουλεσάντων ἐν πεποιθήσει πίστεως ἀγαθῆς, ὅπου καὶ δι' ὀργῶν δεικνυσιν ἡμῖν τὸ μεγαλεῖον τῆς ἐπαγγελίας αὐτοῦ; Λέγει γάρ που· <sup>1</sup> „καὶ ἐξαναστήσεις με, καὶ ἐξομολογήσομαι σοι.“ [καί· <sup>2</sup> „ἐκοιμήθην καὶ ὑπνώσα, ἐξ[γ]έρθην, ὅτι σὺ μετ' ἐμοῦ εἶ.“ [Καί] πάλιν Ἰωβ λέγει· <sup>3</sup> „καὶ ἀναστήσεις [τὴν] σάρκα μου ταύτην, τὴν ἀναντήσασαν ταῦτα πάντα.“

**XXVII. Spe resurrectionis adhaereamus Deo, omnipotenti et omniscienti.**

Ταύτη οὖν τῇ ἐλπίδι προσδεδεδέσθωσαν αἱ ψυχαὶ ἡμῶν τῷ πιστῷ ἐν ταῖς ἐπαγγελίαις καὶ τῷ δικαίῳ ἐν τοῖς κρίμασιν. Ὁ παραγγέλλας μὴ ψεύδασθαι, πολλῶ μάλλον <sup>4</sup> αὐτὸς οὐ ψεύσεται· οὐδὲν γὰρ ἀδύνατον παρὰ τῷ Θεῷ, εἰ μὴ τὸ ψεύσασθαι. Ἀναζωπυροσάτω οὖν ἡ πίστις αὐτοῦ ἐν ἡμῖν, καὶ νοήσωμεν, ὅτι πάντα ἐγγὺς αὐτῷ ἐστίν. Ἐν λόγῳ τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ συνεστήσατο τὰ πάντα, καὶ ἐν λόγῳ δύναται αὐτὰ καταστρέφειν· <sup>5</sup> „Τίς ἐρεῖ αὐτῷ· τί ἐποίησας; ἢ τίς ἀντιστήσεται τῷ κράτι τῆς ἰσχύος αὐτοῦ;“ Ὅτε θέλει, καὶ ὡς θέλει, ποιήσει πάντα, <sup>6</sup> καὶ οὐδὲν μὴ <sup>7</sup> παρέλθῃ τῶν δεδογματισμένων ὑπ' αὐτοῦ. Πάντα ἐνώπιον αὐτοῦ εἰσι, καὶ οὐδὲν κέληθεν τὴν βουλὴν αὐτοῦ. <sup>8</sup> „Εἰ οἱ οὐρανοὶ διηγούνται δόξαν Θεοῦ, ποιήσιν δὲ χειρῶν αὐτοῦ ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα. Ἡ ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ ἐφρεύεται ῥῆμα, καὶ νύξ νυκτὶ ἀναγγέλλει γνώσιν· καὶ οὐκ εἰσι λόγοι, οὐδὲ λαλῖαι, <sup>9</sup> ἃν οὐχὶ ἀκούονται αἱ φωναὶ αὐτῶν.“

1) Ps. 27, 7 vel ex libro apocrypho.

2) Similia leguntur Ps. 3, 6.

3) Job. 19, 25. 26. De hoc loco

cfr. Hieronymum: *nullus tam aperte post Christum, quam iste ante Christum de resurrectione loquitur.* Opp. T. II. p. 438 ed. Vallara.

spectantibus omnibus diurno tempore advolans, super altare Solis illa collocat, atque ita, unde venerat, regreditur. Sacerdotes commentarios temporum diligenter inspiciunt, et impleto anno quingentesimo rediisse illam comperiunt.

XXVI. *Resurgemus igitur, quod et S. Scriptura testatur.*

An magnum igitur et admirabile arbitrabimur, si rerum omnium opifex resurgere eos faciat, qui in bonae fidei confidentia religiose illi inservierunt, cum per volucrem promissionis suae magnificentiam abunde nobis patefaciat? Dicit enim alicubi: <sup>1</sup> *suscitabis me, et confitebor tibi*; et: <sup>2</sup> *dormivi et soporatus sum; surrexi, quia tu mecum es*. Et rursus Job dicit: <sup>3</sup> *et carnem hanc meam resuscitabis, quae omnia haec passa est*.

XXVII. *Spe resurrectionis adhaereamus Deo, omnipotenti et omniscienti.*

Hac igitur spe animi nostri ad eum adstringantur, qui fidelis est in promissionibus, et justus in judiciis. Qui mentiri vetuit, multo minus <sup>4</sup> ipse mentietur; nihil enim Deo impossibile praeterquam mentiri. Exsuscitetur itaque in nobis fides ejus, et quod omnia ipsi propinqua sint, consideremus. Verbo majestatis suae constituit omnia, et verbo suo potest illa evertere. <sup>5</sup> *Quis dicet ei: quid fecisti? Vel quis fortitudinis ejus robori resistet?* Quando vult, et quomodo vult, omnia faciet; <sup>6</sup> neque quidquam ab eo semel decretum <sup>7</sup> praeteribit. Omnia coram ipso sunt, nihilque consilium ejus latuit. <sup>8</sup> *Si coeli enarrant gloriam Dei; opus manuum ejus annuntiat firmamentum. Dies diei eructat verbum, et nox nocti indicat scientiam; et non sunt loquelae, neque sermones, <sup>9</sup> quorum non audiantur voces.*

4) Cfr. Tit. 1, 2. Hebr. 6, 18.

5) Sap. 12, 12. 11, 22.

6) Cfr. Matth. 24, 35.

7) Wottonus, Fellus et Colomesius conjiciunt *παρρησιας*, Jacobsonus: *ωσπερ*

*καὶ οὐδὲν μὴ παρρησιας*, sed cfr. Winer, neutest. Grammatik, edit. IV. §. 60. p. 472. 3. et Matth. 24, 34 et 35.

8) Ps. 18, 2. 3. 4.

9) I. e. qui non intelligantur.

XXVIII. *Deus omnia videt, ergo fugiamus peccata.*

Πάντων οὖν βλέπομένων καὶ ἀκουομένων <sup>1</sup>, φοβηθῶμεν αὐτὸν, καὶ ἀπολείπωμεν φανῶν ἔργων μιαρὰς ἐπιθυμίας, ἵνα τῷ ἐλέει αὐτοῦ σκεπασθῶμεν ἀπὸ τῶν μελλόντων κριμάτων. Ποῦ γάρ τις ἡμῶν δύναται φηγεῖν ἀπὸ τῆς κραταιᾶς χειρὸς αὐτοῦ; Ποῖος δὲ κόσμος δέξεται τινὰ τῶν αὐτομολούντων ἀπ' αὐτοῦ; Λέγει γάρ που τὸ <sup>2</sup> γραφεῖον· <sup>3</sup> „ποῦ ἀφήξω, καὶ ποῦ κρυβήσομαι ἀπὸ τοῦ προσώπου σου; Ἐὰν ἀναβῶ εἰς τὸν οὐρανὸν, σὺ εἶ ἐκεῖ· ἐὰν ἀπέλθω εἰς τὰ ἔσχατα τῆς γῆς, ἐκεῖ ἡ δεξιὰ σου· ἐὰν <sup>4</sup> καταστρώσω εἰς τὰς ἀβύσσους, ἐκεῖ τὸ πνεῦμά σου.“ <sup>5</sup> Ποῖ οὖν τις ἀπέλθῃ, ἢ ποῦ ἀποδράσῃ ἀπὸ τοῦ τὰ πάντα ἐμπεριέχοντος;

XXIX. *Et accedamus ad Deum in sanctitate cordis.*

Προσέλθωμεν οὖν αὐτῷ ἐν ὁσιότητι ψυχῆς, <sup>6</sup> ἀγνὰς καὶ ἀμιάτους χεῖρας αἶροντες πρὸς αὐτὸν, ἀγαπῶντες τὸν ἐπιεικῆ καὶ εὐσπλαγχνον πατέρα ἡμῶν, <sup>7</sup> ὃς ἐκλογῆς μέρος ἐποίησεν ἑαυτῷ. Οὕτω γὰρ γέγραπται· <sup>8</sup> „ὅτε διεμέριζεν ὁ ὕψιστος ἔθνη, ὡς διέσπειρεν υἱοὺς Ἀδάμ, ἔστησεν ὅρια ἔθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ. Ἐγενήθη μερὶς κυρίου λαὸς αὐτοῦ Ἰακώβ, σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραήλ.“ Καὶ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ λέγει· <sup>9</sup> „ἰδοὺ, κύριος λαμβάνει ἑαυτῷ ἔθνος ἐκ μέσου ἔθνῶν, ὥσπερ λαμβάνει ἄνθρωπος τὴν ἀπαρχὴν αὐτοῦ τῆς ἄλλω· καὶ ἐξελεύσεται ἐκ τοῦ ἔθνους ἐκείνου ὄγια ἀγίων.“

XXX. *Faciamus, quae placent; fugiamus, quae displicent Deo, ut benedicamur.*

Ἅγιον οὖν μερὶς ὑπάρχοντες ποιήσωμεν τὰ τοῦ ἀγιασμοῦ πάντα, φεύγοντες καταλαλιὰς, μιαρὰς τε καὶ <sup>10</sup> ἀνάγνους συμ-

1) Sc. ὑπ' αὐτοῦ. BOIS.

2) Γραφεῖα = ἀγόγραφα. Male Vossius existimavit, vocem γραφεῖον ab Aquila fuisse confictam. Cfr. Rich. Simon, Bibl. chois. T. I. p. 273. Critiq. de la Bibl. Dupin III. p. 70.

et Resp. ad Voss. p. 33. GALLAND.

3) Ps. 138, 7—10.

4) LXX καταβῶ. Clemens propius accedit ad textum hebraeum.

5) Ποῖ. Ita Cod. ms., non ποῦ, uti Clericus. JAC.

XXVIII. *Deus omnia videt, ergo fugiamus peccata.*

Cum omnia igitur <sup>1</sup> ejus oculis et auribus pateant, metuamus eum, et impuras cupiditates pravorum operum deseramus, ut a futuro judicio ejus misericordia tegamur. Quonam enim quis nostrum a potente ejus manu fugere potest? Quis mundus quempiam ab eo transfugam recipiet? Dicit enim alicubi <sup>2</sup> Scriptura: <sup>3</sup> *quo ibo, et ubi a facie tua occultabor? Si ascendero in coelum, tu illic es; si ad terrae extrema abiero, dextra tua illic; si <sup>4</sup> stratum posuero in abysso, illic est spiritus tuus.* <sup>5</sup> Quo igitur abibit quispiam, vel quo aufugiet ab eo, qui omnia complectitur?

XXIX. *Et accedamus ad Deum in sanctitate cordis.*

Accedamus ergo ad eum in sanctitate animae, <sup>6</sup> castas et impollutas manus elevantes ad illum, diligentes benignum et misericordem patrem nostrum, <sup>7</sup> qui nos sibi ipsi electionis partem fecit. Sic enim scriptum est: <sup>8</sup> *quando dividebat altissimus gentes, quando disseminavit filios Adae, constituit terminos gentium secundum numerum Angelorum Dei. Et factus est pars Domini Jacob, funiculus haereditatis ejus Israel.* Et in alio loco dicit: <sup>9</sup> *ecce Dominus tollit sibi gentem e medio gentium, prout homo primitias areae suae tollit; et ex gente illa sancta sanctorum egredientur.*

XXX. *Faciamus, quae placent; fugiamus, quae displicent Deo, ut benedicamur.*

Cum igitur portio Sancti simus, faciamus omnia, quae ad sanctitatem pertinent, obrectationes devitantes, impuros ac <sup>10</sup> im-

6) Imitatur S. Paulum I Tim. 2, 8.

7) Aut lege οὗς cum Davasio, aut supple ημᾶς vel τὰ ἔθνη.

8) Deut. 32, 8. 9.

9) Recte observavit Freyius, hunc locum Clementem conflasse tum ex Num. 18, 27 tum ex II Paral. 31, 14,

ut sensus sit: Deus sibi ex reliquis hominibus separavit nos, et fecit ἐκλογῆς μέρος, ut ex area decerpitur ἡ ἀπαρχὴ Deo sacra, quae fit ἅγια ἄγιων.

GALLAND.

10) Ms. ἀγνοῦς, male. Alii λαγνοῦς, libidinosos.

πλοκάς, μέθας τε καὶ νεωτερισμούς καὶ βδελυκτὰς ἐπιθυμίας, μυσαρὰν μοιχείαν, βδελυκτὴν ὑπερηφανίαν. <sup>1</sup> „Θεὸς γάρ, φησὶ, ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν.“ Κολληθῶμεν οὖν ἐκείνοις, οἷς ἡ χάρις <sup>2</sup> ἀπὸ τοῦ Θεοῦ δέδοται. Ἐνδυσώμεθα τὴν ὁμόνοιαν, ταπεινοφρονοῦντες, ἐγκρατευόμενοι, ἀπὸ παντὸς ψιθυρισμοῦ καὶ καταλαλιᾶς πόρῳ ἑαυτοὺς ποιούντες, <sup>3</sup> ἔργοις δικαιοῦμενοι, καὶ μὴ λόγοις. Λέγει γάρ· <sup>4</sup> „ὁ τὰ πολλὰ λέγων καὶ ἀντακούσεται· ἢ ὁ εὐλαλος οἴεται εἶναι δίκαιος; Ἐὐλογημένος γεννητὸς γυναικὸς ὀλιγόβιος. Μὴ πολὺς ἐν δῆμασιν γίνου.“ <sup>5</sup> Ὁ ἔπαινος ἡμῶν ἔστω ἐν Θεῷ, καὶ μὴ ἐξ αὐτῶν· ἀντεπαινέτους γὰρ μισεῖ ὁ Θεός. Ἡ μαρτυρία τῆς ἀγαθῆς πράξεως ἡμῶν διδόσθω ὑπ’ ἄλλων, καθὼς ἐδόθη τοῖς πατράσιν ἡμῶν τοῖς δικαίοις. Θράσος καὶ ἀνθάδεια καὶ τόλμα τοῖς κατηραμένοις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ· ἐπιείκεια καὶ ταπεινοφροσύνη καὶ πραύτης παρὰ τοῖς εὐλογημένοις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ.

XXXI. *Videamus, qua ratione benedictionem divinam consequamur.*

Κολληθῶμεν οὖν τῇ εὐλογίᾳ αὐτοῦ, καὶ ἴδωμεν, τίνες αἱ ὁδοὶ τῆς εὐλογίας. Ἀνατυλλίξωμεν τὰ ἀπ’ ἀρχῆς γενόμενα. <sup>6</sup> Τίνος χάριν ὑβλογήθη ὁ πατὴρ ἡμῶν Ἀβραάμ; Οὐχὶ δικαιοσύνην καὶ ἀλήθειαν διὰ πίστεως ποιήσας; <sup>7</sup> Ἰσαὰκ μετὰ πεποιθήσ[εως], <sup>8</sup> γνώ[σκων] τὸ μέλλον, ἠδέ[ως ἐγένε]το θυσία. <sup>9</sup> Ἰακώβ μετὰ ταπεινοφρ[οσύνης] ἐξεχώρησεν τῆς γῆς αὐ[τοῦ] <sup>10</sup> δι’ ἀδελ[φόν], καὶ ἐπορεύθη πρὸς [Ἀβαν], καὶ ἐδόουλεσεν καὶ ἐδόθ[η αὐτῷ] τὸ <sup>11</sup> δωδεκάσκηπτρον τοῦ [Ἰσραήλ].

XXXII. *Non per nos ipsos nec per opera nostra, sed per fidem justificamur.*

<sup>12</sup> [Ἐ] τις καθ’ ἐν ἑκαστον εἰλικρι[γῶς] κατανοήσῃ, ἐπι-

1) Prov. 3, 34. Jac. 4, 6. I Petr. 5, 5.

2) I. e. humilibus.

3) Clare hic Clemens justificationem ex operibus urget; et tamen idem mox capite 32 omnem operibus nostris, sapientiae, pietati vim justificandi detrahit. Et recte quidem.

4) Job. 11, 2. 3.

5) Haec et proxime sequentia composita videntur ex Rom. 2, 29. I Cor. 4, 5. II Cor. 10, 17. 18. Prov. 27, 2. 6) Cfr. Jac. 2, 21.

7) Haec repugnare videntur sacris literis Gen. 22, 7 sqq. Quum tamen

pu-  
 dicos complexus, ebrietates, novarum rerum studia, concupis-  
 centias abominandas, detestandum adulterium, execrabilem su-  
 perbi-  
 am. <sup>1</sup> *Deus enim, inquit, superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* Adglutinemur igitur iis, quibus gratia <sup>2</sup> a Deo concessa est. Induamus concordiam, humiles, continent-  
 es, ab omni susurro et obtreptione procul recedentes, <sup>3</sup> operibus, non autem verbis nos justificantes. Dicit enim: <sup>4</sup> *qui multa dicit, et vicissim audiet; aut vir verbosus putat se esse justum? Benedictus natus mulieris, brevis vitae; ne multus sis in verbis.* <sup>5</sup> Sit laus nostra in Deo, et non a nobis ipsis; odit enim Deus eos, qui semetipsos laudant. Testimonium bonarum nostrarum actionum ab aliis nobis exhibeatur, sicut patribus nostris, qui just-  
 i erant, exhibitum est. Temeritas, arrogantia et audacia maledictis a Deo; moderatio vero, humilitas et mansuetudo illis, qui a Deo benedicti sunt.

**XXXI.** *Videamus, qua ratione benedictionem divinam consequamur.*

Ejus igitur benedictioni firmiter adhaereamus, et quaenam sint benedictionis viae, videamus. Animo repetamus, quae ab initio facta sunt. <sup>6</sup> Cujus gratia Abraham pater noster benedictus fuit? Nonne, quia justitiam et veritatem per fidem operatus est? <sup>7</sup> Isaac cum confidentia, <sup>8</sup> quasi futurum cognoscens, libenter factus est sacrificium. <sup>9</sup> Jacob in humilitate <sup>10</sup> ob fratrem secessit e terra sua, et profectus est ad Laban, et servivit; et data sunt ei duodecim <sup>11</sup> scepra Israelis.

**XXXII.** *Non per nos ipsos nec per opera nostra, sed per fidem justificamur.*

<sup>12</sup> Si quis animo sincero singula perpenderit, donorum, quae Isaacus ne minimam quidem objecisse remoram, aut vel suspirium aut querelam emisisse legatur, haud inepte concluditur, *prompto paratoque animo* voluntati Dei se subjecisse. FREY.

8) Adde eis. WOCHER.

9) Gen. 28.

10) Ita Jacobson. *Ἀπὸ τοῦ φεύγον ἀδελφόν.* WOTT.

11) *Τὸ δωδεκάσκηπτρον = τὸ δωδεκάφυλον, σκήπτρον enim pro φυλῇ sumitur, ut I Reg. 11, 31 (35).* JUNIUS.

12) Cfr. *Möller*, Athanas. T. I. p. 3.

γνώσεται [τὰ με]γαλεῖα τῶν ὑπ' αὐτοῦ δεδομ[ένων] δωρεῶν. Ἐξ <sup>1</sup> αὐτοῦ γὰρ ἱερεῖς· καὶ λεύεται πάντες οἱ λειτουργ[οῦν]τες τῷ θυσιαστηρίῳ τοῦ Θεοῦ· <sup>2</sup> ἐξ αὐτοῦ ὁ κύριος Ἰησοῦς τὸ κατὰ σάρκα· ἐξ αὐτοῦ βασιλεῖς καὶ ἄρχοντες καὶ ἡγούμενοι, κατὰ τὸν Ἰούδαν· τὰ δὲ λοιπὰ σκηπτρα αὐτοῦ οὐκ ἐν μικρᾷ δόξῃ ὑπάφχουσιν, ὡς ἐπαγγελαμένου τοῦ Θεοῦ· <sup>3</sup> „ὅτι ἔσται τὸ σπέρμα σου ὡς οἱ ἀστέρες τοῦ οὐρανοῦ.“ Πάντες οὖν ἐδοξάσθησαν καὶ ἐμεγαλύνθησαν, οὐ δι' αὐτῶν, ἢ τῶν ἔργων αὐτῶν, ἢ τῆς δικαιοπραγίας, ἧς κατειργάσαντο, ἀλλὰ διὰ τοῦ θελήματος αὐτοῦ. Καὶ ἡμεῖς οὖν διὰ θελήματος αὐτοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ κληθέντες, <sup>4</sup> οὐ δι' ἑαυτῶν δικαιοῦμεθα, οὐδὲ διὰ τῆς ἡμετέρας σοφίας, ἢ συνέσεως, ἢ εὐσεβείας, ἢ ἔργων, ἃν κατειργασάμεθα ἐν οὐσίῳ καρδίας· ἀλλὰ διὰ τῆς πίστ[ε]ως, δι' ἧς πάντα <sup>5</sup> τοῦ ἀπ' αἰῶνος ὁ παντοκράτωρ Θεὸς ἐδικαίωσεν· ὧ ἔστω ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

XXXIII. *Ne derelinquamus vero bona opera et charitatem.  
Operum bonorum Deus ipse nobis exemplum.*

<sup>6</sup> Τί οὖν ποιῶμεν, ἀδελφοί; Ἀρῆσωμεν ἀπὸ τῆς ἀγαθοποιΐα[ς], καὶ ἐγκαταλείπωμεν τὴν ἀγάπ[η]ν; <sup>7</sup> Μηθαμῶς τοῦτο εἶσαι ὁ δεσπότη[ς] ἐφ' ἡμῖν γε <sup>8</sup> γενηθῆναι, ἀλλὰ σπεύσωμε μετὰ ἐκτελείας καὶ προθυμίας πᾶν ἔργον ἀγαθ[όν] ἐπιτελεῖν. <sup>9</sup> Αὐτὸς γὰρ ὁ δημιουργὸς καὶ δεσπότη[ς] τῶν ἀπάντων ἐπὶ τοῖς ἔργ[οις] αὐτοῦ ἀγαλλιᾶται. Τῷ γὰρ παμμεγεθεστάτῳ αὐτ[οῦ] κράτει οὐρανὸς ἐστήρισε[ν], καὶ τῇ ἀκαταλήπτῳ αὐτοῦ συνέσει διεκόσμησεν αὐτούς· γῆν τε [διεχά]ρισεν ἀπὸ τοῦ περιέχον[τος αὐ]τὴν ὕδατος, καὶ ἤδρασεν [ἐπὶ τὸ]ν ἀσφαλῆ τοῦ ἰδίου βου[λήμα]τος θεμέλιον· τὰ τε ἐν αὐτῇ ζῶα φοιτῶντα τῇ ἑαυτοῦ [προστά]ξει ἐκέλευσεν εἶναι· θάλασσ[άν τε] καὶ τὰ ἐν αὐτῇ ζῶα προσημι[ουρη]σας ἐνέκλεισεν τῇ ἑαυτοῦ [δυ]νάμει. Ἐπὶ πᾶσι τὸ ἐξοχώτατον [κα]ὶ παμμεγεδες κατὰ διάνοιαν,

1) Sc. ex Jacob. Ms. αὐτῶν, male; mox enim bis repetitur ἐξ αὐτοῦ.

2) Cfr. Rom. 9, 5.

3) Gen. 22, 17. 28, 4.

4) Cfr. supra c. 30. p. 94. Not. 3.

5) Ita Ms., non τοὺς, ut habent editi ante Wottonum.

6) In Codice quodam Bibliothecae Vaticanae Majus hujus capitis partem exstare testatur (Script. Vett. nova

a Deo Jacobo tributa sunt, magnificentiam intelliget. Ab <sup>1</sup> illo enim orti sunt sacerdotes omnes et Levitae, qui altari Dei inserviunt; <sup>2</sup> ab illo Dominus Jesus secundum carnem; ab illo reges, principes et duces per familiam Judae. Nec reliquae ejus tribus in parvo honore sunt, promittente scilicet Domino: <sup>3</sup> *erit semen tuum tanquam stellae coeli*. Ii ergo omnes gloriam et amplitudinem consecuti sunt, non per seipsos, aut opera sua, aut justas actiones, quas fecerunt, sed per voluntatem ejus. Et nos igitur, ex voluntate ejus in Christo Jesu vocati, <sup>4</sup> non per nos ipsos justificamur, neque per sapientiam nostram aut intelligentiam aut pietatem aut opera, quae in cordis sanctitate operati sumus, sed per fidem, per quam omnipotens Deus <sup>5</sup> ab initio omnes justificavit; cui sit gloria in secula seculorum. Amen.

XXXIII. *Ne derelinquamus vero bona opera et charitatem. Operum bonorum Deus ipse nobis exemplum.*

<sup>6</sup> Quid igitur faciemus, fratres? Cessabimus a bonis operibus, et charitatem derelinquemus? <sup>7</sup> Neutiquam hoc apud nos <sup>8</sup> fieri permittat Dominus, sed cum diligentia et animi alacritate omne opus bonum peragere festinemus. <sup>9</sup> Ipse enim opifex et Dominus omnium in operibus suis exultat. Coelos enim suprema sua et maxima potentia stabilivit, illosque incomprehensibili sua sapientia ornavit; terram etiam ab aqua, quae illam ambit, separavit, et super immobile propriae voluntatis fundamentum firmavit; et animalia, quae in illa versantur, jussu suo praecepit esse; mare etiam, et quae in illo vivunt animalia, cum prius creasset, potentia sua inclusit. Ad haec animal excellen-

Collectio, T. VII. p. 84). Equidem satis mirari non possum, quid causae fuerit, quare vir ille doctissimus totum non exscripserit nobis locum, praesertim quum lectione a textu Cotelierii necnou a Damasceni Parall. variare fasus sit. JACOBSON.

7) Μηδαμῶς, ita Ms., non μηδαμῶς, uti in libris impressis. JAC.

8) Ita JUN. et JAC. Caeteri γεισνηθῆναι.

9) Citantur haec apud Joann. Damasc., Sacrae Parall. Lib. I. a. §. VIII. Tom. II. p. 310. ed. L. Quien.



[ἄν]θρωπον, ταῖς ἱεραῖς καὶ ἀνώμοις χερσὶν ἐπλασεν τῆς ἑαυτοῦ<sup>1</sup> εἰκόνος χαρακτῆρα. Οὕτως γὰρ φησὶν ὁ Θεός·<sup>2</sup> „ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ κατ' ὁμοίωσιν ἡμετέραν· καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς.“ Ταῦτα οὖν πάντα τελειώσας ἐπήρσεν αὐτὰ καὶ ὑλόγησεν καὶ εἶπεν·<sup>3</sup> „αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε.“ Ἴδωμεν, ὅτι<sup>4</sup> τε ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς πάντες ἐκοσμήθησαν οἱ δίκαιοι· καὶ αὐτὸς οὖν ὁ κύριος, ἔργοις ἑαυτὸν κοσμήσας, ἐχάρη. Ἐχοντες οὖν τοῦτον τὸν<sup>5</sup> ὑπογραμμὸν, ἀόκνος προσέλθωμεν τῷ θελήματι αὐτοῦ·<sup>6</sup> ἐξ ὅλης ἰσχύος ἡμῶν ἐργασώμεθα ἔργον δικαιοσύνης.

XXXIV. *Bonis operibus magna apud Deum merces. Concordia juncti precemur eam a Domino.*

Ὁ ἀγαθὸς ἐργάτης μετὰ παρῆρησίας λαμβάνει τὸν ἄρτον τοῦ ἔργου αὐτοῦ, ὁ νοθρὸς καὶ παρειμένος οὐκ ἀντοφθαλμῆ τῷ ἐργοπαρέκτῃ αὐτοῦ. Δέον οὖν ἔστιν, προθύμους ἡμᾶς εἶναι εἰς ἀγαθοποιίαν· ἐξ<sup>7</sup> αὐτοῦ γὰρ ἔστιν τὰ πάντα. Προλέγει γὰρ ἡμῖν·<sup>8</sup> „ἰδοὺ ὁ κύριος, καὶ ὁ μισθὸς αὐτοῦ πρὸ προσώπου αὐτοῦ, ἀποδοῦναι ἐκάστην κατὰ τὸ ἔργον αὐτοῦ.“ Προτρέπεται οὖν ἡμᾶς ἐξ ὅλης τῆς καρδίας<sup>9</sup> ἐπ' αὐτῷ, μὴ ἀργούς, μήτε παρειμένους εἶναι ἐπὶ πᾶν ἔργον ἀγαθόν. Τὸ κανῆγμα ἡμῶν καὶ ἡ παρῆρησία ἔστω ἐν αὐτῷ· ὑποτασσώμεθα τῷ θελήματι αὐτοῦ· κατανοήσωμεν τὸ πᾶν πλήθος τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ, πῶς τῷ θελήματι αὐτοῦ λειτουργοῦσιν παρεστῶτες. Λέγει γὰρ ἡ γραφή·<sup>10</sup> „μύριαι μυριάδες παρειστήκεισαν αὐτῷ, καὶ χίλια χιλιάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ,<sup>11</sup> καὶ ἐκέκραγον· ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος κύριος σαβαὼθ, πλήρης πᾶσα ἡ κτίσις τῆς δόξης αὐτοῦ.“ Καὶ ἡμεῖς οὖν ἐν ὁμονοίᾳ ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναχθέντες,<sup>12</sup> τῇ συνειδήσει, ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος βοήσωμεν πρὸς αὐτὸν ἐκτενωῶς, εἰς τὸ μετόχους ἡμᾶς γενέσθαι τῶν μεγάλων καὶ ἐνδόξων ἐπαγγελιῶν αὐτοῦ.

1) Ergo ex Clementis sententia Dei in nobis imago est, non oris sublimitas, sed mentis celsitudo. Bois.

2) Gen. 1, 26. 27.

3) Gen. 1, 28.

4) Ita Birrius et Gallandius; Ms. τό. Non est, cur ἴδωμεν in εἶδωμεν seu εἶδομεν cum Birrio mutemus.

5) Vide supra c. 5 in fine.

tissimum et intellectus dignitate celsissimum, hominem, <sup>1</sup> imaginis suae characterem, sacris et intaminatis manibus formavit. Sic enim dicit Deus: <sup>2</sup> *faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram; et creavit Deus hominem, masculum et foeminam creavit eos.* Haec igitur omnia cum perfecisset, laudavit ea, et benedixit, dixitque: <sup>3</sup> *crescite et multiplicamini.* Videamus, <sup>4</sup> justos omnes bonis operibus ornatos fuisse; ipse etiam Dominus, operibus se ipsum ornans, gavisus est. Habentes itaque hoc <sup>5</sup> exemplar, ad voluntatem ejus impigre accedamus, <sup>6</sup> et totis nostris viribus opus justitiae operemur.

**XXXIV. Bonis operibus magna apud Deum merces. Concordia juncti precemur eam a Domino.**

Bonus operarius bono animo panem operis sui accipit; segnis vero et remissus locatorem suum non audet intueri. Oportet ergo nos ad bonum faciendum prompto animo esse; a <sup>7</sup> Deo enim omnia porriguntur. Praedicit enim nobis: <sup>8</sup> *ecce Dominus, et merces ejus coram ipso, ut reddat unicuique secundum opus suum.* Itaque adhortando nos <sup>9</sup> ad ipsum convertit toto corde, ne segnes et desides simus ad omne opus bonum. Gloriatio nostra et fiducia in ipso sit; voluntati ejus subjiciamur, et multitudinem universam angelorum ejus diligenter consideremus, quomodo adstantes voluntatem ejus exequantur. Dicit enim Scriptura: <sup>10</sup> *dena millia denum millium assistebant ei, et mille millia deservebant ei* <sup>11</sup> *et clamabant: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Sabaoth; plena est omnis creatura gloria ejus.* Et nos ergo <sup>12</sup> conscientia ducti, in concordia in unum congregati, tanquam ex uno ore ad ipsum clamemus, ut magnarum et gloriosarum promissionum ejus participes fiamus.

6) Boisius et Wottonus volunt, ut legatur καὶ ante ἔξ.

7) Sc. Θεοῦ seu ἐργοπαρέχτου. Bois.

8) Isai. 40, 10. 62, 11. Apocal. 22, 12.

9) Davasio placet ἐν τῷ μὴ ἀργούσ κ. τ. λ.

10) Dan. 7, 10.

11) Isai. 6, 3.

12) Cfr. supra c. 2. pag. 55. Not. 13.

Λέγει γάρ· <sup>1</sup> „ὄφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, καὶ οὐς οὐκ ἤκουσεν, καὶ ἐπὶ  
διὰν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ὅσα ἡτοίμασεν τοῖς ὑπομένουσιν αὐ

XXXV. *Immensa est haec merces. Quomodo assequemur illi*

Ὡς μακάρια καὶ θανυστὰ τὰ δῶρα τοῦ Θεοῦ, ἀγαπ  
Ζωὴ ἐν ἀθανασίᾳ, λαμπρότης ἐν δικαιοσύνῃ, ἀλήθεια ἐν  
ρησίᾳ, πίστις ἐν πεποιθήσει, ἐγκράτεια ἐν ἀγιασμῷ· <sup>2</sup> καὶ ἡ  
ὑπέπιπτεν πάντα ὑπὸ τὴν διάνοιαν ἡμῶν. Τίνα οὖν, ἄρα  
τὰ ἐτοιμαζόμενα τοῖς ὑπομένουσιν αὐτοῦ μουροὺς καὶ π  
τῶν αἰῶνων, ὁ πανάγιος, αὐτὸς ἡμῶν ποσότητα κα  
καλλονὴν αὐτῶν. Ἡμεῖς οὖν ἀγωνισομεθα εὐρεθῆναι ἐ  
ἀριθμῷ τῶν ὑπομενόντων αὐτὸν, ὅπως μεταλάβωμεν τῶν ἐ  
γελμένων δωρεῶν. Πῶς δὲ ἔσται τοῦτο, ἀγαπητοί; Ἐάν  
ριγμένη ἢ ἡ διάνοια ἡμῶν <sup>3</sup> [διὰ] πίστεως πρὸς τὸν Θεὸν  
ἐκζητῶμεν τὰ εὐάρεστα καὶ εὐπρόσδεκτα αὐτῷ, ἐάν ἐπιτελέσ  
τὰ ἀνήκοντα τῇ ἀμώμῳ βουλήσει αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθήσωμε  
ὀδῷ τῆς ἀληθείας, ἀπορῆλυαντες ἀπ' ἑαυτῶν πᾶσαν <sup>4</sup> ὀ  
καὶ ἀνομίαν, πλεονεξίαν, ἔρις, κακοηθείας τε καὶ δόλους,  
θυρισμούς τε καὶ καταλαλιὰς, θεοστύγιαν, ὑπερηφανίαν τε  
ἀλάζονειαν, <sup>5</sup> κενοδοξίαν τε καὶ <sup>6</sup> ἀριλοξίαν. Ταῦτα γὰ  
πράσσοντες στιγῆτοι τῷ Θεῷ ὑπάρχουσιν· <sup>7</sup> οὐ μόνον δι  
πράσσοντες αὐτὰ, ἀλλὰ καὶ οἱ συνευδοκοῦντες αὐτοῖς. Ἔ  
γὰρ ἡ γραφή· <sup>8</sup> „τῷ δὲ ἁμαρτωλῷ εἶπεν ὁ Θεός· ἵνα τ  
διηγῆ τὰ δικαιώματά μου, καὶ ἀναλαμβάνεις τὴν διαθήκην  
ἐπὶ στόματός σου; Σὺ δὲ ἐμίσησας παιδείαν, καὶ <sup>9</sup> ἐξέβ  
τοὺς λόγους μου εἰς τὰ ὀπίσω. Εἰ ἐθεώρεις κλέπτῃν, συνέτ  
<sup>10</sup> αὐτῷ, καὶ μετὰ μοίχων τὴν μερίδα σου ἐτίθεις. Τὸ στόμα  
ἐπλεόνασε κακίαν, καὶ ἡ γλῶσσά σου περιέπλεκεν δολίῳ  
Κ[αθ]ήμενος κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ σου κατελάλεις, καὶ κατὰ

1) In V. T. (Isai. 64, 3. 4.) haec non iisdem apicibus invenies; sed paene ad verbum reperiuntur apud S. Paulum I Cor. 2, 9.

2) Est oppositio inter ea bona, quae in hac vita ex Dei gratia consequimur, et ea, quae in altera vita

expectamus. Similis ὅσις illi S. Joann. Ep. I. 3, 2: τὴν τέσσα ἐσμὲν, καὶ οὕτω ἐφανερῶθη τί ἐστὶν FREY.

3) Aut legamus πίστει, aut in mus διὰ. WOTT.

4) Cfr. Rom. 1, 29—32.

nt enim: <sup>1</sup> *oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor-  
minis ascendit, quanta praeparavit expectantibus eum.*

**XV. Immensa est haec merces. Quomodo assequemur illam?**

Quam beata, dilecti, et mirabilia sunt dona Dei! Vita in mortalitate, splendor in justitia, veritas in libertate, fides in confidentia, temperantia in sanctitate; <sup>2</sup> attamen haec omnia intellectum nostrum cadunt. Quenam igitur sunt, quae expectantibus eum <sup>3</sup> *reperiuntur*? Sanctissimus opifex et secun- dum pater solus <sup>4</sup> *videtur* et pulchritudinem eorum novit. Scimus igitur, ut promissorum donorum participes fiamus, in numero spectantium eum reperiri, summo studio contendamus. Quo- modo autem hoc fiet, dilecti? Si <sup>5</sup> fide in Deum cognitio- nem <sup>6</sup> *stabilita* fuerit, si grata illi et accepta diligenter quaesi- verimus, si, quae ad inculpatam ejus voluntatem spectant, <sup>7</sup> *re-* verimus, et viam veritatis sequuti fuerimus, abicientes a nobis <sup>8</sup> *mem-* mem <sup>9</sup> *injustitiam, iniquitatem, avaritiam, contentiones, malitias, fraudes, susurrationses et obtreccionem, odium Dei, superbiam, stultitiam, vanam gloriam et inhospitalitatem*; qui enim haec faciunt, Deo odio sunt, <sup>10</sup> *neque illi solum, qui haec faciunt, sed et, qui eis consentiunt.* Dicit enim Scriptura: <sup>11</sup> *peccatori- bus dixit Deus: quare tu enarras justitias meas, et assumis testamentum meum per os tuum? Tu enim odisti disciplinam, et projecisti sermones meos retrorsum. Si videbas furem, et abscondis, et cum adulteris portionem tuam ponebas. et cum dolo- re tuo abundavit malitia, et lingua tua concinnabat dolosum, et mensurans adversus fratrem tuum loquebaris, et filio matris tuae*

5) Conjecit Birrius, S. Patrem scri-  
isse *καυδοξίαν*, et *novarum opi-  
onum studium* notare voluisse.

6) Ita WOTT. Ms. *φιλοξενίαν*, male.  
*ἀσπιρίαν* JUN. et FELL. *Φιλοδοξίαν*  
RR. *Φιλοκελίαν* COTEL. et alii.

7) Ex hoc loco constare potest,  
elementem legisse Rom. 1, 32: *οὐ  
ἴον δε οἱ ποιῶντες ἀλλὰ καὶ οἱ συν-*

*ευδοκῶντες τοῖς πράσσουσιν.* Hanc esse  
veram ac genuinam lectionem, optimo  
jure contendit Millius. WOTT.

8) Ps. 49, 16—23.

9) Ms. *ἐξέβαλλες*. Wottonus, Nolte  
et alii: *ἐξέβαλλες*.

10) Pronomen hoc exstat in Ms.,  
uti Millius jam dudum testatus est.  
JACOBSON.

νιού τῆς μητρὸς σου ἐτίθεις σκάνδαλον. Τα[ῦ]τα ἐποίησας καὶ ἐσίγησα· ὑπέλαβες, ἄνομε, ὅτι ἔσομαί σοι ὅμοιος. Ἐλέγξω σε, καὶ παραστήσω σε κατὰ πρόσωπόν σου. Σύνετε δὴ ταῦτα, οἱ ἐπιλανθανόμενοι τοῦ Θεοῦ, μήποτε ἀρπάσῃ <sup>1</sup> ὡς λέων, καὶ μὴ ἢ ὁ θυόμενος. Θυσία αἰνέσεως δοξάσει με, καὶ ἐκεῖ ὁδὸς, <sup>2</sup> ἣν δεῖξω αὐτῷ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ.“

XXXVI. *Omnis beatitudo nobis per Christum tribuitur.*

Αὕτη ἡ ὁδὸς, ἀγαπητοί, ἐν ἣ εὔρομεν τὸ σωτήριον ἡμῶν, <sup>3</sup> Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν <sup>4</sup> ἀρχιερέα τῶν προσφορῶν ἡμῶν, τὸν προστάτην καὶ βοηθὸν τῆς ἀσθενείας ἡμῶν. Διὰ τοῦτου <sup>5</sup> ἀτενίζομεν εἰς τὰ ὑψη τῶν οὐρανῶν, διὰ τοῦτου ἐνοπτριζόμεθα τὴν ἀμωμον καὶ ὑπερτάτην ὄψιν αὐτοῦ, διὰ τοῦτου ἠνεύχθησα ἡμῶν <sup>6</sup> οἱ ὀφθαλμοὶ τῆς καρδίας, <sup>7</sup> διὰ τοῦτου ἡ ἀσύνετος καὶ ἐσκοτωμένη διάνοια ἡμῶν ἀναθάλλει εἰς τὸ θαναταστὸν αὐτοῦ φῶς, διὰ τοῦτου ἠθέλησεν ὁ δεσπότης τῆς ἀθανάτου γνώσεως ἡμᾶς γενέσθαι, <sup>8</sup> ὅς ὢν ἀπανάγκασμα τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ, τοσοῦτον μείζων ἐστὶν ἀγγέλων, ὅση διαφροῦτερον ὄνομα κληρονομήκεν. Γέγραπται γὰρ οὕτως· <sup>9</sup> „ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα.“ Ἐπὶ δὲ <sup>10</sup> τῷ νύφ αὐτοῦ οὕτως εἶπεν ὁ δεσπότης· <sup>11</sup> „υἱὸς μου εἰ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε· αἰτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατὰ]σχεσίαν σου τὰ πέρατα τ[ῆς γῆς].“ Καὶ πάλιν λέγει πρὸς αὐ[τόν· <sup>12</sup> „κάθου] ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν [θῶ τοὺς] ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου.“ Τινες οὖν οἱ [ἐχθροὶ <sup>13</sup>]; Οἱ φαῦλοι καὶ ἀντασσο[όμενοι] τῷ θελήματι <sup>14</sup> τ[οῦ Θεοῦ].

1) Haec verba ὡς λέων non agnoscunt LXX Intt. ЈАСОВСОН.

2) In LXX legimus ἦ.

3) De sensu hujus loci cfr. *Möhler*, Athanas. T. I. p. 5.

4) Hic videtur esse unus ex iis locis, quae Photio (Bibl. cap. 126)

dispicuerunt. Pari modo Apostolus Christum ἀρχιερέα vocat Hebr. 4, 15, 8, 1—3.

5) Ita Jun., Wottonus et alii. Ms. ἀτενίσωμεν.

6) Eandem locutionem usurpat B. Paulus Ephes. 1, 18. ЈАСОВСОН.

*ponebas laqueum. Haec fecisti et tacuisti; existimasti, inique, quod ero tibi similis. Arguam te, et statuum te contra faciem tuam. Intelligite utique haec, qui obliviscimini Deum, ne quando rapiat vos <sup>1</sup> tanquam leo, et non sit, qui eripiat. Sacrificium laudis honorificabit me, et illic iter, <sup>2</sup> quo ostendam illi salutem Dei.*

XXXVI. *Omnis beatitudo nobis per Christum tribuitur.*

Haec est via, dilecti, in qua salutare nostrum invenimus, <sup>3</sup> Jesum Christum, oblationum nostrarum <sup>4</sup> pontificem, infirmitatis nostrae patronum et auxiliatorem. Per hunc coelorum altitudinem <sup>5</sup> aspicimus; per hunc vultum ejus immaculatum et excelsum speculamur; per hunc <sup>6</sup> oculi cordis nostri aperti sunt; per hunc <sup>7</sup> insipiens et obscurata mens nostra in admirabilem ejus lucem reflorescit; per hunc voluit Dominus nos immortalem cognitionem gustare; per hunc, <sup>8</sup> qui majestatis Dei splendor existens, tanto major est angelis, quanto excellentius nomen sortitus est. Scriptum enim est: <sup>9</sup> *qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos ignis flammam.* <sup>10</sup> De filio autem suo sic dixit Dominus: <sup>11</sup> *filius meus es tu, ego hodie genui te; postula a me, et dabo tibi gentes haereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae.* Et iterum dicit ad eum: <sup>12</sup> *sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Quinam autem sunt inimici <sup>13</sup>? Homines perversi, et qui <sup>14</sup> divinae voluntati resistunt.

7) Videtur S. Pater alludere ad Rom. 1, 21 et I Petr. 2, 9. WOTT. Verba haec Clementis usque ad γένεσθαι laudat Clem. Alex. Strom. IV, 17. p. 613.

8) Hebr. 1, 3. 4.

9) Ps. 103, 4. Hebr. 1, 7.

10) Lege ἐπὶ δὲ τοῦ νόου. BOIS.

11) Ps. 2, 7. 8. Hebr. 1, 5.

12) Ps. 109, 1. Hebr. 1, 13.

13) Junius dederat οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ, Wottonus reposuit ἐχθροὶ κυρίου. Hiatus autem non est plurium quam sex literarum. JACOBSON.

14) Ita WOTT. et JAC. In Ms. post τῶν θελήματι iterum existat ΤΩΘΕΛΗΜΑ. I. Θεοῦ adhuc in codice cernere potuit Wottonus.

XXXVII. *Christus dux noster, nos milites ejus; quilibet suum ordinem et stationem suam observet, ut membra corporis.*

<sup>1</sup> Στρατευσώμεθα οὖν, ἀνδ[ρες ἀδελ]φοί, μετὰ πάσης ἐκτενεί[ας ἐν τοῖς] ἀμώμοις προστάγμασιν [αὐτοῦ]. Κατανοήσωμεν τοὺς στρατ[ευσ]ομένους τοῖς ἡγουμένοις ἢ[μῶν], πῶς εὐτάκτως, πῶς <sup>2</sup> εὐέκτικω[ς], πῶς ὑποτεταγμένως ἐπιτελ[οῦ]σιν τὰ διατασσόμενα. Οὐ πάντ[ες] εἰσὶν ἑπαρχοί, οὐδὲ χιλιάρχοι, οὐδὲ ἑκατόνταρχοι, οὐδὲ πεντηκόνταρχοι, οὐδὲ τὸ καθ' ἑξῆς· ἀλλ' <sup>3</sup> ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι τὰ ἐπιτασσόμενα ὑπὸ τοῦ βασιλέως καὶ τῶν ἡγουμένων ἐπιτελεῖ. Οἱ μεγάλοι δίχα τῶν μικρῶν οὐ δύνανται εἶναι, οὔτε οἱ μικροὶ δίχα τῶν μεγάλων· σύγκρασις τις ἐστὶν ἐν πᾶσιν, καὶ ἐν τούτοις χρήσις. Λάβωμεν τὸ σῶμα ἡμῶν. Ἡ κεφαλὴ δίχα τῶν ποδῶν οὐδὲν ἐστὶν, οὕτως οὐδὲ οἱ πόδες δίχα τῆς κεφαλῆς· τὰ δὲ ἐλάχιστα μέλη τοῦ σώματος ἡμῶν ἀσπικαῖα καὶ εὐχρηστά εἰσὶν ὅλη τῷ σώματι. <sup>4</sup> Ἀλλὰ πάντα συμπαῖ, καὶ ὑπο[τα]γῆ μᾶχρηται εἰς τὸ σώζεσθαι ὅλον τὸ σῶμα.

XXXVIII. *Subjiciant se membra ecclesiae, et nemo se extollat; nam omnia bona divinitus accepimus.*

Σωζέσθω οὖν ἡμῶν ὅλ[ον] τὸ σῶμα ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, καὶ <sup>5</sup> ὑποτασσέσθ[ω] ἕκαστος τῷ πλησίον αὐτοῦ, καθω[ς] καὶ ἐτέθη ἐν ~~πῶ~~ χάρισματι αὐτοῦ. Ὁ ἰσχυρὸς μὴ <sup>6</sup> ἀτμελεῖτω τὸν ἀσθενῆ, ὁ δὲ ἀσθενὴς ἐντρέπέτω τὸν ἰσχυρόν· ὁ πλούσιος ἐπιχορηγεῖτω τῷ πτωχῷ, ὁ δὲ πτωχὸς εὐχαριστεῖτω τῷ Θεῷ, ὅτι ἔδωκεν αὐτῷ, δι' οὗ ἀναπληρωθῆ αὐτοῦ τὸ ὑστέρημα. <sup>7</sup> Ὁ σοφὸς ἐνδευκνύσθ[ω] τὴν σοφίαν αὐτοῦ μὴ ἐν λόγοις <sup>8</sup>, ἀλλ' ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς· <sup>9</sup> ὁ ταπεινοφρονῶν μὴ ἑαυτῷ μαρτυρεῖτω, ἀλλ' ἕατω ὑφ' ἑτέρου ἑαυτὸν μ[αρ]τυρεῖσθαι. <sup>10</sup> Ὁ ἀγνὸς ἐν τῇ σαρκὶ [<sup>11</sup> σιγάτω] καὶ μὴ ἀλαζονεῖσθω, γνώσκων, ὅτι ἔτ[ε]ρός ἐστιν

1) Christiana religio saepius comparatur militiae, e. g. II Tim. 2, 3. 4 et in Ep. S. Ignatii ad Polycarp. c. 6.  
2) Ita Jacobson. Alii εὐεκτικῶς, strenue.

3) Cfr. infra c. 41 et I Cor. 15, 23.

4) Davisius pro ἀλλὰ legendum censet ἕμα; sed nihil mutandum, modo ἀλλὰ veritas quin immo. GALL. JAC.  
5) Cfr. Ephes. 5, 21. I Petr. 5, 5.  
6) Ita WOTT. Ms. τμμελεῖτω. Μῆτε ἀμελεῖτω MILL. GALLAND.

XXXVII. *Christus dux noster, nos milites ejus; quilibet suum ordinem et stationem suam observet, ut membra corporis.*

<sup>1</sup> Militemus igitur, viri fratres, omnibus viribus sub inculpatis ejus praeceptis. Consideremus milites, qui sub ducibus nostris merent, quam ordinate, quam <sup>2</sup> obedienter, quam submissee imperata exequantur. Non omnes sunt praefecti, neque chiliarchae, neque centuriones, neque quinquagenarii, et sic deinceps; <sup>3</sup> unusquisque vero in suo ordine et statione, quae a rege et ducibus imperantur, peragit. Magni sine parvis, et parvi sine magnis consistere nequeunt; mixti sunt omnes, et inde usus. Exemplo nobis sit corpus nostrum. Caput sine pedibus nihil est, prout neque pedes sine capite; minima autem corporis nostri membra universo corpori necessaria et utilia sunt. <sup>4</sup> Immo cuncta conspirant, et una eademque subjectione ad conservationem totius corporis utuntur.

XXXVIII. *Subjiciant se membra ecclesiae, et nemo se extollat; nam omnia bona divinitus accepimus.*

Servetur itaque corpus nostrum in Christo Jesu, et unusquisque proximo suo <sup>5</sup> subjiciatur juxta ordinem, in quo per gratiam ejus positus est. Fortis ne <sup>6</sup> negligat imbecillum, imbecillis fortem revereatur; dives pauperi largiatur, pauper Deum laudet, quod ei dederit, per quem ejus inopia suppleatur. <sup>7</sup> Sapiens non in verbis <sup>8</sup>, sed in bonis operibus sapientiam suam manifestet; <sup>9</sup> humilis non sibi testimonium ferat, sed ab altero sibi ferri sinat. <sup>10</sup> Qui carne castus est, <sup>11</sup> ne insolescat, cum

7) Citantur haec a *Clem. Alex.* Strom. IV, 17. p. 613.

8) Addit *Clem. Alex. μόνον.*

9) Cfr. Prov. 27, 2.

10) Cfr. Ignat. ad Polyc. c. 5. Tert. de virg. vel. c. 13. In hoc loco Cotelerius sibi visus est videre unum ex illis, in quibus Clemens, juxta relationem *Epiphani* (haer. 30, 15)

et *Hieronymi* (contra Jovinian. Lib. I. c. 12. Opp. T. II. p. 258. ed. Vallars.), pro Virginitate per epistolas suas locutus fuerat. JAC.

11) Membrana lacera spatium forsitan trium aut quatuor literarum post *σας* linquit, quod Nolte per *ΣΙΓΑΤΩ* explendum putat.



ὁ ἐπιχορηγῶν [αὐτῶ] τὴν ἐγκράτειαν. Ἀναλογι[σώμε]θα οὖν, ἀδελφοί, ἐκ ποίας [ύλης] ἐγενήθημεν, ποιοὶ καὶ τί[νες εἶ]σήθημεν εἰς τὸν κόσμον, <sup>1</sup>[ὡς ἐκ τ]οῦ τάφου καὶ σκότους. [Ὁ ποιή]σας ἡμᾶς καὶ δημιουργήσας [εἰσή]γαγεν εἰς τὸν κόσμον αὐτοῦ, [προε]τοιμάσας τὰς εὐεργεσίας [αὐτ]οῦ, πρὶν ἡμᾶς γεννηθῆναι. [Ταῦ]τα οὖν πάντα ἐξ αὐτοῦ ἔχοντες <sup>2</sup>[ὁ]φείλομεν κατὰ πάντα εὐχαριστεῖν [αὐ]τῶ. ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

XXXIX. *Non est, quo extollamur.*

ἄφρονες καὶ ἀσύνητοι καὶ μωροὶ καὶ ἀπαιδευτοὶ χλευάζουσιν ἡμᾶς καὶ μκτιρίζουσιν, ἑαυτοῖς βουλόμενοι ἐπαίρεσθαι ταῖς διανοαῖς αὐτῶν. Τί γὰρ δύναται θνητός; ἢ τίς ἰσχύς γιγενοῦς; Γέγραπται γάρ· <sup>3</sup> „οὐκ ἦν μορφή πρὸ ὀφθαλμῶν μου, ἀλλ' ἢ ἄφραν καὶ φωνὴν ἤκουον· τί γὰρ; μὴ καθαρός ἔσται βροτὸς ἐναντι κυρίου; ἢ ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ ἄμεμπτος ἀνὴρ, εἰ κατὰ παιδῶν αὐτοῦ οὐ πιστεύει, κατὰ δὲ ἀγγέλων αὐτοῦ σκολιὸν τι ἐπενόησεν; <sup>4</sup> Οὐρανὸς δὲ οὐ καθαρὸς ἐνώπιον αὐτοῦ· <sup>5</sup> ἔα δε, οἱ κατοικοῦντες οἰκίας πηλίνας, ἐξ ὧν καὶ αὐτοὶ ἐκ τοῦ αὐτοῦ πηλοῦ ἔσμεν. Ἐπαισεν αὐτοὺς σιγὸς τρόπον, καὶ ἀπὸ πρωΐθεν ἕως ἑσπέρας οὐκ ἔτι εἰσιν· παρὰ τὸ μὴ δύνασθαι αὐτοὺς ἑαυτοῖς βοηθῆσαι ἀπώλοντο. Ἐνεφύσησεν αὐτοῖς, καὶ ἐτελεύτησαν, παρὰ τὸ μὴ ἔχειν αὐτοὺς σοφίαν. <sup>6</sup> Ἐπικάλεισαι δὲ, εἴ τίς σοι ὑπακούσεται, ἢ εἴ τινα ἁγίων ἀγγέλων <sup>7</sup> ὄψῃ· καὶ γὰρ ἄφρονα ἀναιρεῖ ὀργή, πεπλανημένον δὲ θανατοῖ ζῆλος. Ἐγὼ δὲ ἐώρακα ἄφρονας ὑψίστας βαλόντας, ἀλλ' εὐθέως ἐβρώθη αὐτῶν ἡ διαίτα. Πόσῳ γένοιτο οἱ υἱοὶ αἰτῶν ἀπὸ σωτηρίας· κολαβρισθεῖσαν ἐπὶ θύραις ἡσσόνων, καὶ οὐκ ἔσται ὁ ἐξαιρούμενος· ἃ γὰρ ἐκείνοις ἠτοίμασται, δίκαιοι ἔδονται, αὐτοὶ δὲ ἐκ κακῶν οὐκ ἐξαιρετοὶ ἔσονται.“

XL. *Servemus ordinem in ecclesia a Deo institutum.*

<sup>8</sup> Προδήλων οὖν ἡμῖν ὄντων τούτων, καὶ ἐγκεκυφότες εἰς <sup>9</sup>τὰ βάθη τῆς θείας γνώσεως, <sup>10</sup> πάντα τάξει ποιεῖν ὀφείλομεν,

1) Cfr. Ps. 138, 15.

2) Cfr. I Thess. 5, 18.

3) Job. 4, 16—18.

4) Job. 15, 15.

5) Job. 4, 19—21.

6) Job. 5, 1—5.

sciat, alium esse, qui continentiae donum ipsi tribuat. Consideremus ergo, fratres, ex qua materia facti simus, qui et quales mundum ingressi simus, <sup>1</sup> tanquam ex sepulchro et tenebris. Qui nos fecit et condidit, praeparatis prius benefactis suis, antequam nasceremur, in mundum suum nos introduxit. Haec igitur omnia cum ab ea habeamus, in omnibus <sup>2</sup> gratias ipsi agere debemus, cui est gloria in secula seculorum. Amen.

XXXIX. *Non est, quo extollamur.*

Stulti unice et insipientes, et fatui et imperiti derident nos ac subsannant, dum cogitationibus suis se extollere cupiunt. Quid enim potest mortalis, aut quale robur terrigenae? Scriptum enim est: <sup>3</sup> *non erat figura ante oculos meos, sed auram et vocem audiebam dicentem: quid enim? numquid homo coram Domino mundus erit, vel de operibus suis inculpabilis vir, si servis suis non confidit, et in angelis suis prava animadvertit?* <sup>4</sup> *Coelum quoque non est mundum ante eum;* <sup>5</sup> *multo minus habitantes domos luteas, ex quibus et ipsi de eodem luto sumus. Devoravit illos tanquam tineae, et a mane usque ad vesperam ultra non sunt; eo, quod non possunt sibi ipsis subvenire, perierunt. Insufflavit eis, et interierunt, quia non habebant sapientiam.* <sup>6</sup> *Invoca autem, si quis tibi respondeat, vel si quem sanctorum angelorum <sup>7</sup> aspicias; etenim insipientem perimit ira, stultum autem occidit zelus. Ego autem vidi stultos, radices mittentes; sed statim absumta est illorum habitatio. Longe fiant filii eorum a salute, et contemnantur ante januas minorum, et non erit, qui eripiat. Quae enim illis parata sunt, justi comedent; ipsi vero de malis non liberabuntur.*

XL. *Servemus ordinem in ecclesiâ a Deo institutum.*

<sup>8</sup> Cum igitur haec nobis sint manifesta, et in <sup>9</sup> profunda divinae cognitionis nos introspeciamus, <sup>10</sup> cuncta ordine debemus

7) Ita Ms. Rectius *ὄψει*.

8) Haec laudat *Clem. Alex.* l. c.

p. 613.

9) Cfr. Rom. 11, 33.

10) Cfr. I Cor. 14, 40.

ὅσα ὁ δεσπότης ἐπιτελεῖν ἐκέλευ[σε]ν κατὰ καιροὺς τεταγμένους. Τὰς τε προσφορὰς καὶ λειτουργίας ἐπιτελεῖσθαι, καὶ οὐκ εἰκῆ ἢ ἀτάκτως ἐκέλευσεν γίνεσθαι, ἀλλ' ὠρισμένοις καιροῖς καὶ ὥραις. Πού τε καὶ διὰ τίνων ἐπιτελεῖσθαι θέλει, αὐτὸς ὥρισεν τῇ ὑπερτάτῃ αὐτοῦ βουλήσει, ἵν' ὁσίως πάντα τὰ γινόμενα ἐν εὐδοκίῃσι εὐπρόσδεκτα εἴη πρὸ θελήματι αὐτοῦ. Οἱ οὖν τοῖς προστεταγμένοις καιροῖς ποιῶντες τὰς προσφορὰς αὐτῶν, εὐπρόσδεκτοὶ τε καὶ μακάριοι· τοῖς γὰρ νομίμοις τοῦ δεσπότου ἀκολουθοῦντες οὐ διαμαρτάνουσιν. Τῇ γὰρ ἀρχιερεῖ ἴδιαι λειτουργίαι δεδομέναί εἰσιν, καὶ τοῖς ἱερεῦσιν ἴδιος ὁ τόπος προστέτακται, καὶ λεύταις ἴδιαι διακονίαι ἐπικεινται· ὁ <sup>2</sup> λαϊκὸς ἀνθρῶπος τοῖς λαϊκοῖς προστάγμασι δέδεται.

#### XLI. *Continuatio.*

Ἐκαστος ὑμῶν, ἀδελφοί, ἐν τῇ ἰδίῃ τάγματι εὐχαριστεῖτω Θεῷ, ἐν ἀγαθῇ συνειδήσει ὑπάρχων, μὴ παρεβαίνων τὸν ὠρισμὸν τῆς λειτουργίας αὐτοῦ κανόνα, ἐν σεμνότητι. Οὐ παταχοῦ, ἀδελφοί, προσφέρονται θυσίαι ἐνδεδεχισμοῦ, ἢ εὐχῶν, ἢ πέρι ἀμαρτίας καὶ πλημμελίας, ἀλλ' ἢ ἐν Ἱερουσαλῆμ μόνῃ· κακεῖ δὲ οὐκ ἐν παντὶ τόπῳ προσφέρεται, ἀλλ' ἐμπροσθεν τοῦ ναοῦ πρὸς τὸ θυσιαστήριον, μωμοσκοπηθὲν τὸ προσφερόμενον διὰ τοῦ <sup>3</sup> ἀρχιερέως καὶ τῶν προειρημένων λειτουργῶν. Οἱ οὖν παρὰ τὸ καθήκον τῆς βουλήσεως αὐτοῦ ποιῶντές τι, θάνατον τὸ πρόστιμον ἔχουσιν. <sup>4</sup> Ὁρᾶτε, ἀδελφοί, ὅσῳ πλείονος κατηξιώθημεν γνώσεως, τοσαύτῳ μᾶλλον ὑποκείμεθα κινδύνῳ.

1) I. e. ordo sacri ministerii, ut infra c. 44 et apud Ignat. ad Polyc. c. 1. ad Smyrn. c. 6. Cfr. Polyc. ad Philipp. c. 11. JAC. Ex hoc capite et sequenti colligitur, Epistolam nostram stante adhuc templo Hierosolymitano scriptam esse. Non ignoro, quomodo per figuram quamdam grammaticam, adductis quibusdam exem-

plis [e. g. Joseph. Antiq. III, 10.], conentur istud eludere viri quidam docti [Lardner], qui ad Domitiani aut Trajani imperium aetatem hujus epistolae referre malunt. Verum, ni fallor, neutiquam sunt similia ab illis allata exempla huic tam simplici et historicae Clementis ἑήσε. FREY.

2) Credibile est, vocem λαϊκός; usi-

facere, quae nos Dominus statutis temporibus peragere jussit. Oblationes scilicet et officia sacra perfici, neque temere vel inordinate fieri praecepit, sed statutis temporibus et horis. Ubi etiam et a quibus celebrari vult, ipse excelsissima sua voluntate definivit, ut religiose omnia secundum ejus beneplacitum adimpleta, accepta essent voluntati ejus. Qui ergo assignatis temporibus oblationes suas faciunt, accepti et beati sunt; Domini enim mandata sequentes non aberrant. Summo quippe sacerdoti sua munera tributa sunt, sacerdotibus <sup>1</sup> locus proprius assignatus est, et Levitis sua ministeria incumbunt. Homo <sup>2</sup> laicus praeceptis laicis constringitur.

#### XLI. *Continuatio.*

Unusquisque vestrum, fratres, in suo ordine, in bona conscientia, praescriptam ministerii sui regulam non transgrediens, in honestate Deo gratias agat. Non in omni loco, fratres, offeruntur sacrificia perpetua, vel votiva, vel pro peccatis et delictis, sed Hierosolymis tantum; neque illic in quovis loco fit oblatio, sed in atrio templi ad altare, diligenter prius inspecto sacrificio a <sup>3</sup> summo sacerdote et praedictis ministris. Qui igitur, praeter id, quod voluntati ejus consentaneum est, aliquid faciunt, mortis supplicio puniuntur. <sup>4</sup> Videtis, fratres, quo majori cognitione digni sumus habiti, eo graviore periculo obnoxii sumus.

tatam apud Hellenistas fuisse, ut significaretur alienus a tribu Levis, aut etiam prosapia Aaronis. Quibus verisimile fit, jam a primaevis scriptoribus Christianorum vocem *λαϊκός* adhibitam esse ad significandum eum, qui sacro nullo ministerio fungebatur. CLEB.

3) Id erat potius sacerdotum in-

ferioris ordinis; summo vero sacerdoti aliquali modo tribui potest hoc officium, cum sub ejus oculis peractum fuerit hoc negotium. WOTT. FREY. Forte *διὰ τοῦ ἀρχιερέως κ. τ. λ.* conjungenda sunt cum *προσφέρεται...* *πρὸς τὸ θυσιαστήριον.* FREY.

4) *Clem. Alex.* l. c. p. 613.

XLII. *Ordo ministrorum in ecclesia a Christo constitutus; Episcopi et Diaconi ab Apostolis ordinati.*

Οἱ ἀπόστολοι ἡμῖν <sup>1</sup> εὐηγγελισθῆσαν ἀπὸ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ. Ἐξεπέμφθη ὁ Χριστὸς οὖν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ οἱ ἀπόστολοι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ ἐγένοντο οὖν ἀμφοτέρω εὐτάκτως ἐκ Φεληματος Θεοῦ. Παραγγελίας οὖν λαβόντες, καὶ <sup>2</sup> πληροφορηθέντες διὰ τῆς ἀναστάσεως τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ <sup>3</sup> πιστωθέντες ἐν τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ, <sup>4</sup> μετὰ πληροφορίας πνεύματος ἁγίου ἐξῆλθον εὐαγγελιζόμενοι, τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ μέλλειν ἔρχεσθαι. Κατὰ χώρας οὖν καὶ πόλεις κηρύσσοντες <sup>5</sup> καθίστανον τὰς ἀπαρχὰς αὐτῶν, δοκιμάσαντες τῷ πνεύματι, εἰς <sup>6</sup> ἐπισκόπους καὶ διακόνους τῶν μελλόντων πιστεῖν. Καὶ τοῦτο οὐ καινῶς· ἐκ γὰρ δὴ πολλῶν χρόνων ἐγγράπτο περὶ ἐπισκόπων καὶ διακόνων. Οὕτως γὰρ πού λέγει ἡ γραφή· <sup>7</sup> „καταστήσω τοὺς ἐπισκόπους αὐτῶν ἐν δικαιοσίῃ, καὶ τοὺς διακόνους αὐτῶν ἐν πίστει.“

XLIII. *Moses olim contentionem de sacerdotali dignitate ortam sedavit.*

Καὶ τί θαυμαστόν, εἰ οἱ ἐν Χριστῷ <sup>8</sup> πιστευθέντες παρὰ Θεοῦ ἔργον τοιοῦτο, κατέστησαν τοὺς προειρημένους; ὅπου καὶ ὁ μακάριος, <sup>9</sup> „πιστὸς θεράπων ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ“, Μωϋσῆς <sup>10</sup> τὰ διατεταγμένα αὐτῷ πάντα ἐσημειώσατο ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις, ὧ καὶ ἐπηκολούθησαν οἱ λοιποὶ προφηταί, συνεπιμαρτυροῦντες τοῖς ὑπ' αὐτοῦ νενομοθετημένοις. Ἐκεῖνος γὰρ, ζήλον ἐμπεσόντος περὶ τῆς ἱερωσύνης, καὶ στασιαζουσῶν τῶν φυλῶν, ὅποια αὐτῶν εἶη τῷ ἐνδόξῳ ὀνόματι κεκοσμημένη, <sup>11</sup> ἐκέλευσεν τοὺς

1) Forte pro εὐηγγελίσαντο. WOTT. Econtra Nolte (l. c. p. 236) vim Passivi in εὐηγγελισθῆσαν retinens verendum suadet: Apostolis a Domino J. Ch. evangelium nuntiatum est in nostrum commodum (ἡμῖν, Dativ. commodi).

2) Cfr. Rom. 4, 21.

3) Cfr. II Tim. 3, 14. et supra c. 15.

4) Cfr. I Thess. 1, 5.

5) In Compositis saepius usurpatur ἱστάνω, e. g. καθιστάνω. Cfr. *Scapulae Lexic. et Schneideri Lex. gr. s. v. καθιστάνω. Ms. καθέστανον, male.*

6) Cfr. quae annotarunt ad h. l. *Coteler. Coustant. et Rothe (Anfangs p. 207).*

7) Isai. 60, 17.

XLII. *Ordo ministrorum in ecclesia a Christo constitutus; Episcopi et Diaconi ab Apostolis ordinati.*

Apostoli nobis jussu Domini Jesu Christi <sup>1</sup> evangelizaverunt, Jesus Christus jussu Dei. Missus est igitur Christus a Deo, et Apostoli a Christo; et factum est utrumque ordinatim ex voluntate Dei. Itaque acceptis mandatis, et per resurrectionem Domini nostri Jesu Christi <sup>2</sup> plena certitudine imbuti, Deique verbo <sup>3</sup> confirmati, <sup>4</sup> cum certa Spiritus sancti fiducia egressi sunt, annunciantes regni Dei adventum. Per regiones igitur et urbes verbum praedicantes, primitias earum, spiritu cum probassent, <sup>5</sup> constituerunt <sup>6</sup> episcopos et diaconos eorum, qui credituri erant. Neque hoc quidem novum institutum fuit; multis enim retro seculis de episcopis et diaconis scriptum est. Sic enim alicubi dicit scriptura: <sup>7</sup> *constituam episcopos eorum in justitia, et diaconos eorum in fide.*

XLIII. *Moses olim contentionem de sacerdotali dignitate ortam sedavit.*

Et quid mirum, si, quibus in Christo a Deo hoc munus <sup>8</sup> commissum fuit, praedictos constituerint? quandoquidem beatus Moyses, <sup>9</sup> *fidelis servus in universa domo*, <sup>10</sup> omnia, quae ipsi mandata erant, in sacris libris notaverit; quem caeteri prophetae sequuti sunt, iis, quae ab ipso sancita sunt, testimonium pariter perhibentes. Ille enim, cum aemulatio pro sacerdotio incidisset, et tribus inter se dissentirent, quaenam illarum glorioso illo nomine ornanda esset, <sup>11</sup> jussit duodecim tribuum

8) Πιστευθέντες. Ita ex Ms. restituit Wottonus. Junius male legit πιστεύοντες. Cfr. Tit. 1, 3: ἐν κηρύγματι, ὃ ἐπιστεύθη ἐγὼ κατ' ἐπιταγὴν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ.

9) Hebr. 3, 5. Num. 12, 7.

10) Τὰ διατεταγμένα. Ante has voces Cotelerius, Colomesius et Coustantius inserendum ducunt ὅς. JAC.

11) Referendo virgarum historiam

(Num. c. 17) b. Clemens adjicit nonnullas circumstantias admodum verisimiles, atque ut videtur desumptas ex Hebraeorum traditionibus. Cum vero duodecim virgas ponit, eadem in sententia versatur ac *Philo Judaeus*, Lib. III de Vita Mosis (Opp. ed. Mangey, T. II. p. 162), *Augustinus* (Serm. 245. Append. T. V. ed. Bened.). COTEL.

δώδεκα φυλάρχους προσενεγκεῖν αὐτῷ ῥάβδους, ἐπιγεγραμμένας ἐκίστης φυλῆς κατ' ὄνομα. Καὶ λαβὼν αὐτὰς ἔδησεν, καὶ ἔσφράγισεν τοῖς δακτυλοῖς τῶν φυλάρχων, καὶ ἀπέθετο αὐτὰς εἰς τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου ἐπὶ τὴν τράπεζαν τοῦ Θεοῦ. Καὶ κλείσας τὴν σκηνὴν, ἔσφράγισεν τὰς κλείδας, ὡσαύτως καὶ τὰς ῥάβδους, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· ἄνδρες ἀδελφοί, ἧς ἂν φυλῆς ἢ ῥάβδος βλαστήσῃ, ταύτην ἐκλέκεται ὁ Θεὸς εἰς τὸ ἱερατεῖον καὶ λειτουργεῖν αὐτῷ. Πρωίας δὲ γενομένης, συνεκάλεσεν πᾶσα τὸν Ἰσραὴλ, τὰς ἑξακοσίας χιλιάδας τῶν ἀνδρῶν, καὶ ἐπέδειξαστο τοῖς φυλάρχοις [τὰς σφρα]γίδας, καὶ ἤνοιξεν τῆ[ν σκηνὴν] τοῦ μαρτυρίου, καὶ προσ[ήνεγκεν] ῥάβδους. Καὶ εὐρέθη ἡ ῥ[άβδος] Ἀαρῶν οὐ μόνον βεβλα[στηκαῖα], ἀλλὰ καὶ καρπὸν ἔχουσα. Τί δοκεῖτε, ἀγαπητοί; Οὐ προ[έγνω] Μωϋσῆς τοῦτο μέλλεν [ἔσεσθαι]; Μάλιστα ἦδει· ἀλλ' ἵνα μὴ ἀ[ταστα]σία γένηται ἐν τῷ Ἰσραὴλ, οὐτ[ως] ἔποι[η]σεν, ἕως εἰς τὸ δοξασθῆναι τ[ὸ ὄνομα] ἡ „τοῦ ἀληθινοῦ καὶ μόνου [Θεοῦ],“ ὃ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

XLIV. *Apostolorum institutio, ne de munere sacerdotali contentio fiat. Legitime electos ac recte viventes de munere suo per nefas dejecistis.*

Καὶ οἱ ἀπόστολοι ἡμῶν ἔγνωσαν διὰ τοῦ <sup>5</sup> κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι ἕρις ἔσται ἐπὶ τοῦ <sup>6</sup> ὀνόματος τῆς ἐπισκοπῆς. Διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν πρόγνωσιν εἰληφότες τελείαν κατέστησαν <sup>7</sup> τοὺς προειρημένους, καὶ <sup>8</sup> μεταξὺ <sup>9</sup> ἐπινομῶν δεδώκασαν,

1) De hoc silent prorsus sacrae litterae; censendum igitur est, petitum fuisse ex indubitata aliqua traditione. WORT.

2) *Pitra* in *Spicileg. Solesmensi* T. I. p. 293 legendum conjicit ἐνόησεν, quia in fragmento veteris versionis latinae a S. Paulino Nolano, ut putat, exaratae legitur *sciebat* (in Joann. Diacon. Exposit. in Pentateuch. ed. *Pitra* in *Spicileg. l. c.* et p. LVII.).

3) In fragmento apud *Pitram* l. c.

legitur: *ut honorabilis Aaron inveniretur.*

4) Joann. 17, 3.

5) Ms. X̄Y, i. e. Χριστοῦ.

6) I. e. aut de dignitate *episcopali*, ut ὄνομα significat ἀξίωμα; aut de *re ipsa*, adeoque de nomine rem ipsam denotante. HAMMOND.

7) I. e. *episcopus* et *diaconus*, cfr. c. 42.

8) *Μεταξὺ* hic et infra = *μετέ-*

principes afferre sibi virgas, quae uniuscujusque tribus nomen inscriptum haberent. Quas cum accepisset, in fasciculum ligavit, et <sup>1</sup> annulis principum tribuum signavit, et in tabernaculo testimonii super mensam Dei deposuit eas. Clausoque tabernaculo claves similiter et virgas signavit, et dixit eis: viri fratres, cujus tribus virga germinaverit, hanc elegit Deus, quae ipsi sacra faciat et ministret. Mane autem facto congregavit universum populum Israel, sexcenta millia virorum, et tribuum principibus sigilla ostendit, tabernaculum testimonii aperuit, et virgas protulit. Et inventa est virga Aaronis non tantum germinasse, sed et fructum ferens. Quid, dilecti, vobis videtur? An hoc futurum non praesciverat Moyses? Maxime noverat; verum ne seditio in populo Israel oriretur, ita se <sup>2</sup> gessit, <sup>3</sup> ut nomen <sup>4</sup> veri et solius Dei glorificaretur, cui sit gloria in secula seculorum. Amen!

*XLIV. Apostolorum institutio, ne de munere sacerdotali contentio fiat. Legitime electos ac recte viventes de munere suo per nefas dejecistis.*

Apostoli quoque nostri per Jesum Christum <sup>5</sup> Dominum nostrum cognoverunt, contentionem de <sup>6</sup> nomine Episcopatus oborituram; ob eam ergo causam, perfecta praescientia praediti, constituerunt <sup>7</sup> praedictos, ac <sup>8</sup> deinceps <sup>9</sup> ordinationem dederunt,

πειρα, ut Act. 13, 42. et Barn. Epist. c. 10. JAC.

9) Ἐπιτροπή, a νέμω derivatum, apud antiquos de jure *pascendi in alieno* et de *depastione ignis* [Stephani Thes] usurpatur. Sed vox ista fortasse etiam a νόμος derivari potest, ita ut *praeceptum, ordinationem* significet. *Hammondus* et *Wottonus* verterunt: *seriem, modum successionis*, eo innixi, quod vox ἐπιτρέμω aliquando significet *καταλέγειν*, i. e. *catalogo adscribere*. *Hesychio* ἐπίτρομος est = κληρονόμος, quo fultus *Rothe* (Anfang. p. 374 sq.) reddit: *testamentarische*

*Verfügung*, quasi *Apostoli vi testamenti ordinassent*, ipsis (Apostolis) defunctis (τῶν κοιμηθῶτων) ipsorum (Apostolorum) munus (τὴν λειτουργίαν αὐτῶν), presbyteros et diaconos (ἐπισκοπήν sensu latiori) eligendi, ad alios probatos et eximios viros (i. e. *Episcopos* nostro sensu) transire debere. *Rothe* enim autumat, *brevi* tantum ante mortem suam Apostolos ordinem Episcopatus instituisse, quum antea non nisi Presbyteri (qui et Episcopi vocabantur) et Diaconi existerent. Sed viro docto accedere nobis non lubet, ut ex nostra versione latina



ὅπως, ἐὰν κοιμηθῶσιν, διαδέξωνται ἕτεροι δεδοκιμασμένοι ἄνδρες τὴν λειτουργίαν αὐτῶν. Τοὺς οὖν <sup>1</sup>κατασταθέντας ὑπ' ἐκείνων, ἢ μεταξὺ ὑφ' ἑτέρων <sup>2</sup>ἐλλογίμων ἀνδρῶν, <sup>3</sup>συνευδοκίας τῆς ἐκκλησίας πάσης, καὶ λειτουργήσαντας ἀμέμπτως τῷ ποιμαίνῳ τοῦ Χριστοῦ μετὰ ταπεινοφροσύνης, ἡσυχίας καὶ ἀβαναύσως, μεμαρτυρημένους τε πολλοῖς χρόνοις ὑπὸ πάντων, τούτους οὐ δικαίως νομίζομεν ἀποβαλέσθαι τῆς λειτουργίας. Ἄμαρτία γὰρ οὐ μικρὰ ἴμῖν ἔσται, ἐὰν τοὺς ἀμέμπτους καὶ ὁσίως προσενεγκόντας τὰ <sup>4</sup>δῶρα τῆς ἐπισκοπῆς ἀποβάλωμεν. Μακάριοι οἱ προοδοιοποιήσαντες πρεσβύτεροι, οἵτινες ἐγκωριον καὶ τελείαν ἔσχον τὴν <sup>5</sup>ἀνάλυσιν· οὐ γὰρ εὐλαβοῦνται, μὴ τις αὐτοὺς μεταστήσῃ ἀπὸ τοῦ ἰδριμένου αὐτοῖς τόπου. Ὁρῶμεν γὰρ, ὅτι ἐνίοις ὑμεῖς μετηγάγετε καλῶς πολιτευομέν[ους] ἐκ τῆς ἀμέμπτως αὐτοῖς <sup>6</sup>τετιμημένης λειτουργίας.

XLV. *Improborum est, justos vexare et dejicere.*

Φιλονεκ[οί] ἔστε, ἀδελφοί, καὶ ζηλωταὶ περὶ [μῆ] <sup>1</sup>ἀηκόντων εἰς σωτηρίαν. <sup>8</sup>Ἐγ[κίπτετε] εἰς τὰς γραφάς, τὰς ἀληθεῖς [ρήσεις] <sup>9</sup>πνεύματος τοῦ ἁγίου. <sup>10</sup>Ἐπίστασθε, [ὅτι οὐ] δὲν ἄδικον, οὐδὲ παραπε[ποιη]μένον γέγραπται ἐν αὐταῖς. [Ὁ γὰρ ε]ὐρήσετε δικαίους αποβε[βλημ]ένους ἀπὸ ὁσίων ἀνδρῶν. [Ἐδι]ώχθησαν δίκαιοι, ἀλλ' ὑπὸ ἀνό[μω]ν· <sup>11</sup>ἐφυλακίσθησαν, ἀλλ' ὑπὸ [ἀν]οσίων· ἐλιθάσθησαν ὑπὸ πα[ρα]νόμων· ἀπεκρίθησαν [ὑπ]ὸ τῶν μιαιῶν, καὶ ἄδικον ζῆλον [ἀ]νεληφότων. Ταῦτα πάσχοντες [ε]ὐκλειῶς ἤνεγκαν. [Τί γ]ὰρ εἵπωμεν, ἀδελφοί; <sup>12</sup>Δανιὴλ ὑπὸ τῶν φοβουμένων τὸν Θεὸν [ε]βλήθη εἰς

elucet. Nolte (l. c. p. 228) conjicit: *ἔτι νόμον δεδώκασι*. In fragmento per-  
vetustae versionis latinae (in Spicilio Solesm. l. c. cfr. p. 112. not. 2) legitur: *hanc formam tenentes*; ἐπι-  
νομή = *forma* = praeceptum.

1) Locus hic, si quis alius, apprime utilis ad intelligendum, quae fuerint partes Cleri et Plebis in Episcoporum ordinatione. *Κατάστασις* ad Apostolos et Episcopos, *συνευδόκησις* ad Plebem

spectabat. Rem optime illustrant *Cyprianus* Ep. 68. ed. Bened. (67 ed. Fell.) et *Origenes*, hom. 6 in Levit. (Opp. T. II. p. 216. ed. Bened.) FELL.

2) A Tito, Timotheo et aliis coadjutoribus Apostolorum, quibus munus, Episcopos, Presbyteros et Diaconos instituendi, commissum erat.

3) De *suffragio* populi cfr. *Cyprian.* Ep. 55. p. 82, Ep. 68. p. 118. ed.

ut, quum illi decessissent, ministerium eorum alii viri probati exciperent. <sup>1</sup> Constitutos itaque ab illis, vel deinceps ab aliis <sup>2</sup> viris eximiis <sup>3</sup> consentiente universa ecclesia, quique inculpate gregi Christi deservierunt cum humilitate, quiete, nec illiberaliter, et longo tempore ab omnibus testimonium praeclarum reportarunt, hos putamus munere suo non juste dejici. Non enim leve erit peccatum nostrum, si eos, qui sancte et sine reprehensione <sup>4</sup> munera obtulerunt, episcopatu ejicimus. Beati presbyteri, viam prius emensi, qui fructuosam perfectamque <sup>5</sup> dissolutionem consequuti sunt; non enim verentur, ne quis eos transferat de loco ipsis constituto. Videmus enim, quod vos nonnullos honeste viventes ab officio, <sup>6</sup> quod inculpate et cum honore exequabantur, dimovistis.

XLV. *Improbiorum est, justos vexare et dejicere.*

Contentiosi estis, fratres, et in rebus, <sup>7</sup> quae ad salutem minime pertinent, accensi zelo. Scripturas diligenter <sup>8</sup> inspice, quae <sup>9</sup> Spiritus sancti vera sunt oracula. <sup>10</sup> Attendite, in illis nihil injustum neque perversum scriptum esse. Non enim a viris sanctis invenietis justos rejectos. Persecutionem passi sunt justi, sed ab iniquis; <sup>11</sup> in carcerem sunt conjecti, sed ab impiis; lapidati sunt, sed a nefariis; occisi sunt, sed a scelestis et injusto zelo abreptis. Haec patientes gloriose tulerunt. Quid enim, fratres, dicemus? <sup>12</sup> Daniel in speluncam leonum

Bened. 1726: *sacerdos plebe praesente sub omnium oculis deligatur, et dignus atque idoneus publico iudicio ac testimonio comprobetur, . . . ut plebe praesente vel delegantur malorum crimina, vel bonorum merita praedicentur.*

4) I. e. *sacrificia novi foederis*, cfr. Constit. Apost. Lib. VIII. c. 12: *οἱ διάκονοι προσαγέτωσαν τὰ δῶρα τῷ ἐπισκόπῳ πρὸς τὸ θυσιαστήριον.*

5) Cfr. II Tim. 4, 6: *ὁ καιρὸς τῆς ἐμῆς ἀναλύσεως ἐφύστηκεν.*

6) *Ἰατιμημένης λειτουργίας.* Cum se-

dulam curam iis praestare soliti simus, quae in honore ac pretio habemus, *λειτουργίαν τιμῶν* dicuntur, qui munera sua diligenter obeunt. ΔΑΝΙΣ.

7) *Ἀνηκόντων εἰς σωτηρίαν.* Eandem locutionem legas apud S. Barnab. c. 17.

8) Ms. *ἐν[κρίτετε]*. Cfr. c. 40.

9) Ad tertiam personam SS. Trinitatis hoc refert *Klee*, Dogmengesch. I, 210.

10) Ms. *ἀπίστασαι*, male.

11) Ita Ms. teste Jacobsono.

12) Dan. 6, 16.

ὅπως, ἐὰν κοιμηθῶσιν, διαδέξωνται ἐκείνων καὶ Μισαὶλ ὑπὸ  
 ὄρεσ τὴν λειτουργίαν αὐτῶν. Τοῦτο καὶ ἐνδοξον θρησκείαν τοῦ  
 ἐκείνων, ἢ μεταξὺ ὑμῶν ἑτέρων <sup>1</sup> πυρός; <sup>2</sup> Μηδραμῶς τοῦτο  
 σάσης τῆς ἐκείνων πᾶσαν <sup>3</sup> κρίσαντες; Οἱ στυγιοὶ καὶ πάσης  
 τῆ ποιμανίᾳ τοῦ Χριστοῦ <sup>4</sup> ἠξίωσαν θυμοῦ, ὥστε τοὺς ἐν οὐρανῷ  
 ἀβαναύτως, μεμαρτυρημένους τῷ Θεῷ <sup>5</sup> εἰς αἰκίαν περι-  
 τούτους οὐ δικαίους ὁ ὑψιστος ὑπέμαχος καὶ ὑπερασπι-  
 λμαρτία γὰρ <sup>6</sup> συνειδήσει λατρευόντων τῷ [πα]ρα-  
 ὀσίως προσφώνοντες ὡς ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰ[ώνων].  
 Μακάριοι οὖν οἱ ἀπομένοντες ἐν πεποιθήσει δόξαν καὶ τιμὴν ἐκτε-  
 καὶ τελοῦσάν τε καὶ <sup>7</sup> ἐπαφρόδιτοι ἐγένοντο ἀπὸ τοῦ  
 αὐτῶν, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

XLV. Adhaereamus justis. Dissensio vestra pernicioiosa est.

Τοιούτοις οὖν ὑποδείγμασι κολληθῆναι καὶ ἡμᾶς δεῖ, ἀδελ-  
 φοί. Γέγραπται γάρ· <sup>6</sup> „κολλᾶσθε τοῖς ἁγίοις, ὅτι οἱ κολλώ-  
 μενοι αὐτοῖς ἁγιασθήσονται.“ Καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ τόπῳ λέγει·  
<sup>7</sup> „μετὰ ἀνδρὸς ἀθώου ἀθῶος ἔσῃ, καὶ μετ' ἐκλεκτοῦ ἐκλεκτὸς  
 ἔσῃ, καὶ μετὰ στρεβλοῦ διαστρέψεις.“ Κολληθῶμεν οὖν τοῖς  
 ἀθώοις καὶ δικαίοις· εἰσὶν δὲ οὗτοι ἐκλεκτοὶ τοῦ Θεοῦ. <sup>8</sup> Ἰ[α]  
 τί ἔρεις, καὶ θυμοὶ, καὶ διχοστασίαι, καὶ σχίσματα, πόλεμός τε  
 ἐν ὑμῖν; <sup>9</sup> Ἡ οὐχὶ ἓνα Θεὸν ἔχομεν καὶ ἓνα Χριστόν; καὶ ἐν  
<sup>10</sup> πνεύμα τῆς χάριτος τὸ ἐκχυθὲν ἐφ' ἡμᾶς, καὶ μία κλήσις ἐν  
 Χριστῷ; Ἴνα τί διέλλομεν καὶ διασπῶμεν τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ,  
 καὶ σκισιάζομεν πρὸς τὸ σῶμα τὸ ἴδιον, καὶ εἰς τοσαύτην <sup>11</sup> ἀπό-  
 νοιαν ἐρχόμεθα, ὥστε ἐπιλαθέσθαι ἡμᾶς, ὅτι μέλη ἐσμέν ἀλλή-  
 λων; Μνήσθητε τῶν λόγων Ἰησοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν. Εἶπε γάρ·  
<sup>12</sup> „οὐαὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ· καλὸν ἦν αὐτῷ, εἰ οὐκ ἐγεννήθη,  
 ἢ ἓνα τῶν ἐκλεκτῶν μου σκανδαλίσει· κρεῖττον ἦν αὐτῷ, περι-

1) Dan. 3, 20.

2) Ms. μηδραμῶς.

3) Male nonnulli textum immutare voluerunt. De voce ἠξίω v. Steph. Thes. (edit. nov.) et Passow, Lex. gr.

4) Lege εἰς αἰκίαν πρὸς περιβαλεῖν, ut cruciandi causa igne circumdarent. BIRR. GALL. Sed lectio Ms.

omnino retinenda est. WOTT. JAC.

5) Sic nos legendum putamus. Ms. habet ἐπαφρον i. e. quod spuma obductum renidet et albescit. Davisius conjicit ἐπαφροί, Boisius ἰλαφροί, solutis vinculis, vel ἀνέπαφοι, intacti sc. ab igne.

6) Non est in S. Scriptura. Cfr.

, qui Deum timebant, conjectus est? <sup>1</sup> An Ananias, et Misael conclusi sunt in fornacem ignis ab eis, qui in omni et gloriosum altissimi cultum observabant? <sup>2</sup> Absit quinam igitur haec patrarunt? Abominandi et omnino in eo furoris <sup>3</sup> rixati sunt, ut eos, qui in sancta et in veritate Deo servierunt, <sup>4</sup> tormentis injecerint, ignem, Altissimum propugnatorem et defensorem eorum esse, in pura conscientia nomen ejus virtute plenum colunt, cui sit gloria in secula seculorum, Amen! Illi vero, in fiducia patienter tolerantes, gloriae et honoris haeredes facti sunt, et a Deo exaltati et <sup>5</sup> gratiosi sunt effecti in memoria ipsorum, in secula seculorum, Amen!

XLVI. *Adhaereamus justis. Dissensio vestra perniciosa est.*

Talibus igitur exemplis et nos adhaerere oportet, fratres. Scriptum enim est: <sup>6</sup> *Sanctis vos adjungite, quia, qui illis adhaerent, sanctificabuntur.* Et rursus in alio loco: <sup>7</sup> *cum viro innocente innocens eris, et cum electo electus eris, et cum perverso perverteris.* Quare innocentibus et justis jungamus nos; ii enim sunt electi Dei. <sup>8</sup> Cur inter vos sunt contentiones, irae, dissensiones, schismata et bellum? <sup>9</sup> Nonne unum Deum et unum Christum habemus? Nonne unus est <sup>10</sup> Spiritus gratiae, qui super nos effusus est, et una vocatio in Christo? Cur divellimus et discerpimus membra Christi, et contra proprium corpus seditionem movemus, eoque <sup>11</sup> vesaniae devenimus, ut alios aliorum membra esse obliviscamur? Recordamini verborum Jesu Domini nostri. Dixit enim: <sup>12</sup> *vae homini illi! Bonum erat ei, si natus non fuisset, quam ut unum ex electis meis scandalizaret; melius erat, ut ei mola circum-*

*Clem. Alex.* Strom. V, 8. p. 677. ed. Pott. Venet.

7) Ps. 17. 26. 27.

8) Cfr. Jac. 4, 1.

9) Cfr. Ephes. 4, 4—6.

10) Hoc de tertia persona SS. Trinitatis explicat *Klee, Dogm. Gesch.* I. p. 210. Cfr. supra c. 45. p. 115. Not. 9.

11) Cfr. supra c. 1. p. 52.

12) Quod antiquis non insolens fuit, multa testimonia Clemens in unum conjungit: nempe Matth. 23, 24. Luc. 17, 2. Matth. 18, 6. Marc. 9, 42. COTEL. Citantur eadem a *Clem. Alex.* Strom. III, 18. p. 561.

τεθῆναι μύλον, καὶ καταποντισθῆναι εἰς τὴν θάλασσαν, ἢ ἐκ τῶν μικρῶν μου σκανδαλίσει.“ Τὸ σχίσμα ὑμῶν πολλοὺς διέστρεψεν, πολλοὺς εἰς ἀθυμίαν ἔβαλεν, πολλοὺς εἰς διαταγμὸν, τοὺς πάντας ἡμᾶς εἰς λύπην· καὶ ἐπίμονος ὑμῶν ἐστὶν ἡ στάσις.

**XLVII.** *Discordia vestra recens pejor est priori, quae Pauli temporibus fuit.*

Ἀναλάβετε τὴν <sup>1</sup> ἐπιστολὴν τοῦ μακαρίου Παύλου τοῦ ἀποστόλου. Τί πρῶτον ὑμῖν ἐν <sup>2</sup> ἀρχῇ τοῦ εὐαγγελίου ἔγραψεν; Ἐπ' ἀληθείας πνευματικῶς ἐπέστειλεν ὑμῖν, περὶ αὐτοῦ τε καὶ Κηφᾶ τε καὶ Ἀπολλῶ, διὰ τὸ καὶ τότε προσκλίσεις ὑμᾶς πεποιθῆσθαι. Ἄλλ' ἡ πρόσκλισις ἐκείνη <sup>3</sup> ἦτονα ἀμαρτίαν ὑμῖν προσήνεγκεν· προσεκλήθητε γὰρ ἀποστόλοις μεμαρτυρημένοις, καὶ ἀνδρὶ δεδοκιμασμένῳ παρ' αὐτοῖς. Νυνὶ δὲ κατανοήσατε, τίνες ὑμᾶς διέστρεψαν, καὶ τὸ <sup>4</sup> σεμνὸν τῆς περιβολῆτος φιλαδελφίας ὑμῶν ἐμείωσαν. Αἰσχρὰ, ἀγαπητοὶ, καὶ λίαν αἰσχρὰ, καὶ ἀνάξια τῆς ἐν Χριστῷ ἀγωγῆς, ἀκούεσθαι, τὴν βεβαιωτάτην καὶ <sup>5</sup> ἀρχαίαν Κορινθίων ἐκκλησίαν δι' ἐν ἣ δύο πρόσωπα στασιάζειν πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους. Καὶ αὕτη ἡ ἀκοή οὐ μόνον εἰς ἡμᾶς ἐχώρησεν, ἀλλὰ καὶ εἰς τοὺς <sup>6</sup> ἑτεροκλινεῖς ὑπάρχοντας ἀφ' ἡμῶν· ὥστε καὶ <sup>7</sup> βλασφημίας ἐπιφέρεσθαι τῷ ὀνόματι κυρίου διὰ τὴν ὑμετέραν ἀφροσύνην, ἑαυτοῖς δὲ κίνδυνον ἐπεξεργάζεσθαι.

**XLVIII.** *Redeatis ad fraterni amoris studium.*

Ἐξάρωμεν οὖν τοῦτο ἐν τάχει, καὶ προσπέσωμεν τῷ δεσπότη, καὶ κλαύσωμεν ἰκετεύοντες αὐτόν, ὅπως ἴλεως γενόμενος ἐπικαταλλαγῇ ἡμῖν, καὶ ἐπὶ τὴν σεμνὴν τῆς φιλαδελφίας ἡμῶν [<sup>8</sup> καὶ] ἀγνὴν ἀγωγὴν ἀποκαταστήσῃ ἡμᾶς. Πύλη γὰρ δικαιοσύνης ἀνεωγυῖα εἰς ζωὴν αὕτη, καθὼς γέγραπται· <sup>9</sup> „ἀνοίξατέ μοι

1) I Cor. 3, 13 sqq.

2) I. e. primis evangelicae praedicationis temporibus.

3) Ita DAVIS., Ms. ἦτον.

4) Cfr. supra c. 1. p. 52.

5) I. e. in ipsis Evangelii primordiis fundata. Nequaquam solide ex hoc epitheto inferunt viri docti, tempore demum Domitiani aut Trajani scriptam fuisse hanc epistolam,

*poneretur, et demergeretur in mare, quam ut unum de pusillis meis scandalizaret.* Schisma vestrum multos pervertit, multos in animi dejectionem, multos in vacillationem, omnes nos in tristitiam conjecit, nos omnes moerore affecit; et adhuc seditio vestra persistit.

XLVII. *Discordia vestra recens pejor est priori, quae Pauli temporibus fuit.*

<sup>1</sup> Epistolam beati Pauli Apostoli in manus sumite. Quid primum vobis in <sup>2</sup> principio Evangelii scripsit? Certe divinitus inspiratus de seipso, de Cepha et Apollo ad vos literas dedit, quia etiam tum inter vos factiones et partium studia fuerant. Sed factio ista <sup>3</sup> minus vobis intulit peccatum; propendebatis enim in Apostolos praeclaro testimonio celebres, et in virum ab illis probatum. Nunc vero, qui sint, qui nos perverterint, et <sup>4</sup> nominatissimi amoris vestri fraterni decus imminuerint, vobiscum perpendite. Turpia, fratres, turpia valde, et christiana vivendi ratione indigna audire debemus, firmissimam scilicet et <sup>5</sup> antiquam Corinthiorum ecclesiam propter unum aut alterum hominem contra presbyteros seditionem movere. Et hic quidem rumor non tantum ad nos, sed ad eos etiam, qui a nobis <sup>6</sup> alieni sunt, manavit; ita, ut propter vestram amentiam <sup>7</sup> blasphemiae nomini Domini inferantur, et vobis ipsis periculum creetur.

XLVIII. *Redeatis ad fraterni amoris studium.*

Auferamus igitur hoc celeriter; pedibus Domini advolvamur, et flentes suppliciter imploremus eum, ut propitius factus nobis reconcilietur, et pristinae nostrae decorae <sup>8</sup> et castae fraterni amoris conversationi nos restituat. Haec enim vita porta justitiae est ad vitam aperta, sicut scriptum est: <sup>9</sup> *aperite mihi*

cum tempore Neronis *antiqua* nequiverit appellari ecclesia. FREY.

6) I. e. *ad paganos*. Clemens respicit ad Rom. 2, 24.

7) Cfr. Rom. 2, 24. I Tim. 6, 1.

8) *Kai* inserendum esse, existimat

Wottonus, quia apud Clem. Alex. est, qui hunc locum laudat Strom. IV, 17. p. 613. ed. Venet.

9) Ps. 117, 19. 20. Haec et sequentia citantur a Clem. Alex. Strom. I, 7. p. 338. 339. ed. Venet.

πύλας δικαιοσύνης· εἰσελθὼν ἐν αὐταῖς <sup>1</sup> ἐξομολογήσομαι τῷ κυρίῳ· αὕτη ἡ πύλη τοῦ κυρίου· δίκαιοι εἰσελεύσονται ἐν αὐτῇ·<sup>2</sup> Πολλῶν οὖν πυχλῶν ἀνεργουῶν, ἡ ἐν δικαιοσύνῃ αὕτη ἐστίν <sup>3</sup> ἡ ἐν Χριστῷ, ἐν ἧ μακάριοι πάντες οἱ εἰσελθόντες, καὶ κατευθύνοντες τὴν πορείαν αὐτῶν ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ, ἀταράχως πάντα ἐπιτελοῦντες. Ἦτω τις πιστὸς, ἦτω δυνατὸς γνώσῃ ἐξαιρεῖν, ἦτω σοφὸς ἐν διακρίσει λόγων, ἦτω ἀγνὸς ἐν ἔργοις· <sup>4</sup> τοσοῦτῳ γὰρ μᾶλλον ταπεινοφρονεῖν ὀφείλει, ὅσῳ δοκεῖ μᾶλλον μεῖζων εἶναι, <sup>5</sup> καὶ ζητεῖν τὸ κοινωφελὲς πᾶσιν, καὶ μὴ τὸ ἑαυτοῦ.

#### XLIX. *Charitatis encomium.*

Ὁ ἔχων ἀγάπην ἐν Χριστῷ, τηρησάτω τὰ τοῦ Χριστοῦ παραγγέλματα. <sup>6</sup> Τὸν δεσμὸν τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ τίς δύναται ἐξηγήσασθαι; Τὸ μεγαλεῖον τῆς καλλονῆς αὐτοῦ τίς ἀρκεῖ, ὡς ἔδει, εἰπεῖν; <sup>7</sup> Τὸ ὕψος, εἰς ὃ ἀνάγει ἡ ἀγάπη, ἀνεκδιήγητόν ἐστιν. Ἀγάπη κολλᾷ ἡμᾶς τῷ Θεῷ· <sup>8</sup> ἀγάπη καλύπτει πλῆθος ἁμαρτιῶν· ἀγάπη πάντα ἀνέχεται, πάντα μακροθυμεῖ· οὐδὲν βάνανσον ἐν ἀγάπῃ, οὐδὲν ὑπερήφανον· ἀγάπη σχίσμα οὐκ ἔχει, ἀγάπη οὐ στασιάζει, ἀγάπη πάντα ποιεῖ ἐν ὁμονοίᾳ· ἐν τῇ ἀγάπῃ ἐτελειώθησαν πάντες οἱ ἐκλεκτοὶ τοῦ Θεοῦ· δίχα ἀγάπης οὐδὲν εὐάρεστον ἐστὶν τῷ Θεῷ. Ἐν ἀγάπῃ προσελάβετο ἡμᾶς ὁ δεσπότης· διὰ τὴν ἀγάπην, ἣν ἔσχεν πρὸς ἡμᾶς, <sup>9</sup> τὸ αἷμα αὐτοῦ ἔδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ κύριος ἡμῶν, ἐν θελήματι Θεοῦ, <sup>10</sup> καὶ τὴν σάρκα ὑπὲρ τῆς σαρκὸς ἡμῶν, καὶ τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν.

#### L. *Oremus, ut digni habeamur charitate.*

Ὅρατε, ἀγαπητοὶ, πῶς μέγα καὶ θαυμαστόν ἐστὶν ἡ ἀγάπη, καὶ τῆς τελειότητος αὐτῆς οὐκ ἐστὶν ἐξήγησις. Τίς ἱκανὸς ἐν αὐτῇ εὐφ[εθῆναι], εἰ μὴ οὗς ἂν καταξιώσῃ [ὁ Θεός; Εὐχῶ-

1) Ms. ἐξομολογήσομαι. Vocales O et Ω saepius in codice nostro permutantur. Jac.

2) Citantur haec a Clem. Alex. Strom. VI, 8. p. 772. ed. Venet., tanquam ex S. Barnaba, lapsu memoriae, vel levi incuria aut errore;

supra enim (Strom I, 7. p. 339) Clementi, ut mihi videtur, ea tribuit. Jac. Cfr. Matth 7, 13. 14.

3) De porta, quae est Christus, cfr. *Hermiae* Pastor. III, 9, 12.

4) Cfr. Matth. 23, 11.

5) Cfr. I Cor. 10, 33. Haec laudat

*portas justitiae; ingressus in eas* <sup>1</sup> *confitebor Domino; haec porta Domini, justi intrabunt in eam.* <sup>2</sup> Cum igitur multae portae apertae sint, ea, quae est justitiae, eadem et <sup>3</sup> in Christo est; beati omnes, qui in eam intrarunt, et iter suum in sanctitate et justitia direxerunt, omnia imperturbate peragentes. Sit aliquis fidelis, sit potens in enarranda cognitione sublimiori, sit sapiens in sermonum dijudicatione, sit castus in operibus; <sup>4</sup> tanto humilior esse debet, quanto major esse videtur, <sup>5</sup> et quaerere debet, quod omnibus utile est, non solum sibi.

#### XLIX. *Charitatis encomium.*

Qui charitatem in Christo habet, servet Christi mandata. <sup>6</sup> Vinculum charitatis Dei quis potest enarrare? Quis pulchritudinis ejus magnificentiam, prout par est, eloqui valet? <sup>7</sup> Altitudo, ad quam evehit, charitas inenarrabilis est. Caritas nos Deo agglutinat; <sup>8</sup> caritas peccatorum multitudinem tegit; caritas omnia sustinet, omnia patienter tolerat; nihil sordidum in charitate, nihil superbum; caritas schisma non habet; caritas seditionem non movet; caritas omnia in concordia facit; in charitate omnes Dei electi perfecti sunt facti; sine charitate nihil Deo acceptum est. In charitate nos Dominus sibi assumit; propter charitatem, quam erga nos habuit, Dominus noster Jesus Christus voluntate divina <sup>9</sup> sanguinem suum pro nobis tradidit; <sup>10</sup> et carnem pro carne nostra, et animam pro animabus nostris.

#### L. *Oremus, ut digni habeamur charitate.*

Videtis, dilecti, quam magna et admiranda sit charitas, et quod perfectio ejus nequeat enarrari. Quis est idoneus, ut in ipsa inveniatur, praeter eos, quos Deus dignos esse voluerit?

*Clem. Alex.* Strom. IV, 18. p. 613.

6) Cfr Coloss. 3, 14. Citantur haec a B. *Hieronymo*, Opp. T. VII. p. 606. ed. Vallars.

7) Habentur haec usque ad *κατὰ ἀξίωσιν ὁ Θεός* cap. seq. a *Clem. Alex.* Strom. IV, 18. p. 613 multo com-  
pendiosius. JAC.

8) I Petr. 4, 8. I Cor. 13, 4 sqq.

Jac. 5, 20.

9) Gal. 1, 4. Joh. 3, 16. I Joh. 4, 9. 10.

10) Paene eadem habentur a B. *Irenaeo*, Lib. V. c. 1. n. 1. p. 292 (ed. Mass.), forsitan respiciente hunc locum.



με]θα οὖν καὶ αἰτώμεθα <sup>1</sup> ἀπ[ὸ τοῦ ἐλέ]ους αὐτοῦ, ἵνα ἐν ἀγάπῃ [ζῶμεν], δίχα προσκλίσεως ἀνθρ[ωπίνης], ἄμωμοι. <sup>2</sup> Αἱ γενεαὶ πᾶσαι <sup>3</sup> [ἀπὸ Ἀδάμ] ἕως τῆςδε ἡμέρας παρ[έλ-θον], ἀλλ' οἱ ἐν ἀγάπῃ τελειωθέν[τες], κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν, ἔχου[σιν] χάρον εὐσεβῶν· οἱ <sup>4</sup> φανερ[οῦν]ται ἐν τῇ ἐπισκοπῇ τῆς βασιλ[είας] τοῦ Χριστοῦ. Γέγραπται γάρ· <sup>5</sup> „εἰς-ελ[θε] εἰς τὰ ταμεῖα μικρῶν <sup>6</sup> ὅσον ὅσο[ν], ἕως οὐ παρέλθῃ ἡ ὀργὴ καὶ θ[υμὸς] μου, <sup>7</sup> καὶ μνησθήσομαι ἡμέρ[ας] ἀγαθῆς, καὶ ἀναστήσω ὑμᾶς [ἐκ] τῶν θηκῶν ὑμῶν.“ Μακάριοι ἐσμεν, ἀγαπητοὶ, εἰ τὰ [προσ]τάγματα τοῦ Θεοῦ ἐποιοῦμεν ἐ[ν ὁ]μο-νοίᾳ ἀγάπης, εἰς τὸ ἀφεθῆ[ναι] ἡμῖν <sup>8</sup> δι' ἀγάπης τὰς ἀμαρ-τίας <sup>9</sup> ἡ[μῶν]. Γέγραπται γάρ· <sup>10</sup> „μακάριοι, ὧν [ἀφρέ]θησαν αἱ ἀνομίαι, καὶ ὧν ἐπεκ[αλύ]φθησαν αἱ ἀμαρτίαι. Μακάριος [ἀνὴρ], <sup>11</sup> οὗ οὐ μὴ λογίσῃται κύριος ἀμαρτίαν, οὐδὲ ἐστὶν ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ δόλος.“ Οὗτος ὁ μακαρισμὸς ἐ[γέ]γυτο ἐπὶ τοὺς ἐκλελεγμένους ὑπὸ τοῦ Θεοῦ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυ-ρίου ἡμ[ῶν], ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

LI. *Dissidii participes, praesertim auctores, confiteantur peccatum ipsorum.*

Ἔσα [οὗ]ν παρέ[βη]μεν διὰ τινος τῶν [τοῦ] ἀντικε[ιμέ]νου <sup>12</sup>, ἀξιώσωμεν [συγγνώμην]· καὶ ἐκεῖνοι δὲ, οἵτινες ἀρχηγ[οὶ τῆς] στάσεως καὶ διχοστασίας ἐγεν[ήθ]ησαν, ὀφείλουσιν τὸ κοινὸν τῆς ἐλπίδος σκοπεῖν. Οἱ γὰρ μετὰ φόβου καὶ ἀγάπης πολι-τεύόμενοι ἑαυτοὺς θέλουσιν μᾶλλον <sup>13</sup> αἰκίαις περιπίπτειν, ἢ τοὺς πλησίον· μᾶλλον δὲ ἑαυτῶν κατὰ γωνίαν φέρουσιν, ἢ τῆς παραδεδομένης ἡμῖν καλῶς καὶ δικαίως ὁμοφωνίας. Καλὸν γ[άρ] ἀνθρώπῳ ἐξομολογεῖσθαι περὶ τ[ῶν] παραπτωμάτων,

1) Ita *Jacobsonus*, Msto accuratus inspecto.

2) *Clem. Alex.* l. c. p. 614.

3) Nullam lacunam indicant *GALL. SOBÆNEM.* et alii; sed in Msto. spatium certe exstat. *JAC.*

4) *Φανερ[ωθῆσον]ται* legunt *Junius* et *Gallandius*, *Clementem Alex.* secuti. Séd forma contractior, quam a *LXX*

*Int.* frequentatam saepissime usurpat scriptores ecclesiastici, melius certe cum lacunae spatio congruit. *JAC.*

5) *Isai.* 26, 20. Sensus est: *aliquot temporis sepulchris erunt tecti, tunc resurgent.*

6) Ὅσον geminatum habes etiam *Hebr.* 10, 37. *JAC.*

7) Simile nonnihil habes in libro

Oremus igitur et petamus <sup>1</sup> ab illius misericordia, ut in charitate vivamus, sine propensione aliqua humana, et inculpati. <sup>2</sup> Generationes omnes <sup>3</sup> ab Adam usque in hodiernum diem praeterierunt; qui vero per Dei gratiam in charitate sunt consummati, locum piorum obtinent, et in visitatione regni Christi <sup>4</sup> manifestabuntur. Scriptum enim est: <sup>5</sup> *ingredere in cubacula paululum* <sup>6</sup> *quantulumcunque, donec ira mea et furor pertranseat*; <sup>7</sup> *et recordabor diei boni, et suscitabo vos e sepulchris vestris*. Beati sumus, dilecti, si praecepta Domini in charitatis concordia impleverimus, ut per <sup>8</sup> charitatem peccata <sup>9</sup> nostra nobis remittantur. Scriptum enim est: <sup>10</sup> *beati, quorum remissae sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata*. *Beatus vir*, <sup>11</sup> *cujus peccatum Dominus non imputabit, neque est in ore ejus dolus*. Haec beatitudinis praedicatio ad eos pertinet, qui per Jesum Christum Dominum nostrum a Deo sunt electi, cui sit gloria in secula seculorum. Amen.

LI. *Dissidii participes, praesertim auctores, confiteantur peccatum ipsorum.*

Quaecunque igitur per aliquas adversarii <sup>12</sup> suggestiones deliquimus, veniam et indulgentiam imploremus; illi vero, qui seditionis et dissensionis principes exstiterunt, communem spem contemplari debent. Qui enim in timore et charitate vitam degunt, se ipsos potius quam proximos in <sup>13</sup> cruciatus incidere volunt, et se ipsos potius quam pulchre et juste traditam nobis consensionem subire vituperationem volunt. Melius enim est homini, peccata sua confiteri, quam indurare cor suum; prout

apocrypho IV Esdr. 2, 16. COLOMES. Gallandius vix dubitat, quin S. Pater respexerit ad illud Ezech. 37, 12. 13.

8) Animadvertite, hic Clementem eandem plane vim *charitatis* ad remissionem peccatorum seu justificationem consequendam tribuere, quam tribuit *fidei* Apostolus Paulus.

9) Ita legendum, teste Jacobsono.

10) Ps. 32, 1. 2.

11) *Ὁ ὄν οὐ*. Ita se habet Cod. ms., Vat. Codex LXX interpr. exhibet *φ*. Sic S. Paulus ad Rom. 4, 8. WOTT.

12) Sc. *δόλων* vel *ἐνεδρών*. WOTT. *Ὁ ἀντικείμενος*, *contrarius* = *Satanas*, cfr. Epist. Barn. c. 2.

13) Ms. *οὐκταυ*.

ἢ σκληρῶναι τὴν καρδίαν αὐτ[οῦ], καθὼς ἐσκληρύνθη ἡ καρδία τῶν <sup>1</sup> στασιαζόντων πρὸς τὸν θεράποντα τοῦ Θεοῦ Μωϋσῆ· ὧν τὸ [κρ]ίμα πρόδηλον ἐγενήθη. Κατέβησαν γὰρ εἰς γῆν ζῶντες, καὶ θά[νατος κατέπιεν αὐ]τούς. <sup>2</sup> Φαραὼ καὶ ἡ στρα[τιὰ αὐτ]οῦ, καὶ πάντες οἱ ἠγούμε[οι Αἰγ]ύπτου, τὰ τε ἄρματα καὶ οἱ [ἀναβά]ται αὐτῶν οὐ δι' ἄλλην τινα [αἰτία]ν ἐβνθίσθησαν εἰς θάλασσαν [ἐρυθρ]άν, καὶ ἀπώλοντο, ἀλλὰ διὰ [τὸ σκλη]ρυνθῆναι αὐτῶν τὰς ἀσυ[νέτου]ς καρδίας, μετὰ τὸ γενέσθαι [τὰ σημ]εῖα [καὶ] τὰ τέρατα ἐν γῇ Αἰγύ[πτου] διὰ [τοῦ θ]εράποντος τοῦ Θεοῦ [Μ]ωϋσέως.

### LII. *Talis confessio Deo placet.*

<sup>3</sup> Ἀπροσδεῖς, ἀδελφοί, [ὁ] δεσπότης ὑπάρχει τῶν ἀπίστων· [οὐ]δὲν οὐδενὸς κρήζει, εἰ μὴ τὸ [ἐξ]ομολογεῖσθαι αὐτῷ. Φησὶ γὰρ [ὁ] ἐκλεκτὸς Δαβίδ· <sup>4</sup> „ἐξομολογήσομαι τῷ κυρίῳ, καὶ ἀρέσει αὐτῷ ὑπὲρ μύσχον νέον, κέρατα ἐκφέροντα καὶ ὄπλᾶς· ἰδέτωσαν πτωχοὶ καὶ εὐφρανθήτωσαν.“ Καὶ πάλιν λέγει· <sup>5</sup> „θῦσον τῷ Θεῷ θυσίαν αἱ[νέ]σεως, καὶ ἀπόδος τῷ ὑψίστῳ τὰς εὐχὰς σου· καὶ ἐπικάλουσαί με ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς σου, καὶ ἐξελοῦμαι σε, καὶ δοξάσεις με. <sup>6</sup> Θυσία γὰρ τῷ Θεῷ πνεῦμα συντετριμμένον.“

### LIII. *Mosis charitas erga populum suum.*

Ἐπίστασθε γὰρ, καὶ καλῶς ἐπίστασθε [ε τὰς] ἱερὰς γραφὰς, ἀγαπητοί, [καὶ ἐγκε]κρύφατε εἰς τὰ λόγια τοῦ [Θεοῦ. Εἰς ἀ]νάμνησιν οὖν ταῦτα [λάβετε]. Μωϋσέως γὰρ <sup>7</sup> ἀναβά[ντος εἰ]ς τὸ ὄρος, καὶ <sup>8</sup> ποιήσαν[τος τεσσαρ]άκοντα ἡμέρας καὶ τεσ[σαρ]άκοντα νύκτας ἐν νηστείᾳ [καὶ ταπειν]ώσει, εἶπεν πρὸς αὐτὸν [ὁ κύριος· <sup>9</sup> „Μωϋσῆ, Μωϋσῆ, κατὰβηθι [τὸ τάχος] ἐντεῦθεν, ὅτι ἠνόμησεν [ὁ λαὸς σ]ου, οὓς ἐξήγαγες ἐκ γῆς [Αἰγύπτου]· παρέβησαν ταχὺ ἐκ [τῆς ὁδοῦ] ἧς ἐνετείλω αὐτοῖς, [ἐποίησα]ν ἑαυτοῖς χωνεύματα.“ [Καὶ εἶπε]ν κύριος πρὸς αὐτὸν· <sup>10</sup> „λελύλι[κα πρὸς] σε ἅπαξ καὶ δις, λέγων· [ἐώρακα] τὸν λαὸν τοῦτον, καὶ ἰδοὶ, λαὸς [σ]κληροτράχλος· ἔασόν [με ἐξο]λεθρεῖσαι αὐτούς, καὶ ἐξα[λείψω τὸ] ὄνομα αὐτῶν ὑποκά[τωθεν] τοῦ

1) Num. 16.

2) Exod. 14.

3) Cfr. Act. 17, 25 et Ep. ad Diogn.

c. 3.

induratum est eorum cor, <sup>1</sup> qui contra Moysen famulum Domini seditionem concitarunt, quorum condemnatio manifesta fuit. Descenderunt enim in infernum vivi, et mors eos absorpsit. <sup>2</sup> Pharaon una cum exercitu suo, et omnes praefecti Aegypti, currus etiam et consistentes in eis non aliam ob causam rubri maris profundo immersi sunt, et perierunt, quam quod stulta eorum corda, post tot signa et miracula ostensa per famulum Dei Moysen in terra Aegypti, indurata fuerint.

LII. *Talis confessio Deo placet.*

<sup>3</sup> Nullius rei, fratres, indigus est Dominus omnium; nihil a quoquam desiderat, praeterquam ut ipsi fiat confessio. Dicit enim electus David: <sup>4</sup> *confitebor Domino, et placebit ei super vitulum novellum, cornua producentem et ungulas; videant pauperes et laentur.* Et rursus dicit: <sup>5</sup> *immola Deo sacrificium laudis, et redde Altissimo vota tua. Et invooca me in die tribulationis tuae, et eruam te, et glorificabis me.* <sup>6</sup> *Sacrificium enim Deo spiritus contribulatus.*

LIII. *Mosis charitas erga populum suum.*

Nostis autem, dilecti, et probe nostis sacras Scripturas, et penitus in divina eloquia introspeexistis. Illa igitur in memoriam revocate. Cum Moyses in montem <sup>7</sup> ascendisset, <sup>8</sup> et quadraginta dies noctesque quadraginta in jejunio et humilitate transegisset, dixit ad eum Dominus: <sup>9</sup> *Moyses, Moyses, descende velociter hinc, quia iniquitatem fecit populus tuus, quos eduxisti de terra Aegypti; transgressi sunt cito de via, quam mandasti eis, et fecerunt sibi fusilia. Et dixit Dominus ad illum: <sup>10</sup> locutus sum ad te semel et iterum, dicens: Vidi populum hunc, et ecce, populus dura cervice est; sine, me exterminare eos, et delebo nomen eorum sub coelo; et faciam*

4) Ps. 68, 31—33. Clem. Alex. l. c. p. 614.

5) Ps. 49, 14. 15.

6) Ps. 50, 19.

7) Ita Jacobsonus.

8) I. e. διατρίψαντος. Cfr. Jac. 4, 13. II Cor. 11, 25.

9) Exod. 32, 7 sqq. Deut. 9, 12 sqq.

10) Cfr. Clem. Alex. Strom. IV, 19, p. 617.

οὐρανοῦ, καὶ ποιήσω [σε εἰς ἔθ]νος μέγα καὶ θαυμαστὸν [καὶ πολ]ὺ μᾶλλον ἢ τοῦτο.“ [Ἐἶπε δὲ Μ]ωϋσῆς· <sup>1</sup> „μηθαμῶς, κύριε· [ἄφες τὴν] ἁμαρτίαν τῷ λαῷ τούτῳ, ἢ καμὲ ἐξάλειψον ἐκ βίβλου ζώντων.“ Ὡ μεγάλης ἀγάπης, ὦ τελειότητος ἀντιερβλήτου! Παῖδησιάζεται θεράπων πρὸς κύριον, αἰτεῖται ἄρασα τῆ πλήθει, ἢ καὶ ἑαυτὸν ἐξαλειφθῆναι μετ' αὐτῶν ἀξιοῖ.

LIV. *Qui charitate plenus est, omne damnatum subit, dummodo pax ecclesiae restituitur.*

Τίς οὖν ἐν ὑμῖν γενναῖος, τίς εὐσπλαγγνος, τίς πεπληροφορημένος ἀγάπης; <sup>2</sup> Εἰπάτω· „εἰ δὲ ἐμὲ στάσις καὶ ἔρις καὶ σχίσματα, ἐκχωρῶ, ἄπειμι, οὐ εἰὰν βούλησθε, καὶ ποιῶ τὰ προστασσόμενα ὑπὸ τοῦ πλήθους· μόνον τὸ ποιμνιον τοῦ Χριστοῦ εἰρηνεύτω μετὰ τῶν καθεσταμένων πρεσβυτέρων.“ Τοῦτο ὁ ποιήσας ἑαυτῷ μέγα κλέος ἐν κυρίῳ περιποιήσεται, καὶ πᾶς τόπος δέξεται αὐτόν. <sup>3</sup> „Τοῦ γὰρ κυρίου ἢ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς.“ Ταῦτα οἱ πολιτευόμενοι τὴν ἀμεταμέλητον πολιτείαν τοῦ Θεοῦ ἐποίησαν καὶ ποιήσουσιν.

LV. *Hujus charitatis exempla.*

<sup>4</sup> ἵνα δὲ καὶ ὑποδείγματα ἐθνῶν ἐνέγκωμεν· πολλοὶ βασιλεῖς καὶ ἡγούμενοι, λοιμικοῦ τινος ἐστάντος καιροῦ, χρησιμοδοτηθέντες, παρέδωκαν ἑαυτοὺς εἰς θάνατον, ἵνα ῥύσωνται διὰ τοῦ ἑαυτῶν αἵματος τοὺς πολίτας. Πολλοὶ ἐξεχώρησαν ἰδίῳ πόλει, ἵνα μὴ στασιάζωσιν ἐπὶ πλείον. Ἐπιστάμεθα πολλοὺς ἐν ἡμῖν <sup>5</sup> παραδεδωκότας ἑαυτοὺς εἰς δεσμὰ, ὅπως ἑτέροις <sup>6</sup> λυτρώσονται. Πολλοὶ ἑαυτοὺς παρέδωκαν εἰς δουλείαν, καὶ λαβόντες τὰς τιμὰς αὐτῶν, ἑτέροις <sup>7</sup> ἐψώμισαν. Πολλαὶ γυναῖκες ἐνδυναμώθεισαι διὰ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ, ἐπετέλεσαντο πολλὰ ἀνδρεία. <sup>8</sup> Ἰουδὶθ ἡ μάκαρις, ἐν συγκλεισμῷ οὐσης τῆς πόλεως, ἠτήσατο παρὰ τῶν πρεσβυτέρων, εἰθῆναι αὐτὴν ἐξελεθεῖν εἰς τὴν παρεμβολὴν τῶν ἀλλοφύλων· παραδοῦσα οὖν ἑαυτὴν τῷ κινδύνῳ, ἐξῆλθεν δι' ἀγάπην τῆς πατρίδος καὶ

1) Exod. 32, 32.

2) *Epirhanius* (haer. 27, 6.), hunc nostrum ipsum sponte exilium subiisse pacis gratia.

3) Ps. 23, 1.

te in gentem magnam et mirandam, et hac numerosiorem. Dixit autem Moyses: <sup>1</sup>neutiquam Domine; remitte huic populo peccatum, vel etiam me dele de libro viventium. O charitatem magnam! O insuperabilem perfectionem! Famulus Dominum libere alloquitur, pro plebe remissionem postulat, vel seipsum una cum eis deleri petit.

■ LIV. *Qui charitate plenus est, omne damnum subit, dummodo pax ecclesiae restituatur.*

■ Quis igitur inter vos generosus, quis misericors, quis charitate plenus? <sup>2</sup>Dicat: *si propter me seditio et discordia et schismata orta sunt, discedo, ab eo, quocumque volueritis, et quae multitudo jusserit, facio; solum Christi grex in pace degat cum constitutis presbyteris.* Qui hoc fecerit, magnam sibi gloriam in Domino conciliabit, et omnis locus eum excipiet. ■ <sup>3</sup>*Domini enim est terra et plenitudo ejus.* Haec faciunt et facient, qui divinam, cujus nunquam poenitet, vitam vivunt.

#### LV. *Hujus charitatis exempla.*

■ <sup>4</sup>Ut autem etiam exempla gentium proferamus: multi reges et gubernatores, pestifero tempore saeviente, cum oraculo essent admoniti, morti se ipsos tradiderunt, ut suo sanguine cives liberarent. Multi, ne diutius seditio duraret, a civitatibus suis secesserunt. Multos etiam inter nos cognovimus, <sup>5</sup>qui se ipsos in vincula conjecerunt, ut alios <sup>6</sup>redimerent. Multi in servitutem se ipsos addixerunt, et accepto pretio sui alios <sup>7</sup>cibarent. Multae mulieres, gratia divina corroboratae, virilia multa gesserunt. <sup>8</sup>Beata Judith, cum urbs circumsessa esset, rogavit seniores, ut sibi liceret in alienigenarum castra exire; et periculo se objiens, propter amorem patriae populique obsessi egressa

4) Ad haec respicit *Origenes* T. IV. p. 153. p. 393 ed. Ruae.

5) Hujus rei exempla dabit B. Paulus ad Rom. 16, 4. et ad Philipp. 2, 30.

6) Ita Ms.; *Schoenemanno* placet *λυτῶσονται.*

7) Hanc vocem usurpat B. Paulus I Cor. 13, 3.

8) Judith. 8, 30. *Clem. Alex.* I. c. p. 617.

οὐρανοῦ, καὶ πολ]ὺ κύριε· ἐκ βί βλτ τι

... ἐν ἑαυτοῖς οἱ σκληρισμοὶ· καὶ παρέδωκεν κύριος οὐχ ἤττονι καὶ ἡ τελεία κατὰ πᾶσαν παρέβαλεν, ἵνα τὸ δωδεκάφυλον ἡσυχάσῃ, ἡσυχάσῃ, ἡσυχάσῃ. Διὰ γὰρ τῆς ηἰσθητικῆς αὐτῆς ἡξίωσεν τὸν παντεπὸπτην δεσπότην ὡς ἰδὼν τὸ ταπεινὸν τῆς ψυχῆς αὐτῆς ὡς ἰδὼν τὸν λαόν, ὃν χάριν ἐκινδύνευσε.

LVI. *Admonemus et corripiamus nos invicem; qui talem castigationem non renuit, Deum habet protectorem.*

Καὶ ἡμεῖς οὖν ἐντύχωμεν περὶ τῶν ἐν τινι παραπτώματι ὑπαρχόντων, ὅπως δοθῇ αὐτοῖς ἐπιείκεια καὶ ταπεινοφροσύνη, εἰς τὸ εἶσαι αὐτοὺς μὴ ἡμῖν, ἀλλὰ τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ. Οὕτως γὰρ ἔσται αὐτοῖς ἐγκαρπὸς καὶ τελεία ἡ πρὸς τὸν Θεὸν καὶ τοὺς ἁγίους μετ' οἰκτιρῶν μνηεῖα. Ἀναλάβωμεν παιδεῖαν, ἐφ' ἣ οὐδεὶς ὀφείλει ἀγανακτεῖν, ἀγαπητοί. Ἡ γρηθέτης, ἣν ποιούμεθα εἰς ἀλλήλους, καλὴ ἐστὶν καὶ ὑπεραγαθὴ ὠφέλιμος· κολλᾷ γὰρ ἡμᾶς τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ. Οὕτως γὰρ φησὶν ὁ ἅγιος λόγος· „παιδεύων ἐπαίδευσέν με ὁ κύριος, καὶ τῷ θανάτῳ οὐ παρέδωκέν με· ὃν γὰρ ἀγαπᾷ κύριος, παιδεύει, μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν, ὃν παραδέχεται.“ „Παιδεύσει με γὰρ,“ φησὶν, „δίκαιος ἐν ἐλέει, καὶ ἐλέγξει με, ἕλαιον δὲ ἁμαρτωλῶν μὴ λιπανάτω τὴν κεφαλὴν μου.“ Καὶ πάλιν λέγει· „μακάριος ἄνθρωπος, ὃν ἤλεγξεν ὁ κύριος· νοουδέτημα δὲ παντοκράτορος μὴ ἀπαναίνου, αὐτὸς γὰρ ἀλαγεῖν ποιεῖ, καὶ πάλιν ἀποκαθίστησιν· ἐπαισεν, καὶ αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἴωσαντο. Ἐξέλιξις ἐξ ἀναγκῶν ἐξελεῖται σε, ἐν δὲ τῷ ἐβδόμῳ οὐχ ἄψεται σου κακόν. Ἐν λιμῷ ἡσυχάσῃ σε ἐκ θανάτου, ἐν πολέμῳ δὲ ἐκ χειρὸς σιδήρου λύσει σε, καὶ ἀπὸ μαστιγῆς γλώσσης σε κρούσει, καὶ οὐ μὴ φοβηθῆσῃ, κακῶν ἐπερχομένων. Ἀδίκων καὶ ἀνόμων καταγέλαση, ἀπὸ δὲ θηρίων ἀγρίων οὐ μὴ φοβηθῆς· θῆρες γὰρ ἄγριοι εἰρηρεύσουσίν σοι. Εἶτα γνώσῃ, ὅτι εἰρηρεύσει σου ὁ οἶκος, ἡ δὲ δίαιτα τῆς σκηνῆς σου οὐ μὴ

1) Esther. 7 et 8. Οὐχ ἤττονι legit Jacobsonus; ceteri editores οὐχ ἤττον ad orandum. 2) Ἐντυχάω, accedo, speciatim. 3) Cfr. Gal. 6, 1.

est; et tradidit Deus Olophernem in manus mulieris. <sup>1</sup> Non minori periculo etiam perfecta in fide Esther, ut duodecim tribus Israel ab instanti exilio liberaret, se ipsam objecit. Nam in jejunio et humiliatione precata est rerum omnium inspectorem Dominum, seculorum Deum; qui animi ejus humilitatem cernens, populum liberavit, cujus gratia illa periculum subierat.

LVI. *Admoneamus et corripiamus nos invicem; qui talem castigationem non renuit, Deum habet protectorem.*

<sup>2</sup> Oremus igitur et nos pro eis, qui <sup>3</sup> in aliquod peccatum lapsi sunt, ut moderatio et humilitas eis concedatur, ut non nobis, sed voluntati divinae cedant. Sic enim misericors <sup>4</sup> mentio eorum apud Deum et sanctos fructuosa erit, et finem suum consequetur. Assumamus, dilecti, disciplinam, propter quam rursus irasci debet. Admonitio, qua alii alios commonefacimus, bona est et apprime utilis, voluntati enim divinae nos agglutinat. Sic enim dicit sacer sermo: <sup>5</sup> *castigans castigavit me Dominus, et morti non tradidit me; quem enim diligit Dominus, arguit; flagellat autem omnem filium, quem suscipit.* <sup>6</sup> *Corripiet enim, ait, me justus in misericordia, et increpabit me; <sup>7</sup> oleum autem peccatorum non impinguet caput meum.* Et rursus dicit: <sup>8</sup> *beatus homo, quem arguit Dominus; monitionem vero Omnipotentis ne renuas; ipse enim dolere facit, et rursus restituit; percussit, et manus ejus sanaverunt. Sexies de necessitatibus eruet te, et in septimo non <sup>9</sup> tanget te malum. In fame liberabit te a morte, in praelio vero de manu ferri solvet te, a flagello linguae abscondet te, et non timebis a malis venientibus. Injustos et iniquos deridebis, et feroces bestias non timebis; bestiae enim ferae pacatae erunt tibi. Deinde scies, quod in pace erit domus tua, habitatio autem taber-*

4) *Mrsela*, vox Paulina, Rom. 1, 9. Eph. 1, 16. Phil. 1, 3. I Thess. 3, 6. II Tim. 1, 3. JACOBSON.  
5) Ps. 117, 48. Prov. 3, 12. Hebr. 12, 6.

Patres apost. Ed. IV.

6) Ps. 140, 5.  
7) I. e. rejicio gaudia a peccatoribus mihi parata.  
8) Job. 5, 17-26.  
9) Ms. OYKOYETAI.



ἀμάσθη. Γνώση δὲ, ὅτι πολὺ [τὸ σπέρμα σου], τὰ δὲ τέκνα σου ὡσπερ [τὸ παμβό]τανον τοῦ ἀγροῦ. Ἐλεύσ[η δὲ ἐν τὰ]γῃ, ὡσπερ σίτος ὠριμο[ς, κατὰ και]ρὸν θεριζόμενος, ἢ ὡσ[περ θημω]νία ἄλωνος, καθ' [ἄραν συγκομ]ισθεῖσα. “ Βλέπετε, ἀγαπῆ[οί, ὅτι] ὑπερασπισμός ἐστιν τ[οῖς παιδευ]ομένοις ὑπὸ τοῦ δεσπ[ίτου· καὶ γὰρ] ἀγαθὸς ὢν· παιδε[ύει ὁ Θεός], εἰς τ[ὸ νουθετ]ηθῆναι ἡμᾶς διὰ τῆς ὁσίας [παι]δείας αὐτοῦ.

LVII. *Seditionis auctores presbyteris sese subdiciant, ne Deus eos perdat.*

Ἦμεῖς οὖν, οἱ τὴν καταβολὴν [τῆς] στάσεως ποιήσαντες, ὑποτ[άγη]τε τοῖς <sup>1</sup> πρεσβυτέροις, καὶ πα[ιδεύ]θητε εἰς μετάνοιαν, <sup>2</sup> κάμψαν[τες] τὰ γόνατα τῆς καρδίας ὑμῶν. Μάθετε ὑποτάσσεσθαι, ἀποθέμενοι τὴν ἀλαζόνα καὶ ὑπερήφανον τῆς γλώσσης ὑμῶν ἀνθάδ[ειαν]. ἄμεινον γὰρ ἐστὶν ὑμῖν, [ἐν] τῷ ποιμνίῳ τοῦ Χριστοῦ μικροῖς καὶ ἔλλογιμοις εὐρεθῆναι, ἢ καθ' ὑπεροχὴν δοκοῦντας <sup>3</sup> ἐκριθῆναι ἐλπίδος αὐτοῦ. Οὕτως γὰρ λέγει ἡ πανάρετος σοφία· <sup>4</sup> „ἴδου, προήσομ[αι ὑμῖν] ἐμῆς πνοῆς ἦρσι, διδάξω [δὲ ὑμᾶς] τὸν ἐμὸν λόγον. Ἐπ[ειδὴ] ἐκάλουν], καὶ οὐχ ὑπηρεοῦσα[τε, καὶ ἐξέτε]νον λόγους, καὶ οἱ [προσείχετε], ἀλλ' ἀκύνους ἐποι[εῖτε ἐμᾶς] βουλὰς, τοῖς δὲ ἐμ[οῖς ἐλέγχους] ἠπειθήσατε· τοιγαρ[οῦν κἀγὼ] τῇ ὑμετέρῃ ἀπωλεί[α ἐπιγέλασο]μαι· καταχαροῦμαι δὲ, [ἤνικα ἂν] ἔρχεται ὑμῖν ὀλεθρο[ς, καὶ ὡς ἂν ἀ]φικηται ὑμῖν ἄφνω θ[όρυβος, ἢ δὲ] καταστροφή ὁμοία κ[αταιγίδι πα]ρῆ, ἢ ὅταν ἔρχεται ὑμῖν θλίψις] καὶ πολιορκία. Ἔσται γ[ὰρ, ὅταν ἐπι]καλέσησθέ με, ἐγὼ δὲ [οὐκ εἰσα]κούσομαι ὑμῶν· ζητ[ήσουσιν] με κακοὶ, καὶ οὐχ εὐφ[ίσουσιν]. Ἐμίσησαν γὰρ σοφίαν, [τὸν δὲ φό]βον τοῦ κυρίου οὐ <sup>5</sup> προσέλα[γτο, οὐδὲ] ἤθελον ἐμαῖς προσέχ[ειν βουλαῖς]. ἐμυκτήριζον δὲ ἐμοῦ[ς ἐλέγχους]. Τοιγαροῦν ἔδοντα

1) Τοῖς πρεσβυτέροις a Clemente nostro etiam episcopus adnumeratur; alibi enim (c. 42) beatus Pater non nisi de episcopis et diaconis loquitur, omissis presbyteris.

2) Κάμψαντες τὰ γόνατα. Haec phrasis in Patribus et Conciliis frequens, desumpta videtur ex oratione Manassis. Cot.

3) Cfr. Rothe, Anfänge p. 587 sq.

*naculi tui non deficiet. Scies autem, quod multum sementuum, et liberi tui erunt quasi omnis herba campi. Et venies in sepulchrum, tanquam frumentum maturum, quod in tempore messuerunt, vel sicut acervus areae, in tempore comportatus. Videtis, dilecti, protegi eos, qui a Domino castigantur; cum enim bonus sit, castigat nos Deus, ut sancta ejus disciplina commonefiamus.*

**LVII. Seditiois auctores presbyteris sese subjiciant, ne Deus eos perdat.**

Vos igitur, qui seditiois fundamenta jecistis, in obedientia subditi estote <sup>1</sup> presbyteris, et correctionem suscipite in poenitentiam, <sup>2</sup> genera cordium vestrorum flectentes. Discite subjici, deponentes gloriosam et superbam linguae vestrae arrogantiam; melius enim est in grege Christi parvos et bonae famae reperiri, quam nimis splendentes <sup>3</sup> spe illius [Christi] ejici. Sic enim dicit sapientia omnem virtutem complectens: <sup>4</sup> *ecce, proferam vobis mei spiritus dictionem, docebo autem vos meum sermonem. Quoniam vocabam, et non obediistis, et extendebam verba, et non attendistis, sed irrita fecistis mea consilia, et meis increpationibus rebelles fuistis; itaque et ego vestra perditione ridebo, gaudebo autem, cum venerit vobis interitus, et quoties advenerit vobis subito tumultus, eversio autem similis procellae affuerit, vel cum venerit vobis tribulatio et oppressio. Erit enim, cum invocabitis me, ego autem non exaudiam vos; quaerent me mali, et non invenient. Oderunt enim sapientiam, timorem autem Domini non <sup>5</sup> assumerunt, neque volebant meis attendere consiliis; subsannabant autem meas redargutiones. Ergo comedent viae suae fructus,*

qui hic doctrinam illam: *extra ecclesiam nulla salus*, detegit.

4) Prov. 1, 23 — 31. Librum Proverbiorum etiam *Clemens Alex.* Strom. II, 22. p. 501 *πανάγειρον σοφίας* appellat, itemque *Hegesippus*,

*Irenaeus* etc. apud *Euseb.* H. E. I, 22. Cor.

5) De hac forma aoristi II. cfr. *Buttm.* Gr. gr. (med.) §. 101. s. v. *αἰτέω*.

τῆς [ἐαυτῶν] ὁδοῦ τοὺς καρπούς, [καὶ τῆς ἐαυτῶν] ἀσεβείας  
πλησθῆσοι[ται] \* \* \* \* \*

LVIII. *Deus omnibus ipsium invocantibus bona spiritualia tribuat.*

Ὁ παντεπόπτης Θεὸς [καὶ] δεσπότης τῶν πνευμάτων καὶ κύριος [πά]σης σαρκός, ὁ ἐκλεξάμενος [τὸ]ν κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, καὶ ἡμᾶς δι' αὐτοῦ εἰς λαὸν <sup>2</sup> περιούσιον, δῶν πάση [ψ]υχῇ ἐπικεκλημένη τὸ μεγαλο[π]ρεπὲς καὶ ἅγιον ὄνομα αὐτοῦ, [π]ίστιν, φόβον, εἰρήνην, ὑπομονήν, μακροθυμίαν, ἐγκράτειαν, ἀγγελίαν καὶ σωφροσύνην, εἰς εὐαρέστησιν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, <sup>3</sup> διὰ τοῦ ἀρχιερέως καὶ προστάτου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· δι' οὗ αὐτῷ δόξα καὶ μεγαλωσύνη, κράτος, τιμὴ, καὶ νῦν καὶ εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

LIX. *Corinthii missos a Clemente cito remittant, rescribantque de concordia restituta. Benedictio.*

Τοὺς δὲ ἀπεσταλμένους ἀφ' ἡμῶν Κλαύδιον Ἐφηβον καὶ Οὐαλέριον Βίωνα, σὺν <sup>4</sup> καὶ Φορτουνάτῳ, ἐν εἰρήνῃ μετὰ χαρᾶς ἐν τάχει ἀναπέμψατε πρὸς ἡμᾶς, ὅπως θάττον τὴν εὐκαιρίαν καὶ <sup>5</sup> ἐπιποθήτην ἡμῖν εἰρήνην καὶ ὁμόνοιαν ἀπαγγέλλωσιν· εἰς τὸ τάχιον καὶ ἡμᾶς χαρῆσαι περὶ τῆς εὐσταθείας ὑμῶν. Ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μεθ' ὑμῶν, καὶ μετὰ πάντων πανταχῇ τῶν κεκλημένων ὑπὸ τοῦ Θεοῦ καὶ δι' αὐτοῦ· δι' οὗ αὐτῷ δόξα, τιμὴ, κράτος καὶ μεγαλωσύνη, θρόνος αἰώνιος, ἀπὸ τῶν αἰώνων εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

<sup>6</sup> Κλήμεντος πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῆ ἁ.

1) Junius, cui forte codicem conferre contigit, priusquam a bibliopogo anglico praescissus fuerat et in corio compactus, diserte statuit, folium integrum hoc loco excidisse. JAQOBSON. Fortasse nonnulla, quae, ab antiquis e Clemente Romano citata, in Epistola nostra non leguntur, hujus lacunae spatium olim explerunt.

2) Cfr. Tit. 2, 14. *Περιούσιος* ut apud LXX = *οἰκεῖος*.

3) Hic, ut suspicari licet, unus est ex iis locis, qui Photio (Bibl. cod. 126.) displicuerunt. Sed cfr. Hebr.

*et sua ipsorum impietate saturabuntur* !\*\*\*\*\*  
\*\*\*\*\*

LVIII. *Deus omnibus ipsum invocantibus bona spiritualia tribuat.*

Inspector omnium Deus, et Dominus spirituum et herus universae carnis, qui elegit Dominum Jesum Christum, et nos per eum in populum <sup>2</sup> peculiarem, det omni animae, quae gloriosum et sanctum nomen ejus invocaverit, fidem, timorem, pacem, patientiam, aequanimitatem, continentiam, castitatem et pudicitiam, ut nomini ejus recte placeat, <sup>3</sup> per summum sacerdotem et patronum nostrum Jesum Christum, per quem illi gloria, majestas, potestas, honor, et nunc et in secula seculorum. Amen!

LIX. *Corinthii missos a Clemente cito remittant, rescribantque de concordia restituta. Benedictio.*

Missos autem a nobis Claudium Ephebum et Valerium Bitonem <sup>4</sup> cum Fortunato in pace cum gaudio ad nos brevi remittite, ut citius optabilem nobisque <sup>5</sup> desideratissimam pacem et concordiam annuntient, ut et nos de statu vestro recte ordinato citius gaudeamus. Gratia Domini nostri Jesu Christi sit vobiscum et cum omnibus ubique vocatis a Deo et per ipsum; per quem illi gloria, honor, potentia, majestas et dominatio sempiterna, a seculis in secula seculorum. Amen!

<sup>6</sup> Clementis ad Corinthios Epistola I.

4, 15. 2, 17. 3, 1. 10. Vide quod  
que supra c. 36.

4) Forsan legendum *ὄν Γαίον Φορ-  
τουάτιον*; nam Ephebo et Vitoni sunt  
data sua prae nomina. DAVIS. *Fortu-  
natus* idem esse videtur, qui a S.  
Paulo memoratur I. Cor. 16, 17.

5) Ita Ms. Editi *ἐπιόδητον*, quod  
longe melius arbitratur Boisius.

6) Codex ms. hanc epigrammen  
praestat, ab editoribus omnibus, si  
Wottonum excipias, praetermissam.  
JACOBSON.

# ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Β. \*)

## I. *Magnifice de Christo, qui ad salutem nos vocavit, sentiendum est.*

Ἀδελφοί, οὕτως δεῖ ὑμᾶς φρονεῖν περὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὡς περὶ Θεοῦ, ὡς περὶ <sup>1</sup> κριτοῦ ζώντων καὶ νεκρῶν· καὶ οὐ δεῖ ἡμᾶς <sup>2</sup> μικρὰ φρονεῖν περὶ τῆς σωτηρίας ἡμῶν· ἐν τῇ γὰρ φρονεῖν ἡμᾶς μικρὰ περὶ αὐτοῦ μικρὰ καὶ ἐλπίζομεν λαβεῖν. <sup>3</sup> Καὶ οἱ ἀκούοντες, ὡσπερ μικρῶν, ἀμαρτάνομεν, οὐκ εἰδότες, πόθεν ἐκλήθην, καὶ ὑπὸ τίνος, καὶ εἰς ὃν τόπον, καὶ ὅσα ὑπέμενεν Ἰησοῦς Χριστὸς παθεῖν ἕνεκα ἡμῶν. Τίνα οὖν ἡμεῖς αὐτῷ δώσομεν ἀντιμισθίαν, ἢ τίνα καρπὸν ἀξίον, οὗ ἡμῖν αὐτὸς ἔδωκεν; Πόσα δὲ αὐτῷ ὀφείλομεν <sup>4</sup> ὅσια; Τὸ φῶς γὰρ ἡμῖν ἐχαρίσατο· ὡς πατὴρ υἱοῦς ἡμᾶς προσεγγόρευσε· ἀπολλυμένους ἡμᾶς ἔσωσεν. Ποῖον οὖν αἶνον αὐτῷ δώσομεν, <sup>5</sup> ἢ μισθὸν ἀντιμισθίας ὧν ἐλάβομεν; πηροὶ ὄντες τῇ διανοίᾳ, προσκυνούντες λίθους καὶ ξύλα, καὶ χρυσὸν καὶ ἄργυρον καὶ χαλκὸν, ἔργα ἀνθρώπων· καὶ ὁ βίος ἡμῶν ὅλος ἄλλο οὐδὲν ἦν, εἰ μὴ θάνατος. Ἀμαίρωσιν οὖν περικείμενοι, καὶ τοιαύτης ἀχλὺς γέμοντες ἐν τῇ ὀράσει, ἀνεβλέψαμεν, ἀποθέμενοι ἐκεῖνο, ὃ περικείμεθα, νέφος τῇ αὐτοῦ φερίσει. Ἠλέησεν γὰρ ἡμᾶς, καὶ σπλαγχνισθεῖς

Tituli hujus ne literam quidem integram praebeat codex Matus. Јаковсон.

1) Cfr. Joh. 5, 22. 27. Act. 10, 42. 17, 31. II Tim. 4, 1.

2) Μικρὰ φρονεῖν περὶ τῆς σωτηρίας,

ut Judaei, Messiae regnum in terris somniantes. Tortinus emendat περὶ τοῦ ἀεχηγού τῆς σωτηρίας ἡμῶν. Idem arbitratur, Clementem in epistmo habuisse Ebionaeos. Јаковсон.

# CLEMENTIS

## EPISTOLA II.

### I. *Magnifice de Christo, qui ad salutem nos vocavit, sentiendum est.*

Fratres, ita sentire vos oportet de Jesu Christo, tanquam de Deo, tanquam de <sup>1</sup> iudice vivorum et mortuorum; nec decet nos <sup>2</sup> humilia sentire de salute nostra; dum enim humiliter sentimus de illo, parva etiam nos accepturos speramus. <sup>3</sup> Quique negligenter haec audimus, quasi tenuia sint, peccamus, nescientes, unde vocati simus et a quo et in quem locum, et quanta sustinuerit Jesus Christus pati propter nos. Quam igitur nos ei dabimus remunerationem, aut quem fructum dignum eorum, quae nobis ipse dedit? Quanta vero ei debemus <sup>4</sup> beneficia? Nam lucem nobis largitus est; tanquam pater filios nos appellavit; pereuntes nos servavit. Qualem ipsi laudem tribuimus, <sup>5</sup> aut mercedem, qua compensemus, quae accepimus? qui mente eramus debiles, adorantes lapides et ligna et aurum et argentum et aes, hominum opera; et tota vita nostra nihil aliud erat, quam mors. Obscuritate igitur circumdati, et visum tali caligine plenum habentes, oculos recuperavimus, eam nebulam, qua cingebamur, illius voluntate deponentes. Nam

3) Hiulca videtur haec sententia; variis autem modis syntaxin perfectam reddere conati sunt viri docti. *Wottono* placet: *Καὶ [ἡμεῖς] οἱ ἀκούοντες [τούτων]* κ. τ. λ., *Birrio*: *Καὶ οἱ [παρ]-*

*ἀκούοντες* κ. τ. λ. *Nolle* conjicit: *καὶ ὧν ἀκούοντες.*

4) *Ὅσα* = *beneficia*, ut *saepius* apud LXX.

5) Cfr. Ps. 115, 3.

ἔσωσεν, θεασάμενος ἐν ἡμῖν πολλὴν πλάνην καὶ ἀπώλειαν, καὶ μηδεμίαν ἐλπίδα ἔχοντας σωτηρίας, εἰ μὴ τὴν παρ' αὐτοῦ.  
 1 Ἐκάλεσεν γὰρ ἡμᾶς οὐκ ὄντας, καὶ ἠθέλησεν ἐκ μὴ ὄντος εἶναι ἡμᾶς.

## II. *Ecclesia, prius sterilis, vocatione gentium mire foecunda.*

2 „Εὐφράνθητι, στεῖρα, ἣ οὐ τίκτουσα· ἤξῃσον καὶ βόησον, ἣ οὐκ ὠδίνουσα, ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου, μᾶλλον ἢ τῆς ἐχοῦσης τὸν ἄνδρα.“ Ὁ εἶπεν· „εὐφράνθητι, στεῖρα, ἣ οὐ τίκτουσα,“ ἡμᾶς εἶπεν· στεῖρα γὰρ ἦν ἡ ἐκκλησία τῶν πρὸ τοῦ δοθῆναι αὐτῇ τέκνα. Ὁ δὲ εἶπεν· „βόησον ἣ οὐκ ὠδίνουσα,“ τοῦτο λέγει, τὰς προσευχὰς ἡμῶν ἀπλῶς ἀναφέρειν πρὸς τὸν Θεόν, μὴ ὡς αἱ ὠδίνουσαι 3 ἐκακῶμεν. Ὁ δὲ εἶπεν· „ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου, μᾶλλον ἢ τῆς ἐχοῦσης τὸν ἄνδρα.“ ἐπεὶ ἐρημος ἐδόκει εἶναι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ὁ λαὸς ἡμῶν, νυνὶ δὲ πιστεύσαντες 4 πλείονες ἐγενόμεθα τῶν δοκούντων ἔχειν Θεόν. Καὶ ἑτέρα δὲ γραφὴ λέγει· 5 „ὅτι οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς.“ Τοῦτο λέγει, ὅτι δεῖ τοὺς ἀπολλυμένους σώζειν. Ἐκεῖνο γὰρ ἐστὶν μέγα καὶ θαυμαστὸν, οὐ τὰ ἐστῶτα στηρίζειν, ἀλλὰ τὰ πίπτοντα. Οὕτως καὶ ὁ Χριστὸς ἠθέλησεν 6 σῶσαι τὰ ἀπολλύμενα, καὶ ἔσωσεν πολλοὺς, ἐλθὼν καὶ καλέσας ἡμᾶς ἤδη ἀπολλυμένους.

## III. *Confiteamur Christum, facientes mandata ejus, et ex corde eum honorantes.*

Τοσοῦτον οὖν ἔλεος ποιήσαντος αὐτοῦ εἰς ἡμᾶς, πρῶτον μὲν, ὅτι ἡμεῖς, οἱ ζῶντες, τοῖς νεκροῖς θεοῖς οὐ θύομεν, καὶ οὐ προσκυνοῦμεν αὐτοῖς, ἀλλὰ ἐγνωμεν δι' αὐτοῦ τὸν πατέρα τῆς ἀληθείας· τίς ἢ γνώσις ἢ πρὸς αὐτὸν, ἢ τὸ μὴ ἀρνεῖσθαι, δι' οὗ ἐγνωμεν αὐτόν; Λέγει δὲ καὶ αὐτός· 1 „τὸν ὁμολογήσαντά με ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω αὐτόν ἐνώπιον τοῦ πατρὸς μου.“ Οὗτος οὖν ἐστὶν ὁ μισθὸς ἡμῶν, ἐὰν

1) Cfr. Rom. 4, 17. Osee 2, 23. Rom. 9, 25.

2) Isai 54, 1. Gal. 4, 27.

3) Ita Cotelerius; Ms. ἐκακῶμεν;

quam lectionem tuetur Wottonus ex Hesychio, qui habet ἐγκακέω = ἰρώω = vocem tollo, vociferor. Wottonus ergo vertit: ut preces nostras sim-

miseratus est nos, et visceribus commotus salvos fecit, cum spectasset in nobis multum errorem atque interitum, nec ullam nos habere spem salutis, nisi eam, quae ab ipso est. <sup>1</sup> Vocavit enim eos, qui non eramus, et voluit e nihilo esse nos.

II. *Ecclesia, prius sterilis, vocatione gentium mire foecunda.*

<sup>2</sup> *Laetare sterilis, quae non paris; erumpe et clama, quae non parturis; quoniam multi filii desertae, magis quam ejus, quae habet virum.* Quod dixit: *laetare sterilis, quae non paris*, nos indicat; sterilis enim erat ecclesia nostra, antequam ei dati essent filii. Quod vero dixit: *clama, quae non parturis*, hoc dicit: preces nostras plane ad Deum referamus, non — parturientium instar — <sup>3</sup> deficientes. Quod autem dixit: *quia multi filii desertae, magis quam ejus, quae habet virum*; id dixit, quoniam populus noster desertus esse videbatur et Deo orbatus, nunc vero, cum credimus, <sup>4</sup> plures facti sumus iis, qui Deum habere censebantur. Alia quoque Scriptura ait: <sup>5</sup> *non veni vocare justos, sed peccatores.* Hoc dicit, quod debeat pereuntes servare. Id enim magnum et admirabile est: fulcire, non quae stant, sed quae cadunt. Sic et Christus <sup>6</sup> servare voluit pereuntia, et multos servavit, veniens vocansque nos jam pereuntes.

III. *Confiteamur Christum, facientes mandata ejus, et ex corde eum honorantes.*

Cum igitur tantam misericordiam erga nos ipse fecerit: primo quidem, quod nos, qui vivimus, diis mortuis non sacrificamus, nec adoramus eos, sed per ipsum cognovimus patrem veritatis; quaenam est cognitio ad eum perducens, nisi ut non negemus illum, per quem eum cognovimus? Ait vero etiam ipse: <sup>7</sup> *qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor eum coram patre meo.* Haec est itaque merces nostra, si

*pliciter ad Deum perferamus, neque, ut parturientes, vociferemur.*

4) Ita loquens se Gentilem indicat, non Judaeum. CONSTANT.

5) Matth. 9, 13. Luc. 5, 32.

6) Matth. 18, 11.

7) Matth. 10, 32.



<sup>1</sup> αὐτὸν ὁμολογήσωμεν, δι' οὗ ἐσώθημεν. Ἐν τίνι δὲ αὐτὸν ὁμολογοῦμεν; Ἐν τῷ ποιεῖν, ἃ λέγει, καὶ μὴ παρακοῦειν αὐτοῦ τῶν ἐντολῶν, καὶ μὴ μόνον χεῖλεσιν αὐτὸν τιμᾶν, ἀλλ' <sup>2</sup> ἐξ ὅλης καρδίας καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας. Λέγει δὲ καὶ ἐν τῷ Ἡσαΐα· <sup>3</sup> „ὁ λαὸς οὗτος τοῖς χεῖλεσίν με τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόρρω ἄπεστιν ἀπ' ἐμοῦ.“

#### IV. Quis Christum vere confiteatur.

Μὴ μόνον οὖν αὐτὸν καλῶμεν κύριον· οὐ γὰρ τοῦτο σώσει ἡμᾶς. Λέγει γὰρ· <sup>4</sup> „οὐ πᾶς ὁ λέγων μοι, κύριε, κύριε, σωθήσεται, ἀλλὰ ὁ ποιῶν τὴν δικαιοσύνην.“ Ὡστε οὖν, ἀδελφοί, ἐν τοῖς ἔργοις αὐτὸν ὁμολογοῦμεν, ἐν τῷ ἀγαπᾶν <sup>5</sup> ἑαυτοῦς, ἐν τῷ μὴ μοιχᾶσθαι, μηδὲ καταλαλεῖν ἀλλήλων, μηδὲ ζηλοῦν, ἀλλ' ἐγκρατεῖς εἶναι, ἐλεήμονας, ἀγαθοὺς· καὶ συμπάσχειν ἀλλήλους ὀφείλο[μεν], καὶ μὴ φιλαργυρεῖν.“ Ἐν τ[οῦ]τοις ἔργοις ὁμολογοῦμεν [<sup>6</sup> αὐτὸν], καὶ μὴ ἐν τοῖς ἐναντίοις· καὶ οὐ δεῖ ἡμᾶς φοβεῖσθαι το[ύς] ἀνθρώπους μᾶλλον, ἀλλὰ τὸν Θεόν. Ἀ[ὐ]τὸ τοῦτο, ταῦτα ἡμῶν πρασσόν[των], εἶπεν ὁ κύριος· <sup>7</sup> „ἐὰν ᾗτε μετ' ἐμο[ῦ] συνηγμένοι ἐν τῷ κόλπῳ μο[υ], καὶ μὴ ποιῆτε τὰς ἐντολάς μο[υ], ἀποβαλῶ ὑμᾶς, καὶ ἐρῶ ὑμῖν· <sup>8</sup> ὑπάγετε ἀπ' ἐμοῦ, οὐκ οἶδα ὑμᾶς, πόθεν ἐστὲ, ἐργάται ἀνομίας.“

#### V. Contempnamus mundum, et contendamus ad alterius vitae felicitatem.

Ὅθεν, ἀδελφοί, καταλείψαντες τὴν παροικίαν τοῦ κόσμου τούτου, ποιήσωμεν τὸ θέλημα τοῦ καλέσαντος ἡμᾶς, καὶ μὴ φρονηθῶμεν ἐξελθεῖν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου. Λέγει γὰρ ὁ κύριος· <sup>9</sup> „ἔσεσθε ὡς ἀρνία ἐν μέσῳ λύκων.“ <sup>10</sup> Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος αὐτῷ λέγει· <sup>11</sup> „ἐὰν οὖν διασπαράξωσιν οἱ λύκοι τὰ ἀρνία;“ Εἶπεν ὁ Ἰησοῦς τῷ Πέτρῳ· <sup>12</sup> „μὴ φοβεῖσθωσαν τὰ ἀρνία τοῖς λύκοις μετὰ τὸ ἀποθανεῖν αὐτὰ, <sup>13</sup> καὶ ὑμεῖς μὴ φοβεῖσθε τοῖς ἀποκτείνοντα ὑμᾶς, καὶ μηδὲν ὑμῖν δυναμένους ποιεῖν· ἀλλὰ

1) Ita Wottonus. Ms. οὖν, male. Nihil mutat Birrius; nam οὖν = τούτων. GALLAND.

2) Cfr. Matth. 22, 37.

3) Isai. 29, 13.

4) Matth. 7, 21.

5) I. e. ἀλλήλους. BIRR. Cfr. c. 12 et Ep. I. Clem. c. 14. Male alii mutant.

<sup>1</sup> eum confitemur, per quem servati sumus. In quonam autem illum confitebimur? Faciendo, quae dicit, et mandata illius non spernendo, nec solum labiis eum honorando, sed <sup>2</sup> ex toto corde et ex tota mente. Dicit enim in Esaia: <sup>3</sup> *populus iste labiis me honorat; cor autem eorum longe abest a me.*

#### IV. *Quis Christum vere confiteatur.*

Non solum igitur ipsum vocemus Dominum; id enim non salvabit nos. Dicit enim: <sup>4</sup> *non omnis, qui dicit mihi: Domine, Domine, salvabitur, sed qui facit iustitiam.* Itaque, fratres, in operibus ipsum confiteamur, in diligendo <sup>5</sup> alii alios, in non adulterando, neque obtrectando invicem, neque aemulando, sed vivendo in continentia, misericordia, bonitate; et compassione mutua duci debemus, non pecuniae cupiditate. In hisce operibus confiteamur <sup>6</sup> eum, non autem in contrariis; nec timendi nobis sunt homines, sed Deus. Idcirco, nobis haec facientibus, dixit Dominus: <sup>7</sup> *si fueritis mecum congregati in sinu meo, et non feceritis mandata mea, abjiciam vos, et dicam vobis: <sup>8</sup> discedite a me, nescio vos, unde sitis, operarii iniquitatis.*

#### V. *Contemnamus mundum, et contendamus ad alterius vitae felicitatem.*

Idcirco, fratres, derelicta peregrinatione mundana, faciamus voluntatem ejus, qui vocavit nos, et e mundo hoc exire non timeamus. Ait enim Dominus: <sup>9</sup> *eritis velut agni in medio luporum.* <sup>10</sup> Respondens autem Petrus ei ait: <sup>11</sup> *si autem lupi agnos discerpserint?* Respondit Jesus Petro: <sup>12</sup> *ne timeant agni post mortem suam lupos, <sup>13</sup> et vos nolite timere eos, qui occidunt vos, et deinde nihil vobis possunt facere; sed timete*

6) Ita Rothe. Alii [Θεόν] seu [τὸν Θεόν].

7) Non est in S. Scriptura. Forsitan ex Evangelio secundam Aegyptios. WOTT.

8) Matth. 7, 23. Luc. 13, 27.

9) Matth. 10, 16.

10) De tali colloquio Christi cum Petro reperio nihil in S. Scriptura. Forte sumta sunt ex apocrypha aliqua historia. BOIS.

11) Cfr. Luc. 10, 3.

12) Non est in S. Scriptura.

13) Matth. 10, 28. Luc. 12, 4. 5.

φοβείσθε τὸν μετὰ τὸ ἀποθανεῖν ὑμᾶς ἔχοντα ἐξουσίαν ψυχῆς καὶ σώματος, τοῦ βαλεῖν εἰς γέενναν πυρός.“ Καὶ γινώσκετε, ἀδελφοί, ὅτι ἡ ἐπιδημία ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ τῆς σαρκὸς ταύτης μικρὰ ἐστὶν καὶ ὀλιγοχρόνιος, ἡ δὲ ἐπαγγελία τοῦ Χριστοῦ μεγάλη καὶ θαυμαστὴ ἐστὶν, καὶ ἀνάπανσις τῆς μελλούσης βασιλείας καὶ ζωῆς ἁιωνίου. Τί οὖν ἐστὶν ποιήσαντας ἐπιτυχῆν αὐτῶν, εἰ μὴ τὸ ὀσίως καὶ δικαίως ἀναστρέφασθαι, καὶ τὰ κοσμικὰ ταῦτα ὡς ἀλλότρια ἡγήσασθαι, καὶ μὴ ἐπιθυμεῖν αὐτῶν; Ἐν γὰρ τῷ ἐπιθυμεῖν ἡμᾶς κτήσασθαι ταῦτα ἀποπίπτομ[εν] τῆς ὁδοῦ τῆς δικαίας.

VI. *Seculum praesens et futurum duo inimici. Spreto illo, hoc diligamus. Aliter nulla salutis spes.*

Λέγει δὲ ὁ κύριος· <sup>2</sup> „οὐδεὶς οὐκέτις δύναται δυοὶ κυρίως δουλεύε[ιν].“ Ἐὰν ἡμεῖς θέλωμεν καὶ Θεῷ δ[ουλ]εῦειν καὶ μαμωνᾶ, ἀσίμφο[ρον] ἡμῖν ἐστὶν. <sup>3</sup> „Τί γὰρ τὸ ὄφελος, ἐάν τις τὸν ὅλον κόσμον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν ζημιωθῇ;“ Ἔστιν δὲ οὗτος ὁ αἰὼν καὶ ὁ μέλλον δύο ἐχθροί. Οὗτος λέγει μοιχείαν καὶ φθορὰν καὶ φιλαργυρίαν καὶ ἀπάτην· ἐκεῖνος δὲ τοῖτοις ἀποτάσσεται. Οὐ δύναμεθα οὖν τῶν δύο φίλοι εἶναι· δεῖ δὲ ἡμᾶς τούτῳ ἀποταξαμένους ἐκείνῳ <sup>4</sup> χρῆσθαι. <sup>5</sup> Οἴωμεθα, ὅτι βέλτιον ἐστὶν τὰ ἐνθάδε μισῆσαι, ὅτι μικρὰ καὶ ὀλιγοχρόνια καὶ φθαρτά· ἐκεῖνα δὲ ἀγαπῆσαι, τὰ ἀγαθὰ καὶ ἀφθάρτα. Ποιοῦντες γὰρ τὸ θέλημα τοῦ Χριστοῦ, εὐρήσομεν ἀνάπασιν· εἰ δὲ μήγε, οὐδὲν ἡμᾶς ἕσεται ἐκ τῆς αἰωνίου κολάσεως, ἐὰν παρακούσωμεν τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ. Λέγει δὲ καὶ ἡ γραφὴ ἐν τῷ Ἰεζεκιήλ· <sup>6</sup> „ὅτι ἐὰν ἀναστῇ Νῶε καὶ Ἰωβ καὶ Δαυιδ, οὐ ἕσονται τὰ τέκνα αὐτῶν ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ.“ Εἰ δὲ καὶ οἱ τοιοῦτοι δίκαιοι οὐ δύναται ταῖς αὐτῶν δικαιοσύναις ἕσασθαι τὰ τέκνα αὐτῶν, ἡμεῖς, ἐὰν μὴ τηρήσωμεν τὸ βάπτισμα ἀγνῶ καὶ ἀμίαντον, ποία πεποιθήσει εἰσελευσόμεθα εἰς τὸ βασίλειον τοῦ Θεοῦ; ἢ τίς ἡμῶν παράκλητος ἔσται, ἐὰν μὴ εὐφραδῶμεν ἔργα ἔχοντες ὅσια καὶ δίκαια;

1) L. αἰώνιος, ref. ad. ἀνάπασιν.  
DAV18.

2) Matth. 6, 24. Luc. 16, 3.

3) Matth. 16, 26.

*eum, qui postquam mortui fueritis, habet potestatem animae et corporis, ut mittat in gehennam ignis. Et scitote, fratres, quod peregrinatio carnis hujus in hoc mundo brevis est ac parvi temporis; promissio autem Christi magna et admirabilis est, atque requies futuri regni ac vitae <sup>1</sup>aeternae. Quid igitur faciendo ea consequi poterimus, nisi sancte justeque vivendo ac operando, et mundana haec tanquam aliena putando, nec illa concupiscendo? Dum enim ea possidere concupiscimus, excidimus a via justa.*

VI. *Seculum praesens et futurum duo inimici. Spreto illo, hoc diligamus. Aliter nulla salutis spes.*

Dicit autem Dominus: <sup>2</sup>*nullus servus potest duobus dominis servire.* Si nos volumus et Deo servire et mammonae, incommodum nobis est. <sup>3</sup>*Nam quae utilitas, si quis univ ersum mundum lucretur, animam autem detrimento afficiat?* Porro hoc seculum et futurum sunt duo inimici. Illud praedicat adulterium, corruptelam, avaritiam et fraudem; hoc vero istis renuntiat. Non ergo possumus amborum amici esse; oportet autem, ut illi valedicentes, hoc <sup>4</sup>utamur. <sup>5</sup>*Putemus melius esse, quae hic sunt, odisse, quia parva et exigui temporis et corruptioni obnoxia sunt; illa autem diligere, utpote bona et incorrupta. Facientes enim voluntatem Christi, requiem inveniemus; sin minus, nihil nos ab aeterno supplicio eripiet, si mandata illius condemnamus. Dicit enim Scriptura in Ezechiel: <sup>6</sup>si Noe et Job et Daniel resurgant, non eruent liberos suos, qui sunt in captivitate.* Quodsi tantopere justii viri non possunt justitiis suis eruere liberos suos, nos, nisi baptisma purum et immaculatum servaverimus, qua confidentia intrabimus in regiam Dei? Aut quis advocatus noster erit, si non inveniamur opera pia et justa habentes?

4) Ms. χεῖσθαι.

5) Ms. οἰόμεθα.

6) Ezech. 14, 14. 20.

VII. *Certandum est nobis, ut coronemur.*

doctrinas; ubi autem pastor est, eodem ut oves sequamini. Multi enim <sup>1</sup> lupi, fide <sup>2</sup> digni habiti, perniciosis voluptatibus eos <sup>3</sup> capiunt, qui <sup>4</sup> ad Deum currunt; sed in vestra concordia non habebunt locum.

III. *Fugite schismaticos.*

Abstinetes ab <sup>5</sup> herbis noxiis, quas Jesus Christus non colit, quia <sup>6</sup> non sunt plantatio Patris. <sup>7</sup> Non quod apud vos divisionem invenerim, sed <sup>8</sup> puritatem. Quotquot enim Dei et Jesu Christi sunt, hi sunt cum episcopo; et quotquot poenitentia ducti redierint <sup>9</sup> ad unitatem ecclesiae, et hi Dei erunt, ut secundum Jesum Christum vivant. Ne erretis, fratres mei. Si quis schisma facientem sectatur, regni divini haereditatem non consequitur; si quis ambulat in <sup>10</sup> aliena doctrina, <sup>11</sup> is non assentitur passioni.

IV. *Utamini una Eucharistia.*

<sup>12</sup> Studeatis igitur <sup>13</sup> una eucharistia uti; una enim est caro Domini nostri Jesu Christi, et unus calix in unitatem sanguinis ipsius, unum altare, sicut unus episcopus, cum presbyterio et diaconis, conservis meis; ut, quod faciatis, secundum Deum faciatis.

Ignatius ita loquitur, ac si in legatis totam ecclesiam Philadelphensem conspexisset.

8) Ms. ἀποδιωλισμένον. Cfr. ep. ad Rom. in script.

9) Cfr. *Rothe, Anf.* p. 465.

10) Ἄλλοτρια γνώμη idem est, quod ἑτεροδοξία. VEDEL.

11) I. e. non consentit huic veritati, Christum sanguine suo fundasse ecclesiam, quam schismate evertere conatur. SMITH.

12) Ita Ms., quod *Nolte*, l. c. p. 234 retinendum putat. Cfr. *Winer*, neu-

testam. Grammat. ed. V. p. 366. n. 5. et Act. 23, 23: ἐτοιμάσατε σπαργάνους διακόνου. Aorist. pro Praesenti. Vosius conjicit σπουδαίετε.

13) I. e. coena Domini, ut e sequentibus verbis αἰς τοῦ κυρίου et ποτήριον elucet. Etiam a *S. Justino* (Apol. I, 66) coena Domini εὐχαριστία vocatur. Cfr. ad hunc locum *Rothe*, Anf. p. 470, *Müncher*, Lehrbuch der Dogmengesch. I, 496 et *Jo. E. Pfeiffer*, de Ignatio, Communioni privatae adverso. Erlang. 1764. 4.

V. *Orate pro me, qui confugio ad Evangelium et Apostolos.**Honorate etiam prophetas V. T.*

Ἀδελφοί μου, λίαν ἐκκέχυμαι ἀγαπῶν ὑμᾶς, καὶ ὑπεραγαλλόμενος ἀσφαλίζομαι ὑμᾶς· οὐκ ἐγὼ δὲ, ἀλλ' Ἰησοῦς Χριστὸς, ἐν ᾧ δεδεμένος φόβος<sup>1)</sup> μᾶλλον, ὡς ἔτι ὢν ἁναπάριστος. Ἀλλ' ἡ προσευχή<sup>2)</sup> ἂν εἰς Θεὸν με ἀπαρτίσει, ἵνα, ἐν ᾧ κλήρω ἠλεήθην, ἐπιτύχῃ<sup>3)</sup>, ἡ προσφυγὴν τῷ εὐαγγελίῳ ὡς σαρκὶ Ἰησοῦ, καὶ τοῖς ἀποστόλοις ὡς πρεσβυτερίῳ ἐκκλησίας. Καὶ τοὺς προφήτας δὲ ἀγαπῶμεν, διὰ τὸ καὶ αὐτοὺς εἰς τὸ εὐαγγέλιον κατηγγελέσθαι, καὶ εἰς<sup>4)</sup> αὐτὸν ἐλπίζειν, καὶ αὐτὸν ἀναμένειν· ἐν ᾧ καὶ πιστεύσαντες ἐσώθησαν, ἐν ἐνόπτιῳ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὄντες ἀξιαγαπητοὶ καὶ ἀξιοθαύμαστοι ἔργα, ὑπὸ Ἰησοῦ Χριστοῦ μεμαρτυρημένοι, καὶ συνηριθιμημένοι ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τῆς κοινῆς ἐλπίδος.

VI. *Nec tamen Judaismum admittite.*

Ἐὰν δὲ τις Ἰουδαϊσμόν ἐριμνεύῃ ὑμῖν, μὴ ἀκούετε αὐτοῦ. Ἄμεινον γάρ ἐστιν παρὰ ἀνδρὸς περικομιὰν ἔχοντος<sup>5)</sup> Χριστιανισμόν ἀκούειν, ἢ παρὰ ἀκροβύστου Ἰουδαϊσμόν. Ἐὰν δὲ ἀμφοτέροι περιὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ μὴ καλῶσιν, οὗτοι ἐμοὶ<sup>6)</sup> στήλαι εἰσιν καὶ τάφοι νεκρῶν, ἐφ' οἷς γέγραπται μόνον ὄνόματα ἀφθρόπων. Φεύγετε οὖν τὰς κακοτεχνίας καὶ ἐνέδρας τοῦ ἀφχοντος τοῦ αἰῶνος τούτου, μήποτε θλιβέντες τῇ γνώμῃ αὐτοῦ ἐξασθενήσητε ἐν τῇ ἀγάπῃ. Ἀλλὰ πάντες ἐπὶ τὸ αὐτὸ γίνεσθε ἐν ἀμερίστῳ καρδίᾳ. Εὐχαριστῶ δὲ τῷ Θεῷ μου, ὅτι εὖσιν εἰδῆτός εἰμι ἐν ὑμῖν, καὶ οὐκ ἔχει τις καυχῆσασθαι, οὔτε λάθρα,

1) Ita Interpolator, vetus interpret latinus, et Armenius. Ms. ἀνάριστος = abductus e provincia.

2) Pearsonius et Smithius conjiciunt προσεύχομεν. H. A. Niemeyer in Fries et Schroeter Oppositionsschrift I, 2. p. 14 hunc locum ita explicat: εὐαγγέλιον est = summa vitae et actorum Jesu, ἀπόστολοι = narrationes Apostolorum de Christo. Sensus: adhaereo iis, quae Christus praedicavit

et fecit, quasi adhuc ipse vivat; adhaereoque narrationibus Apostolorum, quasi ipsi adhuc ut quondam presbyterium ecclesiae constituent. Sed et Prophetas V. T. recipio, quippe qui Jesum annuntiaverint. Cfr. quoque Rothe, Anf. p. 732 et Gieseler, Versuch über die Entstehung der schriftlichen Evangelien p. 157, qui ante Niemeyerum monuerat, εὐαγγέλιον nostri loci non de scripto evangelio

V. *Orate pro me, qui confugio ad Evangelium et Apostolos.  
Honorate etiam prophetas V. T.*

Fratres mei, valde effusus sum in amorem vestri, et valde laetatus roboro vos; non ego vero, sed Jesus Christus, cujus gratia victus plus timeo, a rando sum <sup>1</sup> perfectus. Sed oratio vestra ad Deum me <sup>2</sup> faciet, ut sorte per misericordiam mihi assignata potiar, <sup>3</sup> conueniens ad Evangelium tanquam ad corporaliter praesentem Christum, et ad Apostolos tanquam ad praesens ecclesiae presbyterium. Sed et Prophetas diligamus, quia et ipsi Evangelium annuntiaverint, et in <sup>4</sup> Christum speraverint, et ipsum exspectaverint; per quem et credentes salutem consecuti sunt, Jesu Christo uniti; quum essent sancti, amore et admiratione digni, a Jesu Christo testimonium adepti, et connumerati in Evangelio spei communis.

VI. *Nec tamen Judaismum admittite.*

Si quis autem vobis Judaismum praedicet, ne audiat eum. Melius est enim, a viro circumciso <sup>4</sup> Christianismum audire, quam ab habente praepotium Judaismum. Si autem utrique de Jesu Christo non loquantur, isti mihi <sup>5</sup> columnae sepulchrales et mortuorum sunt monumenta, quibus hominum nomina dumtaxat inscripta sunt. Fugite igitur malas artes et insidias principis seculi hujus, ne quando prudentia ejus oppressi in charitate <sup>6</sup> langueatis. Sed omnes uniti sitis indivulso corde. Gratias autem ago Deo meo, quod quoad vos bona gaudeam conscientia, nec possit quisquam gloriari, vel secreto vel palam, a me quem-

esse accipiendum. *Lessingius* (Opp. ed. Lachmann. T. XI. p. 567) ita scribendum esse putat: προσηγυγών τῷ ἐπισκόπῳ ὡς σαρκὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῖς πρεσβυτέροις ἐκκλησίας ὡς ἀποστόλοις. Alii εὐαγγέλιον de scriptis Evangelii, ἀπόστολοι de scriptis Apostolorum, προφήται de scriptis Prophetarum seu de V. T. accipiunt. Male *Eichhornius* de Prophetis novi foederis seu doctoribus christianis somniat.

3) Vet. Int. legit εἰς Χριστόν.

4) Χριστιανισμόν. Quaere, an ut Antiochiae primo nomen Χριστιανός, ita ab Ignatio, Antiochiae episcopo, primum usurpata vox Χριστιανισμός? PEARSON.

5) Στήλαι, columnae sepulchrales.

6) Ita recte habet Interpolator. Cod. Ms., in quo ai saepissime pro e scribuntur, exhibet ἕξασθενήσεται. JA-COBSON.

οὔτε φανερώς, ὅτι <sup>1</sup> ἐβάρησά τινα ἐν μικρῷ ἢ ἐν μεγάλῳ. Καὶ πᾶσι δὲ, <sup>2</sup> ἐν οἷς ἐλάλησα, εὐχομαι, ἵνα μὴ εἰς μαρτύριον αὐτὸ κτήσωνται.

VII. *S. Spiritu impellente vos ad unitatem adhortatus sum.*

Εἰ γὰρ καὶ κατὰ σάρκα μέ τινες ἠθέλησαν πλανῆσαι, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα οὐ πλανᾶται, ἀπὸ Θεοῦ ὄν. <sup>3</sup> Οἶδεν γὰρ, πόθεν ἔρχεται, καὶ ποῦ ὑπάγει, καὶ τὰ κρυπτά ἐλέγχει. Ἐκραύησα μεταξὺ ὧν, ἐλάλουν μεγάλη φωνῇ <sup>4</sup>. τῷ ἐπισκόπῳ προσέχει καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ καὶ διακόνοις. Οἱ δὲ <sup>5</sup> ὑποπτεύσαντές με, ὡς προειδότες τὸν μερισμὸν τινῶν, λέγειν ταῦτα. Μάρτυς δέ μοι, ἐν ᾧ δέδεμαι, ὅτι ἀπὸ σαρκὸς ἀνθρωπίνης οὐκ ἔργω. Τὸ δὲ πνεῦμα ἐκήρυσσεν, <sup>6</sup> λέγοντάς μοι· χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου μηδὲν ποιεῖτε, τὴν σάρκα ὑμῶν ὡς <sup>7</sup> ναὸν Θεοῦ τρεῖτε, τῇ ἐνώσειν ἀγαπᾶτε, τοὺς μερισμοὺς φεύγετε, μιμηταὶ γίνεσθε Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὡς καὶ αὐτὸς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ.

VIII. *Studete unitati. Christus loco documentorum est.*

Ἐγὼ μὲν οὖν τὸ ἴδιον ἐποιοῦν, ὡς ἄνθρωπος εἰς ἐνώσειν κατηγορημένος. Οὗ δὲ μερισμὸς ἐστὶν καὶ ὁργή, Θεὸς οὐ κατοικεῖ. Πᾶσιν οὖν μετανοοῦσιν ἀφίει ὁ κύριος, ἐὰν μετανοήσωσιν εἰς ἐνότητά Θεοῦ καὶ συνέδριον τοῦ ἐπισκόπου. Πιστεύω <sup>8</sup> τῇ χάριτι Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃς λύσει ἀφ' ὑμῶν πάντα δεσμὸν <sup>9</sup>. Παρεκαλῶ δὲ ὑμᾶς, <sup>10</sup> μηδὲν κατ' ἐριθείαν πράσσειν, ἀλλὰ κατὰ <sup>11</sup> χριστομαθεῖαν. Ἐπεὶ ἴκουσά τινων λεγόντων, ὅτι, ἐὰν μὴ ἐν τοῖς <sup>12</sup> ἀρχαίοις εὐρω, ἐν τῷ εὐαγγελίῳ οἱ πιστεύω· καὶ λέγον-

1) I. e. nemini jugum *Judaismi* imponere *studui*. Ignatius imitatur S. Paulum II Cor. 11, 9 et 12, 13.

2) Ἐν οἷς ἐλάλησα cfr. ad Trallian. c. 12: ἐν ὑμῖν γράψας.

3) Cfr. Joh. 3, 8. et I Cor. 2, 10.

4) Vet. Int. addit: *voce Dei*.

5) Participium pro modo finito. Ms. *πίσαντες*. Nolte I. c. p. 234 conjicit *πίσαντες* = *affirmarunt*, sed Interpolator habet *ὑποπτεύετε* et vetus

interpres lat. vertit: *Quidam autem suspicati sunt; Armenius: qui cogitaverunt de me.*

6) Ms. *λέγων*. quod Nolte retinendum putat propter *personam* Spiritus sancti.

7) Cfr. I Cor. 3, 16. 6, 19.

8) Sc. quod vos attinet.

9) Interpolator addit *ἀδικίας*. JACOBSON.

10) Cfr. Phil. 2, 3,

quam <sup>1</sup> gravatum esse aut in parvo, aut in magno. Et omnibus, <sup>2</sup> ad quos locutus sum, opto, ne in testimonium id cedat contra ipsos.

VII. *S. Spiritu impellente vos ad unitatem adhortatus sum.*

Quamquam enim nonnulli secundum carnem me decipere voluerunt, spiritus tamen non decipitur, a Deo ortus. <sup>3</sup> Novit enim, unde veniat, et quo vadat, et secreta coarguit. Clamavi, quum praesens essem, locutus sum magna voce: <sup>4</sup> episcopo obedite et presbyterio et diaconis. Quidam autem <sup>5</sup> suspicati sunt, me, ut praescium schismatis quorundam, haec dixisse. Testis autem mihi is est, pro quo vincus sum, quod a carne humana id non cognoverim. Sed Spiritus annuntiavit, <sup>6</sup> dicens: sine episcopo nihil facite, carnem vestram ut Dei <sup>7</sup> templum custodite, unionem amate, dissidia fugite, imitatores este Jesu Christi, sicut et ipse patris sui.

VIII. *Studete unitati. Christus loco documentorum est.*

Ego itaque, quod meum erat, feci, ut homo ad unionem destinatus. Ubi autem divisio est et ira, ibi Deus non habitat. Omnibus igitur poenitentibus remittit Deus, si se convertant ad unionem cum Deo et ad communionem cum episcopo. Credo <sup>8</sup> gratiae Jesu Christi, qui solvet a vobis omne vinculum <sup>9</sup>. Obsecro autem vos, <sup>10</sup> ut nihil contentiose agatis, sed juxta <sup>11</sup> Christi doctrinam. Quum audirem quosdam dicentes: nisi invenero in <sup>12</sup> antiquis vaticiniis, Evangelio non credo, et dicente me ipsis:

11) Ita cum Interpolatore legendum. Ms. χαρισματα.

12) Olim cum *Vossio*, *Rotheo* (Anfänge der christlichen Kirche p. 339) et *Arndtio* (in *Ullmanni* „Studien u. Krit.“ 1839. I. p. 182) Interpolatorem secutus lectionem codicis ms. ἀρχαίος in ἀρχαίους (*archivis* = *documentis*) mutavi. Melius vero re perpensa lectionem codicis, quam *Credner* (Beitr. I, 15),

*Niemeyer* (Oppositionsschrift I, 2. p. 21), *Düsterdieck* (de Ignatianarum epistolarum authenticis etc. p. 56 not.), *Uthornus* l. c. p. 284), *Jacobsonus* et *Hilgenfeld* (die apost. Väter p. 236) defendunt, quaeque a veteri Interprete latino agnita est, retinendam putavi. Ignatius contra *Judaisantes* verba facit, qui Christi adventum et passionem in *veteri Testamento* seu in *veteribus vaticiniis*



τὸς μου αὐτοῖς, ὅτι γέγραπται, ἀπεκρίθησάν μοι, ὅτι <sup>1</sup> πρόκειται. Ἐμοὶ δὲ <sup>2</sup> ἀρχαία ἐστὶν Ἰησοῦς Χριστός, τὰ <sup>3</sup> ἀδικητὰ ἀρχαία ὁ σταυρὸς αὐτοῦ καὶ ὁ θάνατος καὶ ἡ ἀνάστασις αὐτοῦ καὶ ἡ <sup>4</sup> πίστις ἢ δι' αὐτοῦ· ἐν οἷς θέλω ἐν τῇ προσευχῇ ὑμῶν δικαιωθῆναι.

IX. *Bonum est V. T., melius Novum Foedus.*

<sup>5</sup> Καλοὶ καὶ οἱ ἱερεῖς, <sup>6</sup> κρεῖσσον δὲ ὁ ἀρχιερεὺς, ὁ πεπιστευμένος τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, ὃς μόνος πεπίστευται τὰ κρηπία τοῦ Θεοῦ· αὐτὸς ὢν <sup>7</sup> θύρα τοῦ πατρὸς, δι' ἧς εἰσέρχονται Ἀβραάμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ καὶ οἱ προφῆται καὶ οἱ ἀποστολοὶ καὶ ἡ ἐκκλησία. <sup>8</sup> Πάντα ταῦτα εἰς ἐνότιτα Θεοῦ. Ἐξαιρετον δὲ τι ἔχει τὸ εὐαγγέλιον, τὴν παρουσίαν <sup>9</sup> τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὸ πάθος αὐτοῦ καὶ τὴν ἀνάστασιν. Οἱ γὰρ ἀγαπητοὶ προφῆται κατήγγειλαν εἰς αὐτόν· τὸ δὲ εὐαγγέλιον <sup>10</sup> ἀπάρτισμά ἐστιν ἀρθρασίας. <sup>11</sup> Πάντα ὁμοῦ καλά ἐστίν, εἴαν ἐν ἀγάπῃ πιστεύητε.

X. *Congratulemini Antiochenis de fine persecutionis.*

<sup>12</sup> Ἐπειδὴ κατὰ τὴν προσευχὴν ὑμῶν καὶ κατὰ σπλάγγνα, ἃ ἔχετε ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ἀπηγγέλη μοι, <sup>13</sup> εἰργνεύειν τὴν ἐκκλησίαν τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας· πρότερον ἐστὶν ὑμῖν, ὡς ἐκκλησία Θεοῦ, χρωτόνησαι διάκονον εἰς τὸ πρεσβεῦσαι ἐκὶ Θεοῦ πρεσβείαν, εἰς τὸ συγχαρῆναι αὐτοῖς ἐπὶ τὸ αὐτὸ γενο-

(ἐν τοῖς ἀρχαίοις) praenunciatam negabant. De sensu hujus loci cfr. Hilgenfeld, l. c. p. 236 sq. Bunsen (die drei ächten etc. Briefe des Ignat. p. 150) et Uhlhorn, l. c. p. 284.

1) I. e. hoc ipsum proponitur demonstrandum. ARNDT. Bene Ruchatus: c'est cela qui est en question. Alii legendum putant: οὐ πρόκειται, non liquet. Male locum hunc interpretatur Schliemann, die Clementinen p. 410.

2) Ms. habet ἀρχαία. Qui vero supra

lectionem codicis ms. ἀρχαίως retinet, hic et paulo inferius ἀρχαία legat oportet. Negat id Uhlhorn l. c. p. 285.

3) Ms. ἀδικητὰ ἀρχαία.

4) I. e. doctrina christiana.

5) Οἱ ἱερεῖς = sacerdotes judaici = vetus oeconomia; ἀρχιερεὺς = Christus = novum foedus. Aliter Rothe, Anf. p. 731 sq., qui ἱερεῖς de Christianis ecclesiae Philadelphensis accipit, et ita explicat: *procos. quidem*

scriptum est, responderunt mihi: <sup>1</sup> hoc demonstrandum est. Mihi vero loco <sup>2</sup> antiquitatis est Jesus Christus, <sup>3</sup> incorrupta et antiqua dogmata mihi sunt crux ejus et mors et resurrectio ejus et <sup>4</sup> fides, quae per ipsum: quibus justificari volo per preces vestras.

IX. *Bonum est V. T., melius novum Foedus.*

<sup>5</sup> Boni quidem sunt sacerdotes, <sup>6</sup> praestantior autem est summus pontifex, cui credita sunt sancta sanctorum, cui soli secreta Dei sunt tradita; qui ipse est <sup>7</sup> janua Patris, per quam ingrediuntur Abraham et Isaac et Jacob, et prophetae et apostoli et ecclesia. <sup>8</sup> Omnia haec ad unionem cum Deo. Eximium autem quidquam habet Evangelium, nimirum adventum <sup>9</sup> Domini nostri Jesu Christi, passionem ipsius ac resurrectionem. Dilecti namque prophetae annuntiaverunt eum; Evangelium vero est <sup>10</sup> perfectio vitae aeternae. <sup>11</sup> Omnia simul bona sunt, modo in charitate credatis.

X. *Congratulemini Antiochenis de fine persecutionis.*

<sup>12</sup> Quum mihi nuntiatum sit, per orationem vestram et commiserationem, qua movemini in Christo, ecclesiam Antiochenam in Syria <sup>13</sup> pacem obtinuisse; decet vos, ut Dei ecclesiam, eligere diaconum, qui obeat ibi legationem Dei, qui cum illis, in unum congregatis, simul gaudeat, et glorificet

*vestrae pro me bonae sunt, multo vero meliores preces Christi.*

6) Interpolator *κρείττων*.

7) Cfr. Joh. 10, 7. 9., ubi Christus se ipse *januam* vocavit.

8) I. e. Scopus tum prophetarum, tum apostolorum etc. idem est, nempe unio humani generis cum Deo.

9) Interpolator addit *σωτήριος*, quod et legit vet. Int. JAC.

10) I. e. Evangelio *ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ* et vita in hoc regno aeterna instituta est. Aliter h. l. explicat

*Heringius: perfecta doctrina, quae semper manebit, post quam nihil amplius revelabitur.* JAC.

11) I. e. V. et N. T.

12) *Ἐπιδή*. Ita Cod. ms. *Cotelerius*, et *Smithius* cum *Vossio* exhibent *ἐπι δέ*. JAC.

13) Ex hac et Ep. ad Smyrn. c. 11 (cfr. ad Polyc. c. 7) cognoscimus, Ignatium, priusquam minorem Asiam reliquisset, de pace ecclesiae Antiochenae reddita certiore factum fuisse. USSER.

μένοις, και δοξάσαι τὸ ἴδιον. Μακάριος ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ, ὃς καταξιωθήσεται τῆς τοιαύτης διακονίας· και ὑμεῖς δοξασθήσεσθε. Θέλουσιν δὲ ὑμῖν οὐκ ἔστιν ἀδύνατον, ὑπὲρ ὀνόματος Θεοῦ· ὡς και αἱ ἔγγιστα ἐκκλησίαι ἐπέμψαν ἐπισκόπους, αἱ δὲ πρεσβυτέρους και διακόνους.

XI. *Gratias vobis ago, quod comites meos benevole suscepistis. Salutant vos fratres in Troade.*

Περὶ δὲ <sup>2</sup> Φίλωνος τοῦ διακόνου ἀπὸ Κιλικίας, ἀνδρὸς μαρτυρημένου, ὃς και νῦν ἐν λόγῳ Θεοῦ ὑπηρετεῖ μοι ἅμα <sup>3</sup> Ρέφ' Ἀγαθόποδι, ἀνδρὶ ἐκλεκτῷ, ὃς ἀπὸ Συρίας μοι ἀκολουθεῖ, ἀποταξάμενος τῷ βίῳ, οἱ και μαρτυροῦσιν ὑμῖν, καὶ γὰρ τῷ Θεῷ εὐχαριστῶ ὑπὲρ ὑμῶν, ὅτι ἐδέξασθε αὐτούς, ὡς και ὑμεῖς ὁ κύριος. Οἱ δὲ ἀτιμάσαντες αὐτούς λιτρωθεῖσαν ἐν τῇ χάριτι τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἀσπάζεται ὑμᾶς ἡ ἀγάπη τῶν ἀδελφῶν τῶν ἐν Τρωάδι· ὅθεν και γράφω ὑμῖν διὰ <sup>4</sup> Βούρζου, πεμφθέντος ἅμα ἐμοὶ ἀπὸ Ἐφρεσίων και Σμυρναίων εἰς λόγον τιμῆς. Τιμᾶσει αὐτούς ὁ κύριος Ἰησοῦς Χριστός, εἰς ὃν ἐπιζοῦσιν σαρκί, ψυχῇ, πίστει, ἀγάπῃ, ὁμολογίᾳ. Ἐδέξασθε ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, τῇ κοινῇ ἐλπίδι ἡμῶν.

Σ Μ Υ Ρ Ν Α Ι Ο Ι Σ <sup>5</sup>

Ἰγνάτιος, <sup>6</sup> ὁ και Θεοφόρος, ἐκκλησίᾳ Θεοῦ πατρὸς και τοῦ ἡγαπημένου Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἡλετημένη ἐν πατρὶ χαρίσματι, πεπληρωμένη ἐν πίστει και ἀγάπῃ, <sup>7</sup> ἀνυστερήτῳ οὐσῇ πατρὸς χαρίσματος, <sup>8</sup> θεοπροπεσιτάτη και <sup>9</sup> ἀγιοφόρῳ, τῇ οὐσῇ ἐν Σμύρῃ τῆς Ἀσίας, ἐν ἀμώμῳ πνεύματι και λόγῳ Θεοῦ, πλείστα χαίρειν.

1) Vide supra p. 154. not. 4.  
2) Philo, e Cilicia oriundus, cum Ignatio Troade fuit. Cfr. ad Smyrn. c. 10.

3) Cfr. ad Smyrn. c. 10.

4) Cfr. ad Smyrn. c. 12. ad Ephes. c. 2.

5) Hujus epistolae versio Syriaca non exstat; fragmenta tamen nonnulla Syriaca edidit *Curetius*, the ancient

<sup>1</sup> nomen. Beatus ille in Jesu Christo, qui dignus habitus fuerit ejusmodi ministerio; et vos quoque glorificabimini. Volentibus autem vobis hoc non est impossibile, pro nomine Dei, ut et quaedam proximae ecclesiae miserunt episcopos, nonnullae presbyteros et diaconos:

XI. *Gratias vobis ago, quod comites meos benevole suscepistis. Salutant vos fratres in Troade.*

Quod autem <sup>2</sup> Philonem Cilicem diaconum attinet, virum laudatum, qui et nunc Dei causa mihi ministrat, una cum <sup>3</sup> Rheo Agathopode, viro electo, qui a Syria me comitatur, vitae renuntians, quique vobis bonum testimonium perhibent; et ego Deo gratias ago pro vobis, quia illos suscepistis, sicut et vos Dominus. Iis vero, qui illos ignominia affecerunt, condonet gratia Christi. Salutat vos charitas fratrum in Troade, unde et scribo vobis per <sup>4</sup> Burrhum, qui missus est mecum ab Ephesiis et Smyrnaeis, honoris causa. Honoret eos Dominus Jesus Christus, in quem sperant carne, anima, fide, charitate, concordia. Valet in Christo Jesu, communi spe nostra.

A D S M Y R N A E O S. <sup>5</sup>

Ignatius, <sup>6</sup> qui et Theophorus, ecclesiae Dei patris et dilecti Jesu Christi, omne donum per misericordiam consecutae, repletae fide et charitate, <sup>7</sup> nulla gratia destitutae, <sup>8</sup> Deo dilectissimae et <sup>9</sup> sanctiferae, quae est Smyrnae in Asia, in sancto spiritu et in verbo Dei plurimam salutem.

Syriac version etc. 1845. pp. 32, 42 et 48. Corp. Ignat. p. 210 et 243. 214 et 246. p. 219 et 249. 250. Armeniacam epistolae versionem veterem edidit *Petermann*, Ignat. epist. 1849. p. 218 sq.

6) Cfr. supra p. 150. not. 4.

7) Cfr. I Cor. 1, 7: ὥστε ὑμᾶς μὴ ὑστερεῖσθαι ἐν μηδενὶ χαρίσματος.

8) Vide c. 11 et 12.

9) I. e. quae sanctis referta est, eosque quasi parere videtur. ΠΑΡΑΣ.

I. *Glorifico Deum propter fidem vestram.*

<sup>1</sup> Δοξάζω Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Θεόν, τὸν οὕτως ὑμᾶς σοφίσαντα· ἐνόησα γὰρ ὑμᾶς κατηρτισμένους ἐν ἀκινήτῳ πίστει, ὡσπερ <sup>2</sup> καθηλωμένους ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, <sup>3</sup> σαρκί τε καὶ πνεύματι, καὶ ἡδρασμένοις ἐν ἀγάπῃ ἐν τῷ αἵματι Χριστοῦ, <sup>4</sup> πεπληροφορημένους εἰς τὸν κύριον ἡμῶν, ἀληθῶς ὄντα ἐκ γένους Δαβὶδ κατὰ σάρκα, υἱὸν Θεοῦ κατὰ <sup>5</sup> θέλημα καὶ δύναμιν Θεοῦ, γεγεννημένον ἀληθῶς ἐκ παρθένου, βεβαπτισμένον ὑπὸ Ἰωάννου, <sup>6</sup> ἵνα πληρωθῇ πᾶσα δικαιοσύνη ἐπ' αὐτοῦ, ἀληθῶς ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου καὶ Ἡρώδου τετραράρχου καθηλωμένον ὑπὲρ ἡμῶν ἐν σαρκί. Ἄφ' οὗ καρποῦ <sup>7</sup> ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ Θεομακαρίστου αὐτοῦ πάθους, <sup>8</sup> ἵνα ἄρῃ σύσσημι εἰς τοὺς αἰῶνας διὰ τῆς ἀναστάσεως εἰς τοὺς ἀγίους καὶ πιστοὺς αὐτοῦ, εἴτε ἐν Ἰουδαίῳ, εἴτε ἐν ἔθνεσιν, ἐν ἐνὶ σώματι τῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ.

II. *Christus vere in carne passus est. Contra Docetas.*

<sup>9</sup> Ταῦτα γὰρ πάντα ἔπαθεν δι' ἡμᾶς, ἵνα σωθῶμεν. Καὶ ἀληθῶς ἔπαθεν, ὡς καὶ ἀληθῶς ἀνέστησεν <sup>10</sup> ἑαυτὸν, οὐχ ὡσπερ ἄπιστοί τινες λέγουσιν, <sup>11</sup> τὸ δοκεῖν αὐτὸν πεπονηθέναι, αὐτοὶ τὸ <sup>12</sup> δοκεῖν ὄντες· καὶ καθὼς ἠρονοῦσιν καὶ συμβήσεται αὐτοῖς, οὓσιν ἀσωμάτοις καὶ δαιμονικοῖς.

III. *Christus et post resurrectionem in carne fuit.*

<sup>13</sup> Ἐγὼ γὰρ καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐν σαρκί αὐτὸν οἶδα καὶ πιστεύω ὄντα. Καὶ ὅτε πρὸς τοὺς περὶ Πέτρον ἦλθεν, ἔφη αὐτοῖς· <sup>14</sup> „λάβετε, ψηλαφήσατέ με, καὶ ἴδετε, ὅτι οὐκ εἰμι

1) Codex ms. habet δοξάζων. Sed cum Interpolatore, cum versione Armeniaca et fragmento Syriaco (Cureton. the ancient etc. p. 32. Corp. Ignat. p. 214. 246) legendum puto δοξάζω.

2) Καθηλωμένους. Hoc vocabulo Ignatius firmitatem fidei Smyrnaeorum illustrat.

3) I. e. ex integro ac sine ullo defectu. ΣΜΙΤΗ.

4) Haec laudat Theodoret. Dial. I. T. IV. p. 49. ed. Schulze.

5) Theodoretus habet θεότητα.

6) Matth. 3, 15.

7) Sc. ligni; Christus, pendens in ligno, quasi fructus ejus intelligitur. Cfr. ad Trall. c. 11. ΠΕΡΑΒ.

8) Isai: 5, 26. 49, 22.

9) Cfr. Joannis doctrinam de carne Christi, I Joh. 4, 2, 1, 1, 2, 22.

I. *Glorifico Deum propter fidem vestram.*

<sup>1</sup> Glorifico Jesum Christum Deum, qui vos adeo sapientes reddidit; observavi enim, perfectos vos esse in fide immobili, ut <sup>2</sup> clavis affixos cruci Domini Jesu Christi, <sup>3</sup> quoad carnem et animam, et firmatos in charitate per sanguinem Christi, <sup>4</sup> persuasissimum habentes, Dominum revera esse ex genere David secundum carnem, filium Dei secundum <sup>5</sup> voluntatem et potentiam Dei, natum vere ex virgine, baptizatum a Joanne, <sup>6</sup> ut impleretur ab eo omnis justitia, vere sub Pontio Pilato et Herode tetrarcha clavis confixum pro nobis in carne. Ex hoc fructu <sup>7</sup> nos sumus per divine beatam passionem ejus, <sup>8</sup> ut per resurrectionem suam in secula elevet vexillum pro sanctis et fidelibus suis, sive in Judaeis, sive in gentibus, in uno corpore ecclesiae suae.

II. *Christus vere in carne passus est. Contra Docetas.*

<sup>9</sup> Omnia autem haec passus est propter nos, ut salutem consequeremur. Et revera passus est, ut et revera <sup>10</sup> seipsum resuscitavit; non, ut quidam infideles dicunt, <sup>11</sup> secundum apparentiam eum passum esse, ipsi secundum <sup>12</sup> apparentiam existentes; et quemadmodum sapiunt, sic et continget eis, quippe qui phantastici sint et diabolici.

III. *Christus et post resurrectionem in carne fuit.*

<sup>13</sup> Ego enim scio, et post resurrectionem eum in carne fuisse, et credo eum adhuc in carne esse. Et quando ad Petrum et socios ejus venit, eis dixit: <sup>14</sup> *apprehendite, palpate me, et vi-*

10) Cfr. infra c. 7: *ὁ πατὴρ ἤγειρεν*, et ad Trall. c. 9.

11) Similia scripsit Ignatius ad Trall. c. 10.

12) Ejusmodi paronomasiae saepius apud Ignatium leguntur, e. g. in inscriptione epistolae ad Polycarpum, in Ep. ad Rom. c. 8., ad Trall. c. 5.

13) Haec laudant *Euseb.* H. E. III. 36 et *Theodor.* Dial. II. l. c. p. 427.

Cfr. C. W. Fr. Walch: *num Ignatius Christum post resurrectionem in carne viderit.* Programma pasch. Gotting. 1772.

14) Haec ex apocrypha *Doctrina Petri* (*διδάχη Πέτρου*) sumta videntur. *Origenes* enim (de principiis, ed. Redepenning p. 94) refert: in libro apocrypho *Doctrina Petri* Salvator ad discipulos dicere videtur: „non sum

δαίμόνιον ἀσάματον.“ Καὶ εὐθὺς αὐτοῦ ἴψαντο, καὶ ἐπίστευσαν, <sup>1</sup> κραθέντες τῇ σαρκὶ αὐτοῦ καὶ τῷ πνεύματι. Διὰ τοῦτο καὶ θανάτου κατεφρόνησαν, τῦρέθησαν δὲ ὑπὲρ θανάτου. <sup>2</sup> Μετὰ δὲ τὴν ἀνάστασιν συνέγραγεν αὐτοῖς καὶ συνέπιεν ὡς σαρκικὸς, καίπερ πνευματικῶς ἡνωμένος τῷ πατρὶ.

IV. *Caveat vobis ab haereticis istis. Nisi Christus vere passus esset, nec ego palerem.*

Ταῦτα δὲ παραινῶ ὑμῖν, ἀγαπητοὶ, εἰδὼς, ὅτι καὶ ἡμεῖς οὕτως ἔχετε. Προσυλάσσω δὲ ἡμᾶς ἀπὸ τῶν <sup>3</sup> θηρίων τῶν ἀνθρωπομορφῶν, οὓς οὐ μόνον δεῖ ἡμᾶς μὴ παραδέχεσθαι, ἀλλ' εἰ δυνατὸν ἐστὶ μηδὲ συναστᾶν, μόνον δὲ προσεῖχεσθαι ὑπὲρ αὐτῶν, ἐάν πως μετανοήσωσιν, ὅπερ δίσκολον. Τοῦτο δὲ ἔχει ἔξουσίαν Ἰησοῖς Χριστὸς, τὸ ἀληθινὸν ἡμῶν ἕψ. <sup>4</sup> Εἰ γὰρ τὸ δοκεῖν <sup>5</sup> ταῦτα ἐπράχθη ὑπὸ τοῦ κυρίου ἡμῶν, καγὼ τῷ δοκεῖν δέδεμαι. Τί δὲ καὶ <sup>6</sup> ἑαυτὸν ἐκδοσον, δίδουσα τῷ θανάτῳ, πρὸς πῦρ, πρὸς μάχαιραν, πρὸς θηρία; <sup>7</sup> Αἰὲ ἐγγὺς μαχαίρας ἐγγὺς Θεοῦ, μεταξὺ θηρίων μεταξὺ Θεοῦ· μόνον ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ. <sup>8</sup> Εἰς τὸ συμπαθεῖν αὐτῷ πάντα ὑπομένω, αὐτοῦ με ἐνδυναμοῦντος τοῦ τελείου ἀνθρώπου γενομένου.

V. *Periculum erroris Docetarum.*

Ὅν τινες ἀγνοοῦντες ἀρνοῦνται, μᾶλλον δὲ <sup>9</sup> ἠρνήθησαν ὑπ' αὐτοῦ, ὄντες συνήγοροι τοῦ θανάτου μᾶλλον, ἢ τῆς ἀληθείας· οὓς οὐκ ἔπεισαν αἱ προφητεῖαι, οὐδ' ὁ νόμος Μωσέως, ἀλλ' οὐδὲ μέχρι νῦν τὸ <sup>10</sup> εὐαγγέλιον, οὐδὲ τὰ ἡμέτερα τῶν

*daemonium incorporeum*“. Denzinger, die Aechtheit des bisher. Textes der Ignat. Briefe p. 73. Ex Evangelio Nazaraeorum haec desumpta esse contendit S. Hieronymus in catalogo scriptorum ecclesiasticorum. Pearsonius suspicatur, Ignatium ista ex traditione orali esse mutatum. Nolte l. c. p. 234 beatum Martyrem ad Luc. 24, 39 respexisse putat. Cfr.

Credner, Beiträge I, p. 407. 408.

1) Ms. *κραθέντες* quod Nolte retinendum et in *ἀνακραθέντες* = *convicti* mutandum putat. Armenius habet: *qui sacra coena usi sunt et gustarunt primum corpus et sanguinem ejus*. Legissee videtur: *οἱ κραθέντες τῇ σαρκὶ καὶ τῷ αἵματι* (pro πνεύματι) αὐτοῦ. Vetus interpres: *convicti carne ipsius et spiritu*.

*dete, quod non sim daemonium incorporale.* Et confestim ipsum tetigerunt et crediderunt, <sup>1</sup> commixti carne ejus et spiritu. Propter hoc etiam mortem contemserunt, et mortis sunt inventi victores. <sup>2</sup> Post resurrectionem autem cum illis comedit et bibit, ut carnalis, quamvis spiritualiter unitus esset Patri.

IV. *Cavete vobis ab haereticis istis. Nisi Christus vere passus esset, nec ego paterer.*

De his autem admoneo vos, charissimi, quamvis vos idem sentire sciam. Sed praemunio vos contra <sup>3</sup> feras, humana specie indutas, quas non solum oportet vos non recipere, sed, si possibile est, neque obviam eis fieri, solum vero pro eis orare, num aliquam poenitentiam agant, quod admodum difficile est. Hujus autem potestatem habet Jesus Christus, qui vera est vita nostra. <sup>4</sup> Si autem <sup>5</sup> illud ad apparentiam tantum a Domino nostro peractum est, et ego ad apparentiam tantum vinctus sum. Cur vero et <sup>6</sup> meipsum tradidi morti, ad ignem, ad gladium, ad bestias? <sup>7</sup> Verum, qui prope gladium, prope Deum est, qui cum bestiis, cum Deo est; dummodo sit in nomine Jesu Christi. <sup>8</sup> Ut simul cum illo patiar, omnia sustineo, ipso roborante me, qui perfectus homo factus est.

V. *Periculum erroris Docetarum.*

Eum stulti quidam abnegant, potius autem ab eo <sup>9</sup> abnegantur, patroni mortis magis, quam veritatis; quibus nec prophetiae persuasere, nec Mosis lex, sed nec <sup>10</sup> Evangelium in hunc usque diem, neque nostrae singulorum passiones.

Editores omnes post Vossium con-  
jecerunt *κατηθέντες* = *convicti*.

2) Cfr. Act. 10, 41.

3) Cfr. Ignat. ad Ephes. c. 7.

4) Haec laudat *Theodoret*. Dial. I.  
l. c. p. 50.

5) Sc. τὸ παθεῖν.

6) I. q. *ἐμαυτὸν*, ut saepe. Cfr. ad  
Trall. c. 3. p. 188 not. 2 et p. 189 not. 4.

7) Ἐγγὺς — μεταξύ Θεοῦ ex apocrypha *Doctrina Petri* sumta videntur. *Densinger*, l. c. p. 102.

8) Cfr. Rom. 8, 17.

9) Haec epanorthosis, ut in Ep. ad Polyc. Inscr. *ἐπισκόπων — μᾶλλον ἐπισκοπημένῳ*. PRABR.

10) Non scriptum evangelium, sed evangelica praedicatio de vita et factis Christi. *Niemeyer*, l. c. p. 8.



κατ' ἄνδρα παθήματα. <sup>1</sup> Καὶ γὰρ περὶ ἡμῶν τὸ αὐτὸ φρονοῦσιν. <sup>2</sup> Τί γὰρ με ὠφελεῖ τις, <sup>3</sup> εἰ ἐμὲ ἐπαινεῖ, τὸν δὲ κύριόν μου βλασφημεῖ, <sup>4</sup> μὴ ὁμολογῶν αὐτὸν σαρκοφόρον; Ὁ δὲ τοῦτο μὴ λέγων τελείως αὐτὸν ἀπῆρηγται, ὡν νεκροφόρος. Ταῦ δὲ ὀνόματα αὐτῶν, ὄντα ἄπιστα, οὐκ ἔδοξε μοι ἐγγράψαι. Ἀλλὰ μηδὲ γένοιτό μοι αὐτῶν μνημονεύειν, μέχρις οὗ <sup>5</sup> μετανοήσωσιν εἰς τὸ πάθος, ὃ ἐστὶν ἡμῶν ἀνάστασις.

VI. *Qui non credit in sanguinem Christi, judicabitur, etsi angelus esset. Haereticis istis etiam virtutes desunt.*

Μηδεὶς πλανᾶσθω. <sup>6</sup> Καὶ τὰ ἐπουράνια, καὶ ἡ δόξα τῶν ἀγγέλων, καὶ οἱ ἄρχοντες ὄρατοί τε καὶ ἀόρατοι, εἰάν μὴ πιστεύσωσιν εἰς τὸ αἷμα Χριστοῦ <sup>7</sup>, κακείνοις κρίσις ἐστίν. <sup>8</sup> „Ὁ χωρῶν χωρεῖτω.“ Τόπος μηδένα φρυσιούτω· τὸ γὰρ ὅλον ἐστὶ πίστις καὶ ἀγάπη, <sup>9</sup> ὡν οὐδὲν προκέκριται. Καταμάθεται δὲ τοὺς ἑτεροδοξοῦντας εἰς τὴν χάριν Ἰησοῦ Χριστοῦ τὴν εἰς ἡμᾶς ἐλθοῦσαν, πῶς ἐναντίοι εἰσὶν τῇ γνώμῃ τοῦ Θεοῦ. Περὶ ἀγάπης οὐ μέλει αὐτοῖς, οὐ περὶ χήρας, οὐ περὶ ὀρφανῶν, οὐ περὶ θλιβομένου, οὐ περὶ δεδεμένου ἢ λελυμένου, οὐ περὶ πεινῶντος ἢ διψῶντος.

VII. *Haeretici isti abstinent ab Eucharistia, carnem Christi eam esse negantes. Recedamus ab iis.*

<sup>10</sup> Ἐὐχαριστίας καὶ προσευχῆς <sup>11</sup> ἀπέχονται, διὰ τὸ μὴ ὁμο-

1) I. e. qui incarnationem Christi impugnant, illi universos homines evertunt, eorum redemptionem per mortem Christi negantes. Seu: qui dicunt, Christum κατὰ τὸ δοκεῖν tantum esse passum, ii nos quoque κατὰ τὸ δοκεῖν (i. e. in vanum) pati contendunt necesse est.

2) Haec laudat Theodoret. Dial. I. l. c. p. 50.

3) I. e. si quis me Martyrem seu Confessorem, aut: me Θεοφόρον appellat. Cfr. Uhlhorn. l. c. p. 309.

4) Cfr. I Joh. 4, 2. 3. Christus di-

citur σαρκοφόρος, Ignatius Θεοφόρος, i. qui negat incarnationem Christi νεκροφόρος, i. e. qui vivens portat funus suum, i. e. qui ipse mortuus est.

5) Sensus: donec credant, Christum vere passum et mortuum esse, in qua morte et passione salus nostra consistit.

6) Cfr. Gal. 1, 8. Ephes. 1, 21.

7) Timotheus Alexandrinus (in fragmento Syriaco apud Curetonum p. 42. Corp. Ignat. p. 210 et 243) post Χριστοῦ legit: ὃ ἐστὶ Θεοῦ seu τὸ τοῦ Θεοῦ, in fragmento altero (p. 48

<sup>1</sup> Nam et de nobis idem sentiunt. <sup>2</sup> Quid enim mihi prodest, <sup>3</sup> si quis me laudet, Dominum autem meum blasphemet, <sup>4</sup> eum carnem assumpsisse negans? Qui vero id non profitetur, is prorsus eum negavit, ipse funus portans. Nomina vero eorum, quum sint infidelia, non visum mihi est scribere. Et absit a me, ut eorum mentionem faciam, donec <sup>5</sup> revertantur ad passionem Christi, quae est nostra resurrectio.

VI. *Qui non credit in sanguinem Christi, judicabitur, etsi angelus esset. Haereticis istis etiam virtutes desunt.*

Nemo erret. <sup>6</sup> Et si coelestes, et gloria angelorum, et principes visibiles et invisibiles non credant in sanguinem Christi, <sup>7</sup> et ipsi judicabuntur. <sup>8</sup> *Qui capere potest, capiat.* Locus neminem efferat; totum enim est fides et charitas, <sup>9</sup> quibus nihil praestantius. Considerate vero eos, qui de gratia Jesu Christi, quae ad eos venit, alienam opinionem tuentur, quomodo contrarii sint divinae voluntati. Non charitas eis curae est, non vidua, non pupilla, non oppressus, non vinculus vel solutus, non esuriens vel sitiens.

VII. *Haeretici isti abstinent ab Eucharistia, carnem Christi eam esse negantes. Recedamus ab iis.*

<sup>10</sup> Ab eucharistia et oratione <sup>11</sup> abstinent, eo quod non con-

Corp. Ignat. p. 219 et 249): ὅς ἐστι Θεός.

8) Matth. 19, 12.

9) Cfr. ad Magn. c. 1.

10) *Theodoretus* (Dial. III. l. c. p. 231), qui hunc locum laudat, legit: εὐχαριστίας καὶ προσφορὰς οὐκ ἀποδέχονται. Hanc lectionem tuetur *Lüftius*, *Liturgik*, T. I. p. 77. Hanc sectionem (εὐχαριστίας — ἤγειρεν) *Jacobsonus* capiti antecedenti addidit; „arctissime enim cohaerent haec praecedentibus.“ *Jacobsonus* itaque caput octavum a verbis Οἱ οὖν ἀντιλέγοντες τῇ δωρεᾷ τοῦ Θεοῦ (i. e. *Eucharistias*),

incipit, sed haec utique multo arctius cum iis, quae supra de Eucharistia dicta sunt, cohaerent et minime ab eis divelli possunt.

11) *Uhlhornus* (in *Niedner*, *Zeitschrift für histor. Theol.* 1851. p. 288) ad verba cap. 8 ἐκελευθῶ βεβαία εὐχαριστία ἡγελοῦσθω respiciens contendit: haereticos istos non omnimode ab Eucharistia abstinuisse, sed ab *ecclesiastica* eucharistia. Docetismi enim fautoribus *caro* Christi et *sanguis* ejus officiculo erant. Ipsi fortasse eucharistia propria utebantur, ut *Ophitae*. Cfr. *Epiphani.* haer. 37, 5.

λογεῖν, τὴν εὐχαριστίαν σάρκα εἶναι τοῦ σωτῆρος. ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὴν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν παθοῦσαν, <sup>1</sup> ἣν τῇ χρησιμότητι ὁ πατὴρ ἤγειρεν. Οἱ οὖν ἀντιλέγοντες τῇ δωρεᾷ τοῦ Θεοῦ συζητοῦντες ἀποθνήσκουσιν. Συνέφερον δὲ αὐτοῖς <sup>2</sup> ἀγαπᾶν, ἵνα καὶ ἀναστῶσιν. Πρέπον οὖν ἐστὶν ἀπέχεσθαι τῶν τοιούτων, καὶ μῆτε κατ' ἰδίαν περὶ αὐτῶν λαλεῖν, μῆτε κοιῆ· προσέχειν δὲ τοῖς προσήταις, ἐξαιρέτως δὲ τῷ <sup>3</sup> εὐαγγελίῳ, ἐν ᾧ τὸ πάθος ἡμῶν δεδήλωται, καὶ ἡ ἀνάστασις <sup>4</sup> τετελείωται. Τοὺς δὲ μερισμοὺς φεύγετε, ὡς ἀρχὴν κακῶν.

### VIII. Nihil sine episcopo peragatur.

Πάντες τῷ ἐπισκόπῳ ἀκολουθεῖτε, ὡς Ἰησοῦς Χριστὸς τῷ πατρὶ· καὶ τῷ πρεσβυτέρῳ, ὡς τοῖς ἀποστόλοις· τοὺς δὲ διακόνους ἐντρέπεσθε, ὡς Θεοῦ <sup>5</sup> ἐντολήν. <sup>6</sup> Μηθεὶς χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου τι πράσσετε τῶν ἀνηκόντων εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Ἐκεῖνη βεβαία εὐχαριστία ἡγείσθω, ἣ ὑπὸ τὸν ἐπίσκοπον οὖσα, ἢ ᾧ ἂν αὐτὸς ἐπιτρέψῃ. <sup>7</sup> Ὅπου ἂν φανῇ ὁ ἐπίσκοπος, ἐκεῖ τὸ πλῆθος ἔστω· ὡσεὶ ὅπου ἂν ᾗ Χριστὸς Ἰησοῦς, ἐκεῖ ἡ καθολικὴ ἐκκλησία. Οὐκ ἐξὸν ἐστὶν χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου οὔτε βαπτίζειν, οὔτε ἀγάπην ποιεῖν· ἀλλ' ὃ ἂν ἐκεῖνος δοκιμάσῃ, τοῦτο καὶ τῷ Θεῷ εὐάρεστον, ἵνα ἀσφαλὲς ᾗ καὶ βέβαιον πᾶν, ὃ πράσσειται.

### IX. Honorate episcopum. Me in omnibus recreastis.

Εὐλογόν ἐστιν <sup>8</sup> λοιπὸν, ἀναῆψαι, καὶ, ὡς ἔτι καιρὸν ἔχομεν, εἰς Θεὸν μετανοεῖν. Καλῶς ἔχει, Θεὸν καὶ ἐπίσκοπον <sup>9</sup> εἰδέναι. Ὁ τιμῶν ἐπίσκοπον ὑπὸ Θεοῦ τετίμηται· ὁ λάθρα ἐπισκόπου τι πράσσωσιν τῷ διαβόλῳ λατρεύει. — Πάντα οὖν ὑμῶν ἐν χάριτι περισσευέτω· ἄξιοι γάρ ἐστε. Κατὰ πάντα με ἀνεπαύσατε, καὶ ὑμᾶς Ἰησοῦς Χριστός. Ἀπόντα με καὶ πα-

1) Cfr. supra c. 2. et ad Trall. c. 9.

2) I. e. ἀγάπην celebrare. Aliter Smithius: cum amore amplecti hoc donum Dei.

3) Cfr. supra c. 5. p. 222. Not. 10.

4) I. e. perfecta apparet.

5) Cfr. ad Trall. c. 13.

6) Vide Rothe, Anf. p. 469.

7) Hic primum vocabulum ἡ καθολικὴ ἐκκλησία nobis occurrit, deinde in Martyrio Polycarpi c. 8 et 19. Sensus est: ubi episcopus est, ibi est ecclesia concreta; et ubi Christus, ibi ecclesia universalis. Möller, Einheit. p. 292. Aliter Rothe, Anf.

fileantur, eucharistiam carnem esse salvatoris nostri Jesu Christi, quae pro peccatis nostris passa est, <sup>1</sup> quamque Pater benignitate sua suscitavit. Qui ergo contradicunt huic dono Dei, altercantes moriuntur. Utile autem esset illis <sup>2</sup> diligere, ut et resurgerent. Decet itaque abstinere a talibus, et nec in privato, nec in communi colloquio de illis verba facere; attendere autem prophetis, praecipue autem <sup>3</sup> Evangelio, in quo passio nobis ostensa, et resurrectio <sup>4</sup> perfecte demonstrata est. Divisiones autem fugite, ut principium malorum.

VIII. *Nihil sine episcopo peragatur.*

Omnes episcopo obtemperate, ut Jesus Christus Patri; et presbyterio ut apostolis; diaconos autem revereamini ut Dei <sup>5</sup> mandatum. <sup>6</sup> Separatim ab episcopo nemo quidquam faciat eorum, quae ad ecclesiam spectant. Valida eucharistia habeatur illa, quae sub episcopo peragitur, vel sub eo, cui ipse concesserit. <sup>7</sup> Ubi comparuerit episcopus, ibi et multitudo sit; quemadmodum, ubi fuerit Christus Jesus, ibi catholica est ecclesia. Non licet sine episcopo neque baptizare, neque agapen celebrare; sed quodcumque ille probaverit, hoc et Deo est beneplacitum, ut firmum et validum sit omne, quod peragitur.

IX. *Honorate episcopum. Me in omnibus recreastis.*

Rationi <sup>8</sup> ceterum convenit, iterum sobrios fieri, et dum adhuc tempus habemus, ad Deum per poenitentiam redire. Bonum est, Deum et episcopum <sup>9</sup> honorare. Qui honorat episcopum, a Deo honoratus est; qui clam episcopo aliquid agit, diabolo servit. — Omnia nunc abundanter vobis gratia largiatur; digni enim estis. Omni modo me recreastis, et vos Jesus Christus.

p. 472 sq., cui καθολική = *visibilis ecclesia*, quique locum nostrum ita interpretatur: *quia cum Christo necessarie simul posita est ecclesia visibilis; ideo et in quovis loco, ubi episcopus apparet, etiam fideles ad visibilem coetum congregati esse debent; nam episcopus reprae-*

*sentat Christum.* — Alii denique viro docto (*Baumgarten-Crusius*, Lehrb. d. D.G. II, 1255.) est καθολική potius *vera, quam universalis ecclesia.*

8) Λοπόν. Cfr. Ignat. ad Ephes. c. 11.

9) Ειδέναι = τμῶν cfr. I Thess. 5, 12.

ρόντα ἡγαπήσατε. <sup>1</sup> Ἀμείβοι ὑμῖν Θεὸς, δι' ὃν πάντα ὑπομένοντες αὐτοῦ τείξεσθε.

X. *Comites meos benevole suscepistis; non deerit vobis merces.*

<sup>2</sup> Φίλωνα καὶ ῥέον Ἀγαθόπου, οἱ ἐπηκολούθησαν μοι <sup>3</sup> εἰς λόγον Θεοῦ, καλῶς ἐποιήσατε ὑποδεξάμενοι ὡς διακόνους Χριστοῦ Θεοῦ· οἱ καὶ εὐχαριστοῦσιν τῷ κυρίῳ ὑπὲρ ὑμῶν, ὅτι αὐτοὺς ἀνεπαύσατε κατὰ πάντα τρόπον. <sup>4</sup> Οὐδὲν ὑμῖν οὐ μὴ ἀπολείται. <sup>5</sup> Ἀντίφυχον ὑμῶν τὸ πνεῦμά μου καὶ τὰ δεσμά μου, ἃ οὐχ ὑπερηφανήσατε, οὐδὲ ἐπησχύνθητε. Οὐδὲ ὑμᾶς ἐπαισχυνθήσεται ἡ τελεία <sup>6</sup> πίστις, Ἰησοῦς Χριστός.

XI. *Mittite legatum ad Antiochenos ob pacem restitutam.*

Ἡ προσευχὴ ὑμῶν <sup>1</sup> ἀπῆλθεν ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας· ὃθεν δεδεμένος θεοπρεπεστάτοις δεσμοῖς, πάντας ἀσπάζομαι, οὐκ ὦν ἄξιος ἐκεῖθεν εἶναι, ἔσχατος αὐτῶν ὢν· <sup>2</sup> κατὰ θέλημα δὲ κατηξιώθη, οὐκ ἐκ <sup>3</sup> συνειδήτους, ἀλλ' ἐκ χάριτος Θεοῦ, ἣν εὐχομαι τελείαν μοι δοθῆναι, ἵνα ἐν τῇ προσευχῇ ὑμῶν Θεοῦ ἐπιτύχω. Ἴνα οὖν τέλειον ὑμῶν γένηται τὸ ἔργον καὶ ἐπὶ γῆς καὶ ἐν οὐρανῷ, πρέπει εἰς τιμὴν Θεοῦ <sup>4</sup> χειροτονῆσαι τὴν ἐκκλησίαν ὑμῶν θεοπροσβύτην, εἰς τὸ γενόμενον ἕως Συρίας συγκαρῆναι αὐτοῖς, ὅτι εἰρηνεύουσιν, καὶ ἀπέλαβον τὸ ἴδιον μέγεθος, καὶ ἀπεκατεστάθη αὐτοῖς τὸ ἴδιον <sup>5</sup> σωματεῖον. Ἐράνη μοι οὖν <sup>6</sup> ἄξιον πρᾶγμα, πέμψαι τινὰ τῶν ὑμετέρων μετ' ἐπιστολῆς, ἵνα συνδοξάσῃ τὴν κατὰ Θεὸν αὐτοῖς γενομένην εὐδίαν, καὶ ὅτι λιμένος ἤδη <sup>7</sup> ἐτύγχανεν τῇ προσευχῇ ὑμῶν. Τέλειοι ὄντες, τέλεια καὶ φρονεῖτε. <sup>8</sup> Θέλουσιν γὰρ ὑμῖν εὐπράσσειν Θεὸς ἔτοιμος εἰς τὸ παρασχεῖν.

1) Ita *Jacobsonus*. Ceteri ἀμείβη.

2) Cfr. ad *Philad.* c. 11.

3) Cfr. ad *Philad.* c. 11: εἰς λόγον τιμῆς = *honoris causa*.

4) I. e. Pro omnibus illis beneficiis mercedem recipietis.

5) Cfr. *Ignat. ad Ephes.* c. 21. ad *Polyc.* c. 2 et 6.

6) I. e. qui perfecte fidelis est,

Similiter: πιστός ὁ Θεός *I Cor.* 1, 9. 10, 13. *I Thess.* 5, 24. *II-Thess.* 3, 3.

7) An fama solum, an literis, an effectu? Effectu, procul dubio. *Jacobson.* Cfr. ad *Philad.* c. 10. ad *Polyc.* c. 7.

8) Κατὰ θέλημα absolute pro voluntate Dei, ut in ep. ad *Polyc.* c. 8.

Similiter ἡ χάρις et ἐπιτολή et ὄνομα

Absentem me et praesentem dilexistis. <sup>1</sup> Retribuat vobis Deus, propter quem omnia sustinentes ipsum adipiscemini.

X. *Comites meos benevole suscepistis; non deerit vobis merces.*

<sup>2</sup> Philonem et Rheum Agathopodem, qui me secuti sunt  
<sup>3</sup> Dei causa, ut ministros Christi Dei suscipientes, bene fecistis. Ii quoque Domino gratias agunt propter vos, quod omnibus modis illos refeceritis. Nil <sup>4</sup> horum vobis erit amissum. <sup>5</sup> Vicissim recreent vos spiritus meus et vincula mea, quae non contem- sistis, quorumque vos non puduit. Nec vestrum pudebit per- fectam <sup>6</sup> fidem, Jesum Christum.

XI. *Mittite legatum ad Antiochenos ob pacem restitutam.*

Oratio vestra <sup>7</sup> pervenit ad ecclesiam, quae est Antiochiae in Syria; unde vinculis Deo maxime placentibus ligatus (ab- ductus), omnes saluto, illo episcopatu fungi non dignus, utpote omnium infimus; sed (<sup>8</sup> Dei) voluntas me dignata est, non <sup>9</sup> juxta conscientiam meam, sed ex gratia Dei, quam perfectam mihi dari opto, ut per orationem vestram Deum consequar. Ut nunc opus vestrum absolutum fiat coram Deo et hominibus, decet ad Dei honorem, ut ecclesia vestra <sup>10</sup> eligat sacrum legatum, qui, quum ad Syriam usque venerit, congratuletur illis, quod pacem consecuti sint, et suam receperint magnitudinem, ac restitutum sit illis suum <sup>11</sup> corpus. <sup>12</sup> Digna igitur mihi res est visa, ut aliquem vestrum mittatis cum epistola, qui una cum illis glorificet tranquillitatem, quam juxta Dei voluntatem sunt consecuti, et quod ecclesia illa per orationem vestram portu jam sit <sup>13</sup> potita. Quum perfecti sitis, etiam perfecta excogitetis. <sup>14</sup> Cupientibus enim vobis bene agere Deus ad largiendum paratus est.

saepius absolute ponuntur a Nostro. e. g. infra c. 12. ad Polyc. c. 1. ad Trall. c. 13. ad Ephes. c. 3. Magnes. c. 4. Interpolator addit Θεοῦ.

9) *Non quod mihi met ipsi vel minimum sim conscius, quasi ipse meruissem.* SMITH.

10) Cfr. ad Philad. c. 10.

11) Sc. *ecclesiae.*

12) Velus interpres et Armenius legerunt ἀξιώθῃον.

13) Forte legendum ἐρύχχαρον cum versione Armeniaca.

14) Hunc locum male Semipelagianismi suspectum putat Baumgarten-Crusius, Lehrb. d. Dogm.G. II, 1107.

XII. *Salutationes.*

Ἀσπάζεταιται ὑμᾶς <sup>1</sup> ἡ ἀγάπη τῶν ἀδελφῶν τῶν ἐν Τρωάδι, ὄθεν καὶ γράφω ὑμῖν διὰ <sup>2</sup> Βούρῳου, ὃν ἀπεστειλάτε μετ' ἐμοῦ ἅμα Ἐφεσίοις, τοῖς ἀδελφοῖς ὑμῶν, ὅς κατὰ πάντα με ἀνέπαισεν. Καὶ ὄφελον πάντες αὐτὸν ἐμιμοῦντο, ὄντα ἐξεμπλήριον Θεοῦ διακονίας. Ἀμείψεται αὐτὸν ἡ χάρις κατὰ πάντα. Ἀσπάζομαι τὸν ἀξιόθεον ἐπίσκοπον, καὶ θεοπρεπέσιαιον πρεσβυτέριον, τοῖς συνδούλους μου διακόνους, καὶ τοὺς καὶ ἄνδρα καὶ κοινῇ πάντας, ἐν ἐνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆ σαρκὶ αὐτοῦ καὶ τῆ αἱματι, πάθει τε καὶ ἀναστάσει, σαρκικῆ τε καὶ πνευματικῆ, <sup>3</sup> ἐν ἐνότῃ Θεοῦ καὶ ὑμῶν. Χάρις ὑμῖν, ἔλεος, εἰρήνη, ὑπομονὴ διὰ παντός.

XIII. *Salutationes.*

Ἀσπάζομαι τοὺς οἴκους τῶν ἀδελφῶν μου σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις, καὶ τὰς παρθένους, τὰς λεγομένας <sup>4</sup> χήρας. Ἐρῶσθε μοι ἐν δυνάμει <sup>5</sup> πατρός. Ἀσπάζεταιται ὑμᾶς <sup>6</sup> Φίλων, σὺν ἐμοὶ ὡς. Ἀσπάζομαι τὸν οἶκον <sup>7</sup> Γαούτας, ἦν εὐχόμεαι ἐδρᾶσθαι πίστι καὶ ἀγάπῃ σαρκικῆ τε καὶ πνευματικῆ. Ἀσπάζομαι Ἀλεην, τὸ ποθητόν μου ὄνομα, καὶ Δάρνον <sup>8</sup> τὸν ἀσύγκριτον, καὶ Εὔτεκον καὶ πάντα κατ' ὄνομα. Ἐρῶσθε ἐν χάριτι Θεοῦ.

1) Cfr. ad Trall. c. 12.

2) Cfr. ad Ephes. 2. ad Philad. c. 11.

3) Ms. addit ἐν ἐνόματι, quod ex priori linea insertum videtur. Nec

Interpolator nec vetus interpres latinus nec Armenius hoc additamentum agnoscunt.

4) Cfr. Rothe, Anf. p. 253. Di-conissae, etsi essent virgines, χήρ

XII. *Salutationes.*

Salutat vos <sup>1</sup> charitas fratrum, qui Troade sunt, unde et scribo vobis per <sup>2</sup> Burrhum, quem vos una cum Ephesiis, fratribus vestris, misistis, ut me comitaretur, qui omni modo me recreavit. Atque utinam omnes illum imitentur, quum sit exemplar divini ministerii. Remuneretur ipsum gratia per omnia. Saluto episcopum Deo dignum, et Deo dilectissimum presbyterium, conservos meos diaconos, singillatimque ac in universum omnes, in nomine Jesu Christi, et in carne ejus et sanguine, passione et resurrectione corporali simul et spirituali, <sup>3</sup> in nomine, in unione Dei vobiscum. Gratia vobis, misericordia, pax, patientia sit semper.

XIII. *Salutationes.*

Saluto familias fratrum meorum cum uxoribus et liberis, et virgines, vocatas <sup>4</sup> viduas. Fortes sitis in virtute <sup>5</sup> Patris. Salutat vos <sup>6</sup> Philo, qui mecum est. Saluto <sup>7</sup> Gaviam et domum ejus, quam opto firmari fide et charitate corporali et spirituali. Saluto Alcen, desiderabile mihi nomen, et Daphnum <sup>8</sup> incomparabilem, et Eutecnum, omnesque nominatim. Valetate in gratia Dei.

tamen appellabantur, quia primis ecclesiae temporibus *viduae* ad munus Diaconissarum eligi solebant.

5) Ita cum veteri interprete et versione Armeniaca legendum est. Ms. πνεύματος.

6) Cfr. supra c. 10.

7) Ita cum Interpolatore et Armenio legendum puto. Ms. Ταούιας.

8) Ita Ms. Smithius conjicit Ἀσυχρίτον, cfr. Rom. 16, 14. Bunsen: τὸν Ἀσυχρίτου.



## ΠΡΟΣ ΠΟΛΥΚΑΡΠΟΝ. 1

Ἰγνάτιος, <sup>2</sup> ὁ καὶ Θεοφόρος, Πολυκάρπῳ ἐπισκόπῳ <sup>3</sup> ἐκ-  
κλήσιας Σμυρναίων, μᾶλλον <sup>4</sup> ἐπεσκοπημένῳ ὑπὸ Θεοῦ  
πατρὸς καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, πλεῖστα χαίρειν.

## I. Laus et adhortatio.

<sup>5</sup> Ἀποδεχόμενός σου τὴν ἐν Θεῷ γνώμην, ἡδρασμένην ὡς  
ἐπὶ πέτραν ἀκίνητον, ὑπερδοξάζω <sup>6</sup>, καταξιωθείς τοῦ <sup>7</sup> προσά-  
που σου τοῦ ἀμώμου, <sup>8</sup> οὐ ὀναίμην ἐν Θεῷ. Παρακαλῶ σε  
ἐν χάριτι <sup>9</sup>, ἢ <sup>10</sup> ἐνδέεσθαι, <sup>11</sup> προσδεῖναι τῷ δρόμῳ σου, καὶ  
πάντας παρακαλεῖν, ἵνα σώζωνται. <sup>12</sup> Ἐκδίκει σου τὸν τρόπον  
ἐν πάσῃ ἐπιμελείᾳ σαρκικῇ τε καὶ πνευματικῇ. Τῆς ἐνώσεως  
φροντίζε, ἧς οὐδὲν ἄμεινον. Πάντας βύσταζε, ὡς καὶ σὲ ἰ-  
κύριος. Πάντων ἀνέχου ἐν ἀγάπῃ, ὥσπερ καὶ ποιεῖς. <sup>13</sup> Προ-  
εγκαῖς σχολάζε ἀδιαλείπτως. <sup>14</sup> Αἰτοῦ σύνεσιν πλεονα ἧς  
ἔχεις. Γρηγόρει, ἀκοίμητον <sup>15</sup> πνεῦμα κεκτημένος. Τοῖς καὶ

1) Authentiam hujus epistolae contra speciales nonnullorum objectiones nuperrime propugnauerunt *Hutherus*. (in *Ulgenii Zeitschr. für histor. Theol.* T. XI. p. 62 sqq.) et *Düsterdieck*, de *Ignatianarum epistolarum authentia* etc. p. 42 sqq. Multi enim contendebant, vix esse verisimile, quod Ignatius duas epistolas ad Smyrnaeos miserit, unam ad Smyrnaeos in commune, alteram ad episcopum Smyrnae separatim. Sed clare id narrat *Eusebius*, *Histor. eccl.* III, 36. Epistolae ad Polycarpum duplex exstat versio Syriaca, seu potius duo codices unius ejusdemque versionis, quorum alter seculo sexto, alter octavo, exaratus videtur. Vetusiorem codicem typis exscribendum curavit *Curtonus*, l. c., junioris codicis lec-

tiones variantes, quae paucissimae et nullius ponderis sunt, addens. Uterque codex primam tantum epistolae partem (usque ad finem capituli sexti) continet. E capitibus autem VII et VIII Syrus duas tantum sententias mutuatus est, easque cum fine capituli sexti conjunxit. Ceterum Syrus in vertenda hac epistola exemplar graecum paene ad verbum secutus est. Versio Armeniaca cum Textu nostro graeco concordat. Cfr. *Petermann*, *Ignat. epist.* p. 257 sq.

2) Cfr. supra p. 150: not. 4.

3) Vocabulo ἐκκλησίας nihil respondet in utroque codice Syriaco.

4) Hanc paronomasiam *Vairlenius* ita reddidit: *Inspectori, immo qui inspectus est a Deo.* JACOBSON.

5) Ἀποδέχομαι = *probo, com-*

## A D P O L Y C A R P U M . 1

Ignatius, <sup>2</sup>qui et Theophorus, Polycarpo, episcopo <sup>3</sup>ecclesiae Smyrnaeorum, qui ipse potius <sup>4</sup>episcopum habet Deum patrem et Dominum Jesum Christum, plurimam salutem.

I. *Laus et adhortatio.*

<sup>5</sup> Piam mentem tuam, velut supra petram immobilem fundatam, comprobans, summis eveho laudibus, <sup>6</sup> quod dignus sim habitus sancta tua <sup>7</sup> facie, <sup>8</sup> qua utinam semper frui possim in Deo. Obsecro te per gratiam, <sup>9</sup> qua <sup>10</sup> indutus es, ut <sup>11</sup> augeas cursum tuum, omnesque adhorteris, ut salventur. <sup>12</sup> Defende locum tuum in omni cura carnali (externa) et spirituali. Unitatis curam habe, qua nihil melius. Omnes perfer, ut et te perfert Dominus. Omnes tolera in charitate, sicut et facis. <sup>13</sup> Precibus vaca perpetuis. <sup>14</sup> Postula sapientiam majorem, quam habes. Vigila, insonnem <sup>15</sup> spiritum possidens. Singulis loquere,

*probo, acceptum habeo.* PEARSON. *Τὴν ἐν Θεῷ γνώμην.* Simili modo Ignatius in epistola ad Rom. c. 7. scribit: *τὴν εἰς Θεὸν μου γνώμην.*

6) Sc. Θεόν, quod Syrus legit.

7) *Τοῦ προσώπου σου.* Nunquam igitur ante viderat Polycarpum. PEARSON.

8) Cfr. *Ignat.* ad Ephes. c. 2, ad Magn. c. 2 et 12. ad Rom. c. 5.

9) *Smithius* contra auctoritatem *Mati* addit Θεοῦ, quod ne apud Interpretatorem quidem legimus.

10) *Ἐνδύσασαι.* Imitatur S. Paulum, qui voce *ἐνδύω* et *ἐνδύομαι* hoc sensu saepe utitur, e. g. Ephes. 6, 14. Col. 3, 12. PEARSON.

11) *Προσθεῖναι τῷ δρόμῳ.* Similia in S. Scriptura legimus: *πληροῦν τὸν δρόμον.* Act. 13, 25. *τελειοῦν τὸν δρόμον.* Act. 20, 24. II Tim. 4, 7.

12) I. e. *defende episcopalem dignitatem tuam.* Hanc sententiam Syrus, minus eam intelligens, ita vertit: *ead res requires, quae conveniunt cum omni cura corporis et animae.*

13) Ignatius ad I Cor. 7, 5. respexisse videtur: *σκολάζετε . . . τῇ προσευχῇ.* Syrus *ἀδιαλείπτως* non legit.

14) Nil habet hic locus rusticitatis seu arrogantiae, ut *Dallaeus* contendebat. Fraternali tantum amore ductus beatus Ignatius Polycarpum suum ad ecclesiam studiose fovendam ac preces assidue fundendas hortatus est. DÜSTERDIECK.

15) Apud *Damascenum*, qui hunc locum citat, legitur *ἀκόλυτον ὄμμα*, quod idem est; intelligit enim *ὄμμα τῆς ψυχῆς.* PEARSON. Syrus cum graeco textu nostro legit *πνεῦμα.*

ἄνδρα κατὰ <sup>1</sup> ὁμοίθειαν Θεοῦ λάλει. <sup>2</sup> Πάντων τὰς νόσους βασιτάζει, ὡς τέλειος ἀθλητής. <sup>3</sup> Ὅπου πλείων κόπος, πολὺ κέρδος.

## II. Continuatío adhortationum.

Καλοὺς μαθητὰς <sup>4</sup> ἐὰν φιλήσ, χάρις σοι οὐκ ἔστιν· μᾶλλον τοὺς <sup>5</sup> λοιμοτέρους ἐν πραότητι ὑπότασσε. Οὐ πᾶν τραῦμα τῇ αὐτῇ ἐμπλάστρω θεραπεύεται. Τοὺς <sup>6</sup> παροξισμοὺς ἐμβροχῆς παῦε. <sup>7</sup> Φρόνιμος γίνου ὡς ἡ ὄφρις ἐν ἀπάσιν, καὶ ἀκέραιος ὡς ἡ περιστέρα. <sup>8</sup> Διὰ τοῦτο σαρκικὸς εἶ καὶ πνευματικὸς, ἵνα τὰ φαινόμενά <sup>9</sup> σου εἰς πρόσωπον κολακεύῃς· τὰ δὲ <sup>10</sup> ἀόρατα αἶτει, ἵνα σοι φανερωθῇ, ὅπως μηδενὸς λείπη, καὶ παντὸς χαρίσματος περισσεύῃς. Ὁ καιρὸς ἀπαιτεῖ σε, ὡς κυβερνήται <sup>11</sup> ἀέμονος, καὶ ὡς χεημαζόμενος λιμένα, εἰς τὸ Θεῷ ἐπιτυχεῖν. Νῆφε ὡς Θεοῦ ἀθλητής· τὸ θέμα ἀφ' αἰωνίου καὶ ζωῆ αἰώνιος, περὶ ἧς καὶ σὺ πέπεισαι. Κατὰ πάντα σου <sup>12</sup> ἀντιψυχον ἐγὼ καὶ τὰ δεσμά μου, <sup>13</sup> ἃ ἠγάπησας.

## III. Continuatío.

<sup>14</sup> Οἱ δοκοῦντες ἀξιοπίστοι εἶναι καὶ <sup>15</sup> ἑτεροδιδασκαλοῦντες, μὴ σε καταπληρσέτωσαν. Σιῆθι ἐδραῖος ὡς <sup>16</sup> ἀκμίων τυπόμενος. Μεγάλου ἐστὶν ἀθλητοῦ τὸ δέρεσθαι καὶ νικᾶν. Μὴ

1) Cum Interpolatore et veteri Interprete lat. legendum est ὁμοίθειαν. cfr. ad Magn. c. 6. ὁμοίθειαν Θεοῦ. Sensus est: *Dei amorem erga homines imitans*. Ms. βοήθειαν. Syrus et Armenius legisse videntur κατὰ θελημα seu βούλημα, vertunt enim: *concordans cum voluntate Dei*.

2) Matth. 8, 17.

3) Cfr. I Cor. 3, 8.

4) Post μαθητὰς Syrus legisse videtur μόιον, quod ne Interpolator quidem agnoscit.

5) Adjectivum λοιμός saepius legitur apud LXX interpretes, et apud S. Barnab. c. 10.

6) Haec male vertit Syrus: *id quod acutum est et secat, lenitate mitiga*. Pro παροξισμούς legisse videtur παρξισμα.

7) Cfr. Matth. 10, 16. In Ms. legitur ὡς ἡ ὄφρις et ὡς ἡ περιστέρα, quod Nolte defendit. Editi: *ὡσεὶ*. Syrus hanc sententiam pluribus verbis explicat.

8) Uhlhornus (in *Niedner, Zeitschr. f. d. hist. Theol.* 1851. p. 25) sensus obscuri huius loci ita interpretatur: „*Die besteht aus Leib und Seel und hast damit auch eine doppelte Reihe von Gaben empfangen, die du beide in deinem Amte anwendest*“.

<sup>1</sup> secundum consuetudinem Dei. <sup>2</sup> Cunctorum aegrotationes porta, sicut perfectus athleta. <sup>3</sup> Ubi plus laboris, ibi magnum lucrum.

## II. *Continuatio adhortationum.*

Bonos discipulos <sup>4</sup> si amaveris, nullam inde mereris gratiam; potius <sup>5</sup> pestilientiores in mansuetudine subjice. Non omne vulnus eodem emplastro curatur. <sup>6</sup> Impetus febriles superfusionibus seda. <sup>7</sup> Prudens esto, sicut serpens, in omnibus, et simplex ut columba. <sup>8</sup> Idcirco corporalis es et spiritualis, ut, quae coram <sup>9</sup> te apparent, placide tractes; <sup>10</sup> invisibilia autem petas ut manifestentur tibi, ne tibi quidquam desit et omni dono abundes. Tempus expetit te, ut gubernator ventos, et ut tempestate jaclatus <sup>11</sup> portum, ut cum tuis Deum assequaris. Sis sobrius ut Dei athleta; praemium propositum est immortalitas et vita aeterna, de qua et tibi persuasum est. In omnibus vicissim <sup>12</sup> recreeris me et vinculis meis, <sup>13</sup> quae dilexisti.

## III. *Continuatio.*

<sup>14</sup> Qui videntur fide digni esse, et <sup>15</sup> aliena docent, te non perterrefaciant. Sta firmus ut <sup>16</sup> incus, quae percutitur. Magni athletae est, caedi et vincere. Maxime vero propter Deum

*musst, damit du es ausübest mit leiblicher und geistiger Sorgfalt. Die irdischen Gaben die du hast (τὰ φαινόμενά σοι, e. g. eloquentia) wende nun an, um besänftigend auf deine kranken Gemeindeglieder einzuwirken (Ignatium pro τοῖς φαινόμενοις κολακίης αὐτοῦς posuisse τὰ φαινόμενα putat Uhlhornus); was aber die unsichtbaren Dinge betrifft, so bitte, dass sie dir geoffenbart werden, und dass du an keiner leiblichen und geistigen Gabe Mangel leidest, sondern an Allem Ueberfluss habest.*

9) Bunsenius cum Interpolatore legit σοι.

10) I. e. arcana vitia quorundam. JUN. Arcana mysteria Dei, aut: quae in futuro evenient. SMITH.

11) Syrus vertit: *narem*.

12) Cfr. Ignat. ad Smyrn. c. 10. ad Ephes. c. 21. Syrus vertit: *sim loco animae tuae* = ἀντὶ ψυχῆς.

13) Forte = quae osculatus es.

14) Syrus legisse videtur: οἱ δοκούντες τι εἶναι. In hoc capite Ignatius episcopum verae doctrinae custodem demonstrat. Cfr. *Densinger*, Tübinger Quartalschr. 1851. p. 396.

15) Cfr. I Tim. 1, 3. 6, 3.

16) Syrus, vocabulum ἄχμων male intelligens, exhibet: sta firmus ut athleta, qui percutitur.

λιστα δὲ ἔνεκεν Θεοῦ πάντα ὑπομένειν ἡμᾶς δεῖ, ἵνα καὶ αὐτὸς ἡμᾶς ὑπομείνη. Πλέον σπουδαῖος γίνου σὺ εἶ. <sup>1</sup> Τοὺς καιροὺς καταμάνθανε. Τὸν <sup>2</sup> ὑπὲρ καιρὸν προσδόκα, τὸν ἄχρονον, τὸν ἀόρατον, τὸν δι' ἡμᾶς ὄρατὸν, τὸν <sup>3</sup> ἀψηλάφητον, τὸν ἀπαθῆ, τὸν δι' ἡμᾶς παθῆτὸν, τὸν κατὰ πάντα τρόπον δι' ἡμᾶς ὑπομείναντα.

#### IV. Continuatio.

Χῆραι μὴ ἀμελείσθωσαν. <sup>4</sup> Μετὰ τὸν κύριον σὺ αὐτῷ φροντιστὴς ἔσο. Μηδὲν ἄνευ γνώμης σου γινέσθω, μηδὲ σὺ ἄνευ Θεοῦ [<sup>5</sup> γνώμης] τι πράσσει· ὅπερ οὐδὲ πράσσεις, <sup>6</sup> εὐστάθῃ, <sup>7</sup> Πικνότερον συναγωγὰ γινέσθωσαν. Ἐξ ὀνόματος πάντας <sup>8</sup> ζῆτα <sup>9</sup> Δούλους καὶ δούλας μὴ ὑπερηφάνει· ἀλλὰ μηδὲ αὐτοὶ φρονησάτωσαν, ἀλλ' εἰς δόξαν Θεοῦ πλέον δουλευέτωσαν, ἵνα κρητονος ἐλευθερίας ἀπὸ Θεοῦ τύχωσιν. Μὴ ἐράτωσαν ἀπὸ τοῦ κοινοῦ ἐλευθεροῦσθαι, ἵνα μὴ δοῦλοι εὐρεθῶσιν ἐπιθυμίας.

#### V. Quid conjuges, coelibes, sponsos moneat episcopus.

<sup>10</sup> Τὰς κακοτεχνίας φεῦγε· μᾶλλον δὲ περὶ τούτων <sup>11</sup> ὁμιλίαν ποιοῦ. Ταῖς ἀδελφαῖς μου προσλάλει, ἀγαπᾶν τὸν κύριον, καὶ τοῖς συμβίοις ἀρκεῖσθαι σαρκὶ καὶ πνεύματι. Ὁμοίως καὶ τοῖς ἀδελφοῖς μου παράγγελλε ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἀγαπᾶν τὰς συμβίους <sup>12</sup> ὡς ὁ κύριος τὴν ἐκκλησίαν. Εἰ τις δύναται ἐν ἀγνείᾳ μένειν εἰς τιμὴν τοῦ <sup>13</sup> κυρίου τῆς σαρκὸς,

1) Τοὺς καιροὺς κ. τ. λ. Haec usque ad finem capituli syriace citantur a Severo, patriarcha Antiocheno, apud Curetonum l. c. p. 28. Corp. Ign. p. 213 et 245.

2) Ita codex ms. divisio ὑπὲρ καιρὸν, libri impressi composite ὑπὲρ καιρὸν, alio prorsus sensu = nimis maturus. ЯАСОВСОН.

3) Ignatius alludit ad I Joann. 1, 1.

4) Syrus habet: propter Dominum.

5) Adde γνώμης, quod habet Interpolator, quod legerunt Syrus et Armenius, quodque in citatione huius loci (in homilia de unico utriusque

testamenti legisatore, vulgo S. Chryostomo tributa) reperitur. Nolte nos addit γνώμης.

6) Syrus cum Interpolatore legit: ὅπερ οὐδὲ πράσσεις. Εὐστάθει. Velis interpres latinus legit: ὅπερ σὺ δε πράσσεις, εὐστάθῃς ἢ: vertens, quod autem operaris, sit bene stabile.

7) Πικνότερον Pearsonius de confortis et plenis, non de crebris conventibus exponit. At cfr. Ignat. ad Ephes. c. 13. ЯАСОВСОН.

8) I. e. universos nominatim ad congressus sacros convoca. ЯАСОВСОН.

9) Neander, edit. II. T. I. p. 463.

omnia sustinere nos oportet, ut et ipse nos sustineat. Studiosior  
 fias, quam es. <sup>1</sup> Tempora perpende. Eum, qui <sup>2</sup> ultra tempus  
 est, exspecta, intemporalem, invisibilem, propter nos visibilem,  
<sup>3</sup> impalpabilem, impatibilem, propter nos patibilem, qui omni  
 modo propter nos sustinuit.

IV. *Continuatio.*

Viduae ne negligantur. <sup>4</sup> Post Dominum tu earum curator  
 sis. Nihil sine tua voluntate fiat, neque tu quidquam sine Dei  
<sup>5</sup> voluntate agas; quod nec facis, <sup>6</sup> quum sis constans. <sup>7</sup> Cre-  
 brius conventus fiant. Nominatim omnes <sup>8</sup> quaere. <sup>9</sup> Servos et  
 ancillas ne contempnas; sed nec ipsi superbiant, verum ad glo-  
 riam Dei plus serviant, ut potioem libertatem a Deo conse-  
 quantur. Non desiderent, communibus sumptibus e servitute  
 redimi, ne servi inveniantur cupiditatis.

V. *Quid conjuges, coelibes, sponso moneat episcopus.*

<sup>10</sup> Malas artes fuge; magis autem de illis coram populo  
<sup>11</sup> loquere. Sororibus meis dicit, ut Dominum ament, et maritis  
 contentae sint carne ac spiritu. Similiter et fratribus meis  
 manda in nomine Jesu Christi, ut diligant conjuges suas  
<sup>12</sup> sicut Dominus ecclesiam. Si quis potest in castitate manere,  
 ad honorem ejus, qui <sup>13</sup> Dominus est carnis, in humilitate

10) I. e. malas doctrinas, haereses, seu negotia quae Christianum non decent. Cfr. Ign. ad Philadelph. c. 6 et Cureton, Corp. Ign. p. 272. Uhlhornus l. c. p. 26 vertit: „Die falschen Redekünste fliehe, vielmehr rede von solchen Dingen“ quae in sequentibus notantur, e. g. sororibus meis dicit etc.

11) I. e. frequenter orationes coram populo de his malis doctrinis habeantur. Olim cum Interpolatore legi: ὀμίλιαν μὴ ποιῶ. Quum vero particula negativa non solum in codice Mediceo (textus graeci), sed

etiam in veteribus versionibus latina et Syriaca non reperiatur, nunc eam omittendam putavi.

12) Ephes. 5, 25.

13) I. e. ejus, qui corpora nostra resuscitat, et cujus membra corpora nostra sunt. Cfr. I Cor. 6, 14. 15. JAQOBSON. Lectionem nostram defendit Uhlhorn l. c. p. 18. Alii reddunt: ad honorem carnis dominicae. Pari modo etiam Syrus et Armenius vertunt, ac si legissent: εἰς τιμὴν τῆς σαρκὸς τοῦ κυρίου. Nolte conjicit: εἰς τιμὴν τοῦ κυρίου, τῆς σαρκὸς ἐν ἀκαυχῆσθαι μὲν ἐτώ.

ἐν ἀκαυχισίᾳ μενέτω. Ἐὰν καυχῆσθαι, ἀπώλετο· καὶ ἐὰν γνωσθῇ <sup>1</sup> πλεον τοῦ ἐπισκόπου, ἔφθαρται. <sup>2</sup> Πρέπει δὲ τοῖς γαμοῦσι καὶ ταῖς γαμοιμέναις, μετὰ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου τὴν ἔνωσιν ποιῆσθαι, ἵνα ὁ γάμος ἢ κατὰ Θεὸν, καὶ μὴ κατ' ἐπιθυμίαν. <sup>3</sup> Πάντα εἰς τιμὴν Θεοῦ γίνεσθω.

#### VI. Officia gregis christiani.

<sup>4</sup> Τῷ ἐπισκόπῳ προσέχετε, ἵνα καὶ ὁ Θεὸς ὑμῖν. <sup>5</sup> Ἀψυχον ἐγὼ τῶν ὑποτασσομένων τῷ ἐπισκόπῳ, πρεσβυτέρους, διακόνους· καὶ μετ' αὐτῶν μοι τὸ μέρος γένοιτο σχεῖν ἐν Θεῷ. Συγκοπιᾶτε ἀλλήλοις, συναθλεῖτε, συντρέχετε, συμπάσχετε, συγκομιᾶσθε, συνεγείρεσθε, ὡς Θεοῦ οἰκονόμοι καὶ πάρεδροι καὶ ὑπηρέται. <sup>6</sup> Ἀρέσκετε ἢ στρατεύεσθε, ἀφ' οὗ καὶ τὰ ὀψώνια κομιζέσθε. Μήτις ὑμῶν <sup>7</sup> δεσέρτωρ εὔρεθῆ. Ἡ βάπτισμα ὑμῶν <sup>8</sup> μενέτω ὡς ὄπλα, ἡ πίστις ὡς περικεφαλαια, ἡ ἀγάπη ὡς δόρυ, ἡ ὑπομονὴ ὡς πανοπλία. Τὰ δεπώσια ὑμῶν τὰ ἔργα ὑμῶν, ἵνα τὰ ἄκκεπτα ὑμῶν ἄξια κομισῆσθε. Μακροθυμήσατε οὖν μετ' ἀλλήλων ἐν πραότητι, ὡς ὁ Θεὸς [<sup>9</sup> μεθ'] ὑμῶν. <sup>10</sup> Ὁναίμαρ ὑμῶν διὰ παντός.

#### VII. Mittite legatum ad Antiochenos ob pacem restitutam.

<sup>11</sup> Ἐπειδὴ ἡ ἐκκλησία ἡ ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας εἰρηναία, ὡς ἐδηλώθη μοι, διὰ τὴν προσευχὴν ὑμῶν, καὶ γὰρ εὐθυμότερος ἐγενόμην ἐν ἀμεριμνίᾳ Θεοῦ, ἔάν περ διὰ τοῦ παθεῖν Θεοῦ ἐπιτύχω, εἰς τὸ εὔρεθῆναι με ἐν τῇ <sup>12</sup> ἀναστάσει ὑμῶν <sup>13</sup> μαθητήν. <sup>14</sup> Πρέπει, Πολύκαρπε θεομακαριστότατε, συμβούλιον

1) Πλεον contra Bunsenium (qui ponit πλεον) defendit Uhlhorn, l. c. p. 18.

2) Videatur Neander, l. c. p. 488.

3) Cfr. I Cor. 10, 31.

4) Quia epistola, ad episcopum Smyrnae destinata, ex more antiquo legenda etiam erat Smyrnensibus, ideo sanctissimus martyr intermiscet praecepta ad populum. COTEL.

5) Cfr. supra c. 2. ad Smyrn. c. 10. ad Ephes. c. 21.

6) Syrus et Armenius habent: *placelo ei et militate pro eo, ut stipendia ab eo accipiatis*. Legisse videtur cum Interpolatore *κομισῆσθε, et καὶ στρατεύεσθε*.

7) Ignatius compluribus utitur vocabulis latinis, ex re militari desumptis, a Graecis quoque usu receptis: *δεσέρτωρ, δεπώσια, ἀκκεπτα*.

maneat. Si gloriatur, perit; et si se <sup>1</sup> majorem episcopo censeat, interit. <sup>2</sup> Decet vero, ut sponsi et sponsae de sententia episcopi conjugium faciant, ut nuptiae secundum Dominum sint, non secundum cupiditatem. <sup>3</sup> Omnia ad honorem Dei fiant.

VI. *Officia gregis christiani.*

<sup>4</sup> Episcopo attendite, ut et Deus vobis attendat. <sup>5</sup> Utinam ego vicissim recreare possim eos, qui subditi sunt episcopo, presbyteris, diaconis; et utinam mihi contingat, cum illis partem habere in Deo. Collaborate vobis mutuo; una certate, una currite, compatimini, una dormite, una exsurgite, ut Dei administratores, familiares et ministri. <sup>6</sup> Placete illi, cui militatis, a quo et stipendia fertis. Nemo vestrum <sup>7</sup> desertor inveniat. **Baptismus** vester <sup>8</sup> maneat velut arma, fides ut galea, charitas ut hasta, patientia ut tota armatura. Deposita vestra sint opera vestra, ut accepta vestra digne reportetis. Longanimes igitur estote alter ad alterum in mansuetudine, ut et Deus <sup>9</sup> erga vos. <sup>10</sup> Utinam fruar vobis perpetuo.

VII. *Mittite legatum ad Antiochenos ob pacem restitutam.*

<sup>11</sup> Quia vero ecclesia, quae est Antiochiae in Syria, ut mihi relatum est, pace fruitur per preces vestras; et ego nunc tranquilliore animo sum in securitate Dei; si modo per passionem Deum assequar, ut in <sup>12</sup> resurrectione <sup>13</sup> discipulus vester inveniar. <sup>14</sup> Decet, Polycarpe, in Deo beatissime, concilium

8) *Μετέω*. Hoc vocabulo utitur Ignatius, quia desertores arma abjiciebant. PEARS.

9) Legendum *μεθ' ἑμῶν*, ut apud Interpolatorem, apud Syrum et in Fragmentis Damascenicis Rupefucaldinis.

10) Cfr. *Ignat.* ad Ephes. c. 2. et supra c. 1. Not. 8.

11) E capite septimo Syrus nil nisi unicum sententiam: *Χριστιανὸς ἑαυτοῦ ἔξουσίαν οὐκ ἔχει, ἀλλὰ Θεῷ σχολάζει*.

mutuatus est. Cfr. *Baur*, die *Ignat. Briefe* 1848. p. 5 sqq. et *Uhlhorn*, l. c. p. 31. De legatis ad Antiochenos mittendis cfr. ad Smyrn. c. 11. ad Philad. c. 10.

12) Vet. Int. in *oratione*. Cotelerius ideo conjicit *ἀναστήσει*.

13) Ita legit vetus Interpres. Ms. male *παθητήν*.

14) Haec refert S. Polycarpus in Ep. ad Phil. c. 13. PEARS.



ἀγαγεῖν θεοπρεπέστατον, καὶ χειροτονῆσαι τινα, ὃν ἀγαπητὴν  
 λίαν ἔχετε καὶ ἄοκνον, ὃς δινήσειαι θεόδρομος καλεῖσθαι  
 τοῦτον καταξιῶσαι, ἵνα πορευθεῖς εἰς Συρίαν δοξασῇ ὑμῶν  
 τὴν ἄοκνον ἀμίτην εἰς δόξαν Χριστοῦ. <sup>1</sup> Χριστιανὸς ἑαυτῷ  
 ἐξουσίαν οὐκ ἔχει, ἀλλὰ Θεῷ <sup>2</sup> σχολάζει. Τοῦτο τὸ ἔργον Θεῷ  
 ἐστὶν καὶ ὑμῶν, ὅταν <sup>3</sup> αὐτῷ ἀπαρτίσγη. Πιστεύω γὰρ <sup>4</sup> τῇ  
 χάριτι, ὅτι ἔτοιμοί ἐστε εἰς εὐποίαν Θεῷ ἀνήκουσαν. Εἰδὼς  
 οὖν ὑμῶν τὸ σύντονον τῆς ἀληθείας, δι' ὀλίγων ὑμᾶς γραμμά-  
 των παρεκάλεσα.

VIII. *Et aliae ecclesiae legatos vel epistolas Antiochiam  
 mittant. Salutationes.*

<sup>5</sup> Ἐπεὶ <sup>6</sup> πάσαις ταῖς ἐκκλησίαις οὐκ ἠδυνήθην γράψαι,  
 διὰ τὸ ἐξαίφνης πλεῖν με ἀπὸ Τρωάδος εἰς Νεάπολιν, ὡς ἢ  
<sup>7</sup> θέλημα προστάσει· γράψεις ταῖς <sup>8</sup> ἔμπροσθεν ἐκκλησίαις, ὡς  
 Θεοῦ γνώμην κεκτρημένος, εἰς τὸ καὶ αὐτοὺς τὸ αὐτὸ ποιῆσαι,  
 οἱ μὲν δυνάμενοι πεζοὺς πέμψαι, οἱ δὲ ἐπιστολάς διὰ τῆς  
 ὑπὸ σου πεμπομένης· ἵνα <sup>9</sup> δοξασθῆς ἐν αἰωνίῳ ἔργῳ, ὡς ἄξιός  
 εἶ. Ἀσπάζομαι πάντας ἐξ ὀνόματος, καὶ τὴν τοῦ Ἐπιτρόπου  
 σὺν ὄλῳ τῷ οἴκῳ αὐτῆς καὶ τῶν τέκνων. Ἀσπάζομαι Ἄτταλον  
 τὸν ἀγαπητὸν μου. Ἀσπάζομαι τὸν μέλλοντα καταξιῶσθαι  
 τοῦ εἰς Συρίαν πορευέσθαι. Ἔσται ἡ χάρις μετ' αὐτοῦ διὰ  
 παντός, καὶ τοῦ πέμποντος αὐτὸν Πολυκάρπου. Ἐρῶσθαι  
 ὑμᾶς διὰ παντός ἐν Θεῷ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ εὐχομαι, ἐν ᾧ

1) I. e. Christianus nihil pro se, sed omnia pro Deo agit. Cfr. *Densinger*, die Aechtheit des bisher. Textes der Ignat. Briefe p. 46. 47.

2) Cfr. supra c. 1. n. 13.

3) Ita Ms., non αὐτὸ, uti in lib. impr. JACOBSON.

4) Transpone verba: *ὅτι τῇ χάριτι* h. e. *διὰ τῆς χάριτος*. SMITH.

5) Syrus ut e capite antecedenti ita etiam e capite octavo unicam tantum sententiam in versionem suam

transtulit: *ἀσπάζομαι τὸν μέλλοντα καταξιῶσθαι τοῦ εἰς Συρίαν πορευέσθαι*. Quae Syrus addit: *loco mei, sic ut praecepi tibi* in graeco non existant, neque in codice Mediceo, neque apud Interpolatorem. Syrus haec e suis addidisse videtur. Capita VII et VIII adeo omni oppugnatione haereticorum, omnique muneris episcopalis commendatione carent, ut causa, quod falsarius haec adjecerit, detegi non possit. Maxima injuria Curetonus af-

cogere Deo decentissimum, et eligere aliquem, quem valde charum habeatis et impigrum, qui poterit divinus cursor appellari; illumque eo dignare honore, ut in Syriam profectus impigram charitatem vestram ad Dei gloriam celebret. <sup>1</sup> Christianus sui potestatem non habet, sed Deo <sup>2</sup> vacat. Hoc est opus Dei et vestrum, quando id <sup>3</sup> in illius honorem perfeceritis. Confido enim <sup>4</sup> gratiae, vos paratos esse ad opus hoc bonum, ad Deum pertinens. Quum itaque scirem vehemens vestrum erga veritatem studium, brevi epistola vos adhortatus sum.

VIII. *Et aliae ecclesiae legatos vel epistolas Antiochiam mittant. Salutationes.*

<sup>5</sup> Quum <sup>6</sup> omnibus ecclesiis scribere non potuerim, quod repente a Troade Neapolim, <sup>7</sup> jussu ita postulante, navigaverim; tu, qui sententiae Dei sis compos, scribes <sup>8</sup> vicinis (versus Orientem) ecclesiis, ut et ipsi idem faciant, qui possint, pedites mittant, alii vero epistolas per eos, qui a te mittentur; ut <sup>9</sup> glorificeris aeterno opere, quemadmodum dignus es. Saluto omnes nominatim, et Epitropi uxorem cum tota domo sua et liberis. Saluto Attalum mihi charum. Saluto eum, qui perfectione in Syriam dignus habebitur. Gratia in perpetuum cum illo erit et cum mittente illum Polycarpo. Opto vos semper valere in Deo nostro Jesu Christo, per quem in unione cum

firmat, verba genuina, quae Syrus legerit, nec non narrationem Eusebii (*Ignatium beato Polycarpo ecclesiam Antiochenae commendasse* Hist. eccl. III, 36.) falsario ad conficienda capita VII et VIII ansam dedisse. Id nullo modo verisimile est. Curetonus denique et in eo erravit, quod capitibus VII et VIII *de electione novi episcopi* Antiochenorum verba fieri putet. Ignatius enim non de novo episcopo, sed de legatis, a pluribus ecclesiis Antiochiam mittendis loquitur.

6) Interpolator addit *οὐδ*.

7) I. e. *mandatum imperatoris, seu militum, qui Ignatium ducebant, seu voluntas Dei.* *Θελημα* absolute ponitur Ep. ad Smyrn. c. 11. JACOBSON.

8) Cfr. *Uthorn*, l. c. p. 31. *αι εμπροσθεν εκκλησiai* = *ecclesiae quae versus Orientem nobis seu vobis vicinae sunt.*

9) Ita legendum cum Nolteo. *Ms. δοξασθητε αιωνω.*

διαμείνητε ἐν ἐνότῃ Θεοῦ καὶ <sup>1</sup> ἐπισκόπου. Ἀσπάζομαι  
<sup>2</sup> ἄλλῃ, τὸ ποθητὸν μου ὄνομα. Ἐξήρωσθε ἐν κυρίῳ.

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΕΡΟΜΑΡΤΥΡΟΣ  
 ΙΓΝΑΤΙΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΦΟΡΟΥ. <sup>3</sup>

I. Ignatii cura pastoralis et martyrii desiderium.

<sup>4</sup> Ἄρτι διαδεξαμένου τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν Τραϊανοῦ, Ἰγνα-  
 τιος, ὁ τοῦ ἀποστόλου Ἰωάννου μαθητῆς <sup>5</sup> καὶ ἀνὴρ ἐν τοῖς  
 πᾶσιν ἀποστολικὸς, ἐκυβέρνησα τὴν ἐκκλησίαν Ἀντιοχείων ἐπι-  
 μελῶς, τοὺς πάλαι χειμῶνας μόλις παραγωγῶν τῶν πολλῶν  
 ἐπὶ Δομετιανοῦ διωγμῶν, καθάπερ κυβερνήτης ἀγαθοῦ, τῆ  
 οἴασι τῆς προσευχῆς καὶ τῆς νηστείας, καὶ τῆ συνεχεῖς τῆς  
 διδασκαλίας, τῷ τόνῳ τῷ <sup>6</sup> πνευματικῷ, πρὸς τὴν ζάλην τὴν  
 ἀντικειμένην ἀντίεχεν· δεδοικὼς, μή τινα τῶν ὀλιγοψύχων ἢ  
 ἀκραιωτέρων ἀποβάλη. Τοιγαροῦν ἠνθραίνετο μὲν ἐπὶ τῷ  
 τῆς ἐκκλησίας ἀσφαλῆτι, λωφίσαντος πρὸς ὄλλγον τοῦ διωγμοῦ·  
 ἤσχαλλεν δὲ καθ' ἑαυτὸν, ὡς μήπω τῆς ὄντως εἰς Χριστὸν  
 ἀγάπης ἐφραψάμενος, μηδὲ τῆς τελείας τοῦ μαθητοῦ τάξεως.  
 Ἐνενοεῖ γὰρ τὴν διὰ μαρτυρίου γνωμένην ὁμολογίαν πλείων  
 αὐτὸν προσοικειούσαν τῷ κυρίῳ. Ὅθεν ἔτεσιν ὀλλγοῖς ἐπι-  
 παραμένων τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ <sup>7</sup> λύχνου δικῆν θείκου τὴν ἐκάστου  
 φωτίζων διάνοιαν διὰ τῆς τῶν <sup>8</sup> θείων γραφῶν ἐξηγήσεως,  
 ἐπετεύχχανεν τῶν κατ' εὐχὴν.

1) Ita cum versione Armeniaca et  
 codicibus Augustano et Leicestrensi  
 (epistolae interpolatae) legendum est.  
 Ms. ἐπισκοπῆ.

2) Cfr. Ignat. ad Smyrn. c. 13.

3) Syriacam versionem capitum  
 hujus martyrii I—IV incl. Curetonus  
 e codice msc. Musei Londinensis  
 typis vulgavit. (Corpus Ignat. p. 222  
 sqq.) Codex hic, paucos ante annos

e bibliotheca *Claudii Jacobi Rich,*  
 legati britannici in urbe Bagdad, Lon-  
 dinum delatus, etiam fragmentum  
 epistolae S. Ignatii ad Romanos con-  
 tinet. Versio autem martyrii Syriaca  
 non ubique ad verbum textui graeco  
 codicis Colbertini respondet, quam  
 Syrus nonnunquam graeca male in-  
 tellexerit, saepissime autem paraphrasi  
 sit usus. Ceterum omnes variae

Deo et <sup>1</sup> episcopo permaneatis. Saluto <sup>2</sup> Alcen, desiderabile mihi nomen. Valete in Domino.

MARTYRIUM SANCTI HIEROMARTYRIS IGNATII  
THEOPHORI <sup>3</sup>

I. *Ignatii cura pastoralis et martyrii desiderium.*

Cum non ita <sup>4</sup> pridem imperium Romanorum excepisset Trajanus, Ignatius, Apostoli Joannis discipulus <sup>5</sup> et vir in omnibus apostolicus, ecclesiam Antiochenorum summa cura regebat, cum veteres procellas multarum sub Domitiano persecutionum aegre praeteriisset; quippe qui instar boni gubernatoris gubernaculo precum ac jejunii, et assiduitate docendi, et perpetua contentione <sup>6</sup> spiritus, tempestati contrariae restitit; veritus, ne quem timidiorum aut simpliciorum amitteret. Quamobrem gaudebat quidem ecclesiae tranquillitate, quiescente ad breve tempus persecutione; dolebat autem animo, quod nondum veram erga Christum charitatem, neque perfectum discipuli ordinem esset assecutus. Reputabat enim animo, confessione, quae per martyrium fit, fore, ut ipse similior fieret Christo. Unde paucis annis adhuc in ecclesia moratus, et divinae instar <sup>7</sup> lucernae intellectum cujusque interpretatione <sup>8</sup> divinarum scripturarum illustrans, votorum suorum compos factus est.

lectiones, inde ortae, nullius sunt ponderis. Cfr. *Petermann*, Ignatii epistolae etc. p. 449 sqq.

4) I. e. A. 98. p. Ch. n.

5) Ita cum veteri Interprete latino legendum putant Smithius et Nolte. Ms. παθητής, ἀνήρ ἦν τοῖς πάσιν ἀποστολικός καὶ ἐκυβέρνησα.

6) Ms. τῷ πνεύματι, male. Legendum aut τοῦ πνεύματος, aut τῷ πνευ-

ματικῷ. Posterior emendatio praefenda est; nam uterque vetus Interpres latinus habet: *spirituali*. Clerico placet τῷ ἐντόνῳ πνεύματι, *firmiter et constanti*; Smithio πόνῳ πνευματικῷ. JACOBSON.

7) Cfr. Joh. 5, 35.

8) Neuter Interpres latinus *delevo* agnoscit. JACOBSON.

II. *Ignatius a Trajano condemnatur.*

Τραϊανού γὰρ μετὰ ταῦτα <sup>1</sup> ἐννάτη ἔτει τῆς αὐτοῦ βασιλείας, ἐπαρθέτος ἐπὶ τῇ νίκῃ τῇ κατὰ Σουθῶν καὶ Δακῆν καὶ ἐτέρων πολλῶν ἐθνῶν, καὶ νομίσαντος ἔτι λείπειν αὐτῷ πρὸς πᾶσαν ὑποταγὴν τὸ τῶν χριστιανῶν θεοσεβὲς σύστημα, καὶ εἰ μὴ τὴν τῶν δαιμόνων <sup>2</sup> ἔλουντο λατρείαν μετὰ πάτων ὑπεισιέναι τῶν ἐθνῶν, διωγμὸν ὑπομένειν ἀπειλήσαντος, <sup>3</sup> πάτας τοὺς εὐσεβῶς ζῶντας ἢ θύειν ἢ τελευτᾶν κατηγόραζε. Τότε τοίνυν φοβηθεὶς ὑπὲρ τῆς Ἀντιοχείων ἐκακλησίας ὁ γενναῖος τοῦ Χριστοῦ στρατιώτης, <sup>4</sup> ἐκουσίως ἤγγετο πρὸς Τραϊανόν, διάγοντα μὲν κατ' ἐκείνον τὸν καιρὸν κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν, σπουδάζοντα δὲ ἐπὶ Ἀρμενίαν καὶ Πάρθους. Ὡς δὲ κατὰ πρόσωπον ἔστη Τραϊανοῦ τοῦ βασιλέως· „τίς εἶ, κακοδαίμων, τὰς ἡμετέρας σπουδᾶζων διατάξεις ὑπερβαίνειν, μετὰ <sup>5</sup> τὸ καὶ ἐτέρους ἀναπειθεῖν, ἵνα κακῶς ἀπολῶνται;“ Ἰγνάτιος εἶπεν· „οὐδεὶς Θεοφόρον ἀποκαλεῖ κακοδαίμονα· ἀφροστήκασι γὰρ ἀπὸ τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ τὰ δαιμόνια. Εἰ δὲ, ὅτι τούτοις ἐπαχθῆς εἰμι, <sup>6</sup> [καὶ] κακὸν με πρὸς τοὺς δαίμονας ἀποκαλεῖς, συνομολογῶ. Χριστὸν γὰρ ἔχων ἐπουράνιον βασιλέα, τὰς τούτων καταλύω ἐπιβουλὰς.“ Τραϊανὸς εἶπεν· „καὶ τίς ἐστὶ Θεοφόρος;“ Ἰγνάτιος ἀπεκρίνατο· „ὁ Χριστὸν ἔχων ἐν στήνοισ;“ Τραϊανὸς εἶπεν· „ἡμεῖς οὖν σοι δοκοῦμεν κατὰ νοῦν μὴ ἔχειν Θεοὺς, οἷς καὶ χρώμεθα συμμάχοις πρὸς τοὺς πολεμίους;“ Ἰγνάτιος εἶπεν· „τὰ δαιμόνια· τῶν ἐθνῶν Θεοὺς προσαγορεύεις πλανώμενος· εἷς γὰρ ἔστιν Θεὸς, ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς· καὶ εἷς Χριστὸς Ἰησοῦς, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὁ μονογενῆς, οὗ τῆς βασιλείας ὀναίμηρ.“ Τραϊανὸς εἶπεν· „τὸν σταυρωθέντα λέγεις ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου;“ Ἰγνάτιος εἶπεν· „τὸν ἀνασταυρώσαντα τὴν ἐμὴν ἁμαρτίαν μετὰ τοῦ ταύτης εὐρετοῦ, καὶ πᾶσαν καταδικάσαντα δαιμονικὴν πλάνην καὶ κακίαν ὑπὸ τοὺς πόδας τῶν αὐτῶν ἐν καρδίᾳ φορούντων.“ Τραϊανὸς εἶπεν· „σὺ οὖν ἐν ἑαυτῷ φέρεις τὸν σταυρωθέντα;“ Ἰγνάτιος εἶπεν·

1) I. e. A. 107 p. Ch. Vet. Inter- | 2) Ita Nolte l. c. p. 235. propter no-  
 men πληθυντικὸν Christianorum coetus  
 corrigiit δεκάτη ἐνάτη ἔτει, i. e. A. 116. | (σύστημα Χριστιανῶν). Ms. ἔλουντο. Sy-

II. *Ignatius a Trajano condemnatur.*

Posthaec enim Trajanus, <sup>1</sup> nono imperii sui anno, victoria de Scythis et Dacis aliisque multis gentibus reportata elatus, ad subjectionem omnium sibi adhuc pium Christianorum coetum deesse ratus, persecutionemque, nisi daemonum cultum cum omnibus gentibus <sup>2</sup> amplecterentur, minatus, <sup>3</sup> omnes religiose viventes aut sacrificare aut mori cogebat. Tum vero pro Antiochena ecclesia pertimescens generosus Christi miles <sup>4</sup> sponte ductus est ad Trajanum, qui eo tempore Antiochiae quidem morabatur, sed contra Armeniam et Parthos ire festinabat. Ut vero in conspectu Trajani imperatoris stetit: *quis es, inquit, o cacodaemon, qui nostra mandata transgredi eniteris, <sup>5</sup> simulque aliis suades, ut male pereant.* Ignatius respondit: *nemo Theophorum vocat cacodaemonem; abscesserunt enim daemonia a servis Dei. Sin vero, quia iis infestus sum, me <sup>6</sup> etiam malum in daemonas vocas, assentior. Cum enim habeam Christum coelestem regem, insidias illorum dissolvo.* At Trajanus, *quis est, ait, Theophorus?* Ignatius respondit: *is, qui habet Christum in pectore.* Tum Trajanus, *annon videmur tibi, inquit, et nos in animo gestare Deos nostros, quibus adversus hostes adiutoribus utimur?* Ignatius respondit: *daemonia gentium errans vocas Deos; est enim unus Deus, qui coelum et terram et mare et omnia, quae sunt in iis, fecit; et unus Christus Jesus, filius Dei unigenitus, cujus regno utinam fruar!* Trajanus dixit: *illum dicis, qui sub Pontio Pilato crucifixus est?* Ignatius respondit: *eum, qui in crucem sustulit peccatum meum cum ejus inventore, et omnem errorem daemoniacum, omnemque malitiam damnans subjecit pedibus eorum, qui ipsum in corde gerunt.* At Trajanus, ergo, ait, *geris in te crucifixum.* Ignatius

rus: *ut daemones colerent.* Petermann, Ignat. Epist. p. 453 sq.

3) Ὁ φόβος ante πάντας in Msto male additum assumentum est, quod neuter vetus Int. latinus in Codice suo legebat. JACOBSON.

4) Ignatius sponte se contulit ad

Trajanum, ut eum placaret expositione doctrinae christianae, aut, si minus eum placare posset, totam iram ejus ipse exciperet, ecclesiamque Antiochenam sic metu liberaret. CLERICUS.

5) Μελιὺ τοῦ. SMITH.

6) Καὶ abundat. SMITH.

„ναί· γέγραπται γάρ· <sup>1</sup> ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπερι-  
 πατήσω.“ Τραϊανὸς ἀπερήνατο· „Ἰγνάτιον προσετάξαμεν, τὸν  
 ἐν ἑαυτῷ λέγοντα περιφέρειν τὸν ἐστραυρωμένον, δέσμιον ὑπὸ  
 στρατιωτῶν γενόμενον ἀγεσθαι παρὰ τὴν μεγάλην Ῥώμην,  
<sup>2</sup> βρῶμα γενησόμενον θηρίων εἰς τέρψιν τοῦ δήμου.“ Ταύτης  
 ὁ ἅγιος μάρτυς ἐπακούσας τῆς ἀποφάσεως, μετὰ χαρᾶς  
 ἐβόησεν· „εὐχαριστῶ σοι, δέσποτα, ὅτι με τελεία τῇ πρὸς σὲ  
 ἀγάπῃ τιμῆσαι κατηξίωσας, τῷ ἀποστόλῳ σου Παύλῳ δεσμοῖς  
 συνδήσας σιδηροῖς.“ Ταῦτα εἰπὼν, καὶ μετ' εὐφροσύνης περι-  
 θέμενος τὰ δεσμὰ, ἐπευξάμενος πρότερον τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ  
 ταύτην παραθέμενος μετὰ δακρῶν τῷ κυρίῳ, ὥσπερ κρῖς  
 ἐπίσημος, ἀγέλης καλῆς ἡγούμενος, ὑπὸ θηριῶδους στρατιω-  
 τικῆς δεινότητος συνηραζέσθαι, θηρίοις αἰμοβόροις ἐπὶ τῇ  
 Ῥώμῃ ἀπαχθρόμενος πρὸς βοράν·

### III. Ignatius Smyrnam navigat.

Μετὰ πολλῆς τοίνυν προθυμίας καὶ χαρᾶς, ἐπιθυμῆς τοῦ  
 πάθους κατελθὼν ἀπὸ Ἀντιοχείας εἰς τὴν Σελεύκειαν, ἐκεῖθεν  
 εἶχετο τοῦ πλοῦς· καὶ προσχὼν μετὰ πολλὴν <sup>3</sup> κάματον τῇ Σμυρ-  
 ναίων πόλει, σὺν πολλῇ χαρᾷ καταβὰς τῆς νηὸς, ἔσπευδε τὸν  
 ἅγιον Πολύκαρπον, τὸν Σμυρναίων ἐπίσκοπον, ἕως συνακροα-  
 τῆν, θεάσασθαι· ἐγεγόνεισαν γάρ πάλαι μαθηταὶ τοῦ ἁγίου  
 ἀποστόλου Ἰωάννου· παρ' ᾧ καταχθεῖς, καὶ πνευματικῶν αὐτῷ  
 κοινωνήσας χαρισμάτων, καὶ τοῖς δεσμοῖς ἐγκουχόμενος, παρ-  
 εκάλει <sup>4</sup> συναθλεῖν τῇ αὐτοῦ προθέσει, μάλιστα μὲν κοινῇ  
 πᾶσαν ἐκκλησίαν (ἐδέξιοῦντο γὰρ τὸν ἅγιον διὰ τῶν ἐπισκό-  
 πων καὶ πρεσβυτέρων καὶ διακόνων αἱ τῆς Ἀσίας πόλεις καὶ  
 ἐκκλησίαι, πάντων ἐπειγομένων πρὸς αὐτόν, εἴ πως <sup>5</sup> μέρος  
 χαρίσματος λάβωσι πνευματικοῦ)· ἐξαιρέτως δὲ τὸν ἅγιον  
 Πολύκαρπον, ἵνα, διὰ τῶν θηρίων θᾶττον ἀφανῆς τῷ κόσμῳ  
 γενόμενος, ἐμφανισθῇ τῷ προσώπῳ τοῦ Χριστοῦ.

### IV. Ignatius scribit ecclesiis, praesertim Romanae.

Καὶ ταῦτα οὕτως ἔλεγεν, καὶ οὕτως διεμαρτύρατο, τοσοῦ-

1) Levit. 26, 12. II Cor. 6, 16.

2) Cfr. Ign. ad Rom. c. 6.

3) Cfr. Ign. ad Rom. c. 5.

4) I. e. precibus a Deo potera, ut

Respondit: *imo; scriptum enim est: <sup>1</sup> habitabo et ambulabo inter eos.* Trajanus sententiam tulit: *Ignatium, qui in se ipso circumferre crucifixum contendit, jussimus in vincula a militibus conjectum abduci Romam magnam, ut sit <sup>2</sup> pastus ferarum ad delectationem populi.* Sententiam hanc cum sanctus Martyr audisset, pro gaudio exclamavit: *gratias tibi ago, Domine, quia me perfecta erga te charitate honorare dignatus es, qui me cum Apostolo tuo Paulo in ferrea vincula conjeceris.* Haec cum dixisset, et hilari animo vincula suscepisset, cumque prius orasset pro ecclesia, et eam cum lacrimis Domino commendasset, instar arietis insignis, qui egregium gregem ducit, ferina et militari acerbitate correptus est, abducendus Romam ad pastum cruentarum ferarum.

### III. *Ignatius Smyrnam navigat.*

Cum multa ergo alacritate et laetitia, patiendi cupiditate, Antiochia Seleuciam descendit, et illinc navi vectus est; quumque <sup>3</sup> post multos labores ad Smyrnensium urbem adpulisset, multa cum laetitia e navi descendit, ac sanctum Polycarpum, Smyrnensium episcopum, quondam condiscipulum suum, videre festinavit. Fuerant enim olim sancti apostoli Joannis discipuli. Apud quem diversatus, cum eum spiritualium charismatum participem fecisset, suis etiam vinculis esset gloriatus, orabat eum, ut vellet propositum ipsius <sup>4</sup> adjuvare; et maxime quidem hoc rogabat totam ecclesiam (exceperant enim sanctum illum virum civitates atque ecclesiae Asiae per episcopos et presbyteros et diaconos; cum omnes ad eum festinarent, si forte <sup>5</sup> partem charismatis spiritualis ab eo acciperent); ac prae ceteris sanctum Polycarpum, ut citius per feras, inconspicuus in mundo factus, coram Christo compareret.

### IV. *Ignatius scribit ecclesiis, praesertim Romanae.*

Atque haec sic dicebat et sic contestabatur, usque adeo

Ignatium gloria martyrii donaret, eique | 5) Cfr. Rom. 1, 1f.  
constantiam praerberet. CLERICUS.



τον ἐπεκτείνων τὴν πρὸς Χριστὸν ἀγάπην, ὡς οὐρανοῦ <sup>1</sup> μέλων ἐπιλαμβάνεσθαι διὰ τῆς καλῆς ὁμολογίας καὶ τῆς τῶν σινευχομένων ὑπὲρ τῆς ἀθλήσεως σπουδῆς, ἀποδοῦναι δὲ τὸν μισθὸν ταῖς ἐκκλησίαις ταῖς ὑπαντησάσαις αὐτῷ διὰ τῶν ἰγνομένων, γραμμάτων <sup>2</sup> εὐχαριστιῶν ἐκπεμφθέντων πρὸς αὐτάς, πνευματικὴν μετ' εὐχῆς καὶ παραινέσεως <sup>3</sup> ἀποσταζόντων χάρα. Τοιγαροῦν τοὺς πάντας ὁρῶν εὐνοϊκῶς διακειμένους περὶ αὐτῶν, φοβηθεῖς, μὴ ποτε ἢ τῆς ἀδελφότητος στοργῇ τὴν πρὸς κύριον αὐτοῦ σπουδὴν ἐκκόψῃ, καλῆς ἀνεψυχθείσης αὐτῷ θύρας τοῦ μαρτυρίου, οἷα πρὸς τὴν ἐκκλησίαν ἐπιστέλλει Ῥωμαίων, ὑποτέτακται.

Legitur hic Epistola S. Ignatii ad Romanos. Vide supra p. 196 sqq.

#### V. Ignatius a Smyrna Romam ducitur.

<sup>4</sup> Καταρτίσας τοίνυν, ὡς ἠβούλετο, τοὺς ἐν Ῥώμῃ τῶν ἀδελφῶν ἄκοντας διὰ τῆς ἐπιστολῆς οὕτως ἀναχθεῖς ἀπὸ τῆς Σμύρνης (κατεπέμπετο γὰρ ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ὁ <sup>5</sup> Χριστοφόρος φθάσαι τὰς <sup>6</sup> φιλοτιμίας ἐν τῇ μεγάλῃ Ῥώμῃ, ἵνα ἐπ' ὄψει τοῦ δήμου Ῥωμαίων θηροσὶν ἀγρίοις παραδοθεῖς, τοῦ στεφάνου τῆς ἀθλήσεως ἐπιτίχῃ) πρόσσεχε τῇ Τρωάδι. <sup>7</sup> Ἐτα ἐκεῖθεν καταχθεῖς ἐπὶ τὴν Νεάπολιν, διὰ Φιλίππων παρῴδεν Μακεδονίαν, πέρα <sup>8</sup> καὶ τὴν Ἠπειρον, <sup>9</sup> τὴν πρὸς Ἐπίδαμον. <sup>10</sup> Ἐν τοῖς παραθαλαττίοις νηὸς ἐπιτυχῶν, ἔπλει τὸ Ἀδριατικὸν πέλαγος, κακεῖθεν ἐπιβάς τοῦ Τυρρηνικοῦ, καὶ παραμείβων νήσους τε καὶ πόλεις, ὑποδειχθέντων τῷ ἀγίῳ Ποτιόλων, αὐ-

1) Ita Toupius. et Jacobsonus. Ms. μέλλειν.

2) Lege εὐχαριστικῶν. GRAB., εὐχαρίτων. TOUR.

3) Similem fere locutionem habes in Ep. ad Magn. c. 14. δρασιθῆραι.

4) I. e. componere animos aliter sentientium, eosque ad id probandum, quod ipse cupiebat, adducere. CLER.

5) Cfr. Ign. ad Eph. c. 9.

6) I. e. ludi, magno sumtu a candidatis magistratuum exhiberi soliti SMITH.

7) Ignatius via Egnatia, Thessalonicam cum Dyrrachio (= Epidamno) et Apollonia jungenti usus est. Cfr. Tafel, Epistola gratulatoria ad universitatem Gotting. Dissert. I. de via Egnatia. 1837. pp. 3. 15, et Dissert. II. de via Egnatia. Tubing. 1841. p. 16 sqq. Cfr. Proleg. p. L. not. 1.

8) Ms. habet περιὶ καὶ τὴν Ἠπει-

extendens amorem in Christum, ut per pulchram confessionem et studium eorum, qui pro ejus certamine simul Deum orabant, coelum <sup>1</sup> esset accepturus, utque ecclesiis, quae ipsi per rectores suos occurrerant, mercedem redderet, <sup>2</sup> gratias agens literis ad eas missis, e quibus gratia spiritualis cum votis et adhortationibus <sup>3</sup> stillabat. Quum ergo omnes erga se benevole affectos cerneret, veritus est, ne fratrum charitas studium eundi ad Deum incideret, dum pulchra ipsi esset aperta martyrii janua. Quae ad ecclesiam Romanorum scripsit, subjecta sunt.

*Legitur hic Epistola S. Ignatii ad Romanos. Vide supra p. 196 sqq.*

#### V. Ignatius à Smyrna Romam ducitur.

Postquam ergo, ut volebat, epistola sua repugnantes fratres Romanos <sup>4</sup> composuisset, a Smyrna solvens (urgebatur enim a militibus <sup>5</sup> Christophorus, ut ad <sup>6</sup> publica spectacula magnae Romae properaret, quo prae oculis populi Romani feris bestiis traditus coronam certaminis consequeretur) adpulit Troadem. <sup>7</sup> Deinde illinc Neapolin ductus, per Philippos peragravit Macedoniam <sup>8</sup> et ultra etiam eam Epiri partem, <sup>9</sup> quae ad Epidamnum sita est, <sup>10</sup> in maritimis locis navi inventa, per Adriaticum mare navigavit; inde Tyrrhenum ingressus, insulas et civitates transit; ostensisque sancto viro Puteolis, ipse quidem egredi

ρον. x. τ. λ. Nos minima mutatione legimus *πέρα*, nam *πέρα* (Adverb.) = *ultra, darüber hinaus*. In prioribus editionibus alios sequentes scripsimus: *καὶ περὶ τὴν Ἠπειρὸν . . . ἔπλει τὸ Ἀδριατικὸν πέλαγος*, i. e. *et ad eam Epiri partem, quae ad Epidamnum est . . . per Adriaticum mare navigavit*. Sed revera Ignatius non per Adriaticum mare Epidamnum (Epirum), sed ab Epidamno ad Adriaticum mare pervenit. *Uhlhornus* (in *Niedner, Zeitschrift für histor. Theol.* 1851. p. 268) pro *περὶ* legendum

putavit *περὶ*, quia vetus versio latina ab Usserio edita habet: *pertransivit Macedoniam pedes, et terram (ἠπειρὸν), quae ad Epidamnum*. Lectionem Msti defendit Dr. *Nolle* (in *Scheiner, Zeitschrift für kathol. Theol.* Wien 1854. p. 235).

9) I. e. Epirus nova (septentrionalis), seu Illyris graeca, distinguenda ab Epiro vetere (meridionali).

10) I. e. vel Epidamni vel Apolloniae; ex utraque urbe via Egnatia initium cepit. Cfr. *Tafel*, l. c. Dissert. I. p. 2 et 3.

τὸς μὲν ἐξελεῖν ἔσπευδεν, κατ' ἔχθος βαδίζειν ἐθέλων τοῦ ἁποστόλου Παύλου. Ὡς δὲ ἐπιτεσὸν βίαιον πνεῦμα οὐ συγχώρει, τῆς νῆος ἐκ πρῶμνης ἐπειγομένης, μακαρίσας τὴν ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ τῶν ἀδελφῶν ἀγάπην, οὕτω παρέπλει. Τοιγαροῦν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ καὶ νυκτὶ τῇ αὐτῇ οὐρίοις ἀνέμοις προσχρησάμενοι, ἡμεῖς μὲν ἄκοντες ἀπηγόμεθα, στένοντες ἐπὶ τῷ ἅπ' ἡμῶν μέλλοντι χωρισμῷ τοῦ δικαίου γίνεσθαι. Τῷ δὲ κατ' εὐχὴν ἀπέβαιναν σπεύδοντι θάττον ἀναχωρῆσαι τοῦ κόσμου, ἵνα φθάσῃ πρὸς ὃν ἠγάπησεν κύριον. Καταπλεύσας γοῦν εἰς τοὺς λιμένας Ῥωμαίων, μελλούσης λήγειν τῆς ἀκαθάρτου φιλοτιμίας, οἱ μὲν στρατιῶται ὑπὲρ τῆς βραδυτῆτος ἤσχαλλον, ὁ δὲ ἐπίσκοπος χαίρων κατεπεύγουσιν ἰπήκουσεν.

#### VI. Ignatius Romae a bestiis devoratur.

Ἐκεῖθεν οὖν εἰσῆσαν ἀπὸ τοῦ καλουμένου <sup>2</sup> Πόρτου (διεπερήμιστο γὰρ ἤδη τὰ κατὰ τὸν ἅγιον μάρτυρα) <sup>3</sup> συναντῶμε τοῖς ἀδελφοῖς φόβῳ καὶ χαρᾷ πεπληρωμένοις, χαίρουσιν μὲν ἐφ' οἷς ἠξιώντο τῆς τοῦ Θεοφόρου συντυχίας, φοβουμένοις δὲ, διότι περ ἐπὶ θάνατον ὁ τοιοῦτος ἤγετο. Τισὶ δὲ καὶ παρηγγέλλεν ἡσυχάζειν, ζέουσι καὶ λέγουσι καταπαύειν τὸν δῆμον πρὸς τὸ μὴ ἐπιζητεῖν ἀπολέσθαι τὸν δίκαιον· ὃς εὐθύς γνοὺς τῷ πνεύματι, καὶ πάντας ἀσπασάμενος, αἰτήσας τε παρ' αὐτῶν τὴν ἀληθινὴν ἀγάπην, πλειονὰ τε τῶν ἐν τῇ <sup>4</sup> ἐπιστολῇ διαλεχθεῖς, καὶ πείσας μὴ φθονῆσαι τῷ σπεύδοντι πρὸς τὸν κύριον, οὕτω μετὰ γονυκλισίας πάντων τῶν ἀδελφῶν, παρακάλεσας τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ τῶν ἐκκλησιῶν, ὑπὲρ τῆς τοῦ διωγμοῦ καταπαύσεως, ὑπὲρ τῆς τῶν ἀδελφῶν εἰς ἀλλήλους ἀγάπης, ἀπήχθη μετὰ σπουδῆς εἰς τὸ ἀμφιθέατρον. Ἐἶτα εὐθύς ἐμβληθεῖς κατὰ τὸ <sup>5</sup> πάλαι πρόσταγμα τοῦ Καίσαρος, μελλουσῶν καταπαύειν τῶν φιλοτιμιῶν (ἦν γὰρ ἐπιφανῆς, ὡς ἐδόκουν, ἡ λεγομένη τῇ Ῥωμαϊκῇ φωνῇ <sup>6</sup> τρισκαιδεκάτη, καὶ ἦν σπουδαίως συνήεσαν), οὕτως θηρσὶν ὡμοῖς παρὰ τῷ <sup>7</sup> κατ'

1) Cfr. Act. 28, 13. 14.

2) Hodie Il Porto prope Ostiam.

3) Ita monente Smithio restituit

Jacobsonus e Codice Parisiensi pro vulgata lectione οὐν αὐτῷ μόν.

4) Sc. in epistola sua ad Romanos.

5) Sic loquitur Martyrii scriptor,

cupiebat, cum vellet per vestigia <sup>1</sup> Pauli Apostoli incedere. Cum vero irruens ventus vehementior id non pateretur, nave a puppi impulsus, beatam praedicavit charitatem fratrum illius loci, et sic praeternavigavit. Igitur uno die et nocte eadem secundis ventis usi abducebamur, nos quidem invitati, gementes ob separationem justis illius a nobis mox futuram. At ei ex voto res contingebat, festinanti e mundo discedere. Quare cum navigando pervenisset in portus Romanorum, finisque immundi spectaculi immineret, milites tarditatem aegre ferebant; at episcopus gaudens urgentibus parebat.

VI. *Ignatius Romae a bestiis devoratur.*

Illinc ergo abierunt ab eo, qui dicitur <sup>2</sup> Portus (jam vero sparsa erat sancti martyris fama); <sup>3</sup> obviamus fratribus metu et gaudio repletis, gaudentibus quidem, quod congressu Theophori Deus ipsos esset dignatus, timentibus autem, quod talis vir ad mortem duceretur. Quosdam etiam monuit, ut quiescerent, qui fervebant aiebantque, se populum esse sedaturos, ne virum justum ad necem quaereret. Qui cum confestim rem spiritu cognovisset et omnes salutasset, et ab iis verum amorem pluribus verbis, quam in <sup>4</sup> epistola, petiisset, iisque persuasisset, ne sibi inviderent ad Dominum festinanti, nunc, postquam cuncti fratres genua flexissent, ipseque filium Dei pro ecclesiis et pro cessatione persecutionis et pro mutuo fratrum inter se amore precatus esset, abductus est confestim in amphitheatrum. Dein illico in id immissus ex mandato Caesaris <sup>5</sup> pridem dato, fine spectaculorum imminente (erat enim solemnitas, ut putabant, dies, qui dicitur romana lingua <sup>6</sup> tertius decimus, quo studiose conveniant), sic crudelibus feris juxta <sup>7</sup> templum est objectus, ut

quia ante aliquot menses sententiam pronuntiavit Trajanus. CLERICUS.

6) Sc. ante Calendas Januarias, ut ex cap. VII apparet: ἐγένετο δὲ ταῦτα τῇ πρὸ δεκατῶν Καλανδῶν Ἰανουαρίου. Die illo celebrabantur binis diebus *Sigillaria*, adjecta *Saturnalibus*.

7) Erat Amphitheatrum aut. Jovi Latieri, aut Stygio, et Dianae sacrum, quamobrem mirum non est, hic templi mentionem fieri. CLERICUS. Vetus Interpres non legit τῷ ναῶ, habet enim: *ab impiis*, fortasse legens: *παρὰ τῶν ἀνοσίων* sive ἀνόμων. SMITH.

παρεβάλλετο, ὡς παρ' αὐτὰ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἰγνατίου πληροῦσθαι τὴν <sup>1</sup> ἐπιθυμίαν, κατὰ τὸ γεγραμμένον· <sup>2</sup> „ἐπιθυμία δικαίου δεκτὴ.“ ἵνα μηδενὶ τῶν ἀδελφῶν ἐπαχθῆς διὰ τῆς σκολογῆς τοῦ λειψάνου γένηται, καθὼς φθάσας ἐν τῇ ἐπιστολῇ τῇ ἰδίᾳ ἐπεθύμει γενέσθαι τελείωσιν. Μόνα γὰρ τὰ τραχύτερα τῶν ἁγίων αὐτοῦ λειψάνων περιελείφθη, ἅτινα εἰς τὴν Ἀντιόχειαν ἀπεκομίσθη, καὶ ἐν <sup>3</sup> λίνῳ κατετέθη, θησαυρὸς ἀτίμητος, ὑπὸ τῆς ἐν τῷ μάρτυρι χάριτος τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ καταλειφθέντα<sup>1</sup>.

### VII. *Ignatius mortuus adparet dormientibus.*

Ἐγένετο δὲ ταῦτα τῇ πρὸ δεκατριῶν καλανδῶν Ἰανουαρίου, τουτέστιν Δεκεμβρίῳ εἰκάδι, ὑπατευόντων παρὰ Ῥωμαίους Σύρα καὶ Σενεκίου τὸ <sup>5</sup> δεύτερον. Τούτων ἀδόπτα γενόμενοι, μετὰ δακρύων κατ' οἶκόν τε παννυχίσαντες, καὶ πολλὰ μετὰ γονικλισίας καὶ δειξέως παρακαλέσαντες τὸν κύριον <sup>6</sup> πληροφροῦσθαι τοὺς ἀσθενεῖς ἡμᾶς ἐπὶ τοῖς προγεγονόσιν, μικρὸν ἀφυπνώσαντες, οἱ μὲν ἐξαίφνης ἐπιστάντα καὶ περιπτυσσόμενοι ἡμᾶς ἐβλέπομεν, οἱ δὲ πάλιν ἐπευχόμενον ἡμῖν ἑωρῶμεν τὸ μακάριον Ἰγνάτιον, ἄλλοι δὲ σταζόμενον ὑπ' ἰδρώτος ὡς ἐκ καμιάτου πολλοῦ παραγεγόμενον, καὶ παρεστῶτα τῷ κυρίῳ. Μετὰ πολλῆς τοίνυν χαρᾶς ταῦτα ἰδόντες, καὶ συμβαλόντες τὰς ὄψεις τῶν ὄνειράτων, ἰμῆσαντες τὸν Θεόν, τὸν δοτῆρα τῶν ἀγαθῶν, καὶ μακαρίσαντες τὸν ἅγιον, ἐφανερῶσαμεν ὑμῖν καὶ τὴν ἡμέραν καὶ τὸν χρόνον, ἵνα κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ μάρτυρίου <sup>7</sup> συναγόμενοι, κοινωνῶμεν τῷ ἀθλητῇ καὶ γενναίῳ μάρτυρι Χριστοῦ, καταπατήσαντι τὸν διάβολον, καὶ τὸν τῆς φιλοχρίστου αὐτοῦ ἐπιθυμίας τελειώσαντι δρόμον, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ ἁγίῳ πνεύματι εἰς αἰῶνας. Ἀμήν.

1) Vide Ign. ad Rom. c. 4.

2) Prov. 10, 24.

3) Vetus versio lat. habet: *et in capsae reposita*; ideo Dr. Nolte pro λίνῳ legendum putat λίνῳ = *in sporta*.

4) Reliquias S. Ignatii ab urbe Roma relatas omnes ex ordine civitates susceperunt et humeris gesta-

verunt. Praeterea Chrysostomi ad huc temporibus reliquiae S. Ignatii magnopere Antiochiae colebantur. Cfr. *Chrysost. orat. in S. Ignat. c. 5. Opp. T. II. p. 660. ed. Montf.*

5) Nota haec chronologica absque dubio corrupta aut a recentiori addita est. *Senecio consul erat annis 98,*

illico sancti martyris Ignatii impleretur <sup>1</sup> desiderium, prout scriptum est: <sup>2</sup> *desiderium justii est acceptum*; ut nempe nulli fratrum gravis fieret ob suarum reliquiarum collectionem, quemadmodum prius in epistola optaverat, suam consummationem fieri. Solae enim duriores sanctarum ejus reliquiarum partes relictæ et Antiochiam ablatae sunt, atque in <sup>3</sup> linteo depositae, ut thesaurus inaestimabilis, ob martyris gratiam sanctae ecclesiae relictæ <sup>4</sup>.

VII. *Ignatius mortuus adparet dormientibus.*

Contigerunt vero haec a. d. XIII Calendas Januarias, hoc est, Decembris vigesima, Consulibus apud Romanos <sup>5</sup> iterum Sura et Senecione. Horum nos ipsi spectatores facti, quum in lacrymis totam noctem exegissemus, et genibus flexis multaque oratione Dominum, ut nos infirmos de iis, quae facta fuerant, <sup>6</sup> certos faceret, essemus precati, ac paululum obdormissemus; alii statim adstantem eum nosque complectentem vidimus, alii rursus pro nobis orantem beatum Ignatium conspeximus, alii vero sudore stillantem, tanquam a multo labore advenientem, atque adstantem Domino. Quum ergo multo cum gaudio ista vidissemus, et somniorum visa contulissemus, Deum datorem bonorum laudavimus, sanctum virum beatum praedicavimus, vobis et diem et tempus significamus, ut tempore martyrii ejus <sup>7</sup> convenientes communionem nostram testificemur cum athleta et generoso martyre Christi, qui conculcavit diabolum et desiderii sui, ex amore Christi profecti, cursum explevit, in Christo Jesu, Domino nostro, per quem et cum quo Patri sit gloria et potentia cum Spiritu sancto, in secula. Amen!

99, 102, 107; Sura annis 98, 102 et 107. Anno igitur 107 consules erant Sura III. et Senecio IV. In prioribus editionibus conjecimus, τὸ δεύτερον notare illum annum (107), quo *ambo conjuncti* secunda vice consules erant. Cfr. *Pagi*, *Critica in Annales Baronii*, ad ann. 102. n. 1. et 107. n. 1.

6) I. e. ut nos certiores faceret, num Ignatii martyrium Deo esset acceptum. CLERICUS.

7) I. e. ut τὰ γένηται sancti martyris celebremus. Ea Chrysostomi adhuc temporibus esse celebrata, ex sermone ejus in S. Ignatium perspiciamus. Vide *Chrysost.* Opp. ed. Montf. T. II. p. 600 sqq.

# ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΟΛΥΚΑΡΠΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΣΜΥΡΝΗΣ ΚΑΙ ΙΕΡΟΜΑΡΤΥΡΟΣ

ΠΡΟΣ

ΦΙΛΙΠΠΗΣΙΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗ

Πολύκαρπος και οι συν αυτώ πρεσβύτεροι τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ <sup>1</sup> παροικούσῃ <sup>2</sup> Φιλίππους· ἔλεος ὑμῖν και εἰρήνη παρὰ Θεοῦ παντοκράτορος και κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σωτήρος ἡμῶν πληθυνθείη.

I. *Laus ob benignitatem erga fratres vinculos et ob fidem firmam.*

Συνεχάρην ὑμῖν μεγάλως ἐν κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ, <sup>3</sup> δεξαμένοις τὰ μιμήματα τῆς ἀληθοῦς ἀγάπης, και προπέμψασιν, ὡς ἐπέβαλεν ὑμῖν, τοῖς ἐνειλημμένους τοῖς ἀγιοπρεπέσι δεσμοῖς, ἅτινά ἐστι διαδήματα τῶν ἀληθῶς ὑπὸ Θεοῦ και τοῦ κυρίου ἡμῶν ἐκλελεγμένων· και ὅτι ἡ βεβαία τῆς πίστεως ὑμῶν ῥίζα, <sup>4</sup> ἐξ ἀρχαίων καταγγελλομένη χρόνων, μέχρι νῦν διαμένει, και καρποφορεῖ εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ὃς ὑπέμεινεν ὑπὲρ τῶν ἀμαρτιῶν ἡμῶν ἕως θανάτου κατατίθει, <sup>5</sup> „ὃν ἤγειρεν ὁ Θεός, λύσας τὰς ἀδυναμίας τοῦ αἵθου.“ <sup>6</sup> „Εἰς ὃν οὐκ ἰδόντες πιστεύετε, πιστεύοντες δὲ ἀγαλλιᾶσθε χαρᾷ ἀνεκλαλήτῳ και δεδοξασμένῳ.“ εἰς ἣν πολλοὶ ἐπιθυμοῦσιν εἰσελθεῖν, εἰδότες, ὅτι <sup>7</sup> „χαριτί ἐστε σεσωσμένοι, οὐκ ἐξ ἔργων,“ ἀλλὰ θελήματι Θεοῦ, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ.

1) I. e. *peregrinanti*, ut in inscriptione epistolae I Clementis ad Corinth.

2) Ita Jacobsonus e codice Vaticano. Alii legunt *Φιλίππους*.

3) *Δεξαμένοις* — και ἔτι. Cum locus hic ad S. Ignatium Antiochenum respiciat, in suspicionem interpolationis eum adducere conatus est Dr. Mitschli,

**SANCTI POLYCARPI**  
**SMYRNAEORUM EPISCOPI ET HIEROMARTYRIS**  
**AD**  
**PHILIPPENSES EPISTOLA.**

---

Polycarpus et qui cum eo presbyteri ecclesiae Dei, quae  
<sup>1</sup> peregrinatur <sup>2</sup> Philippis: misericordia vobis et pax a  
Deo omnipotente et a Domino Jesu Christo salvatore  
nostro multiplicetur.

*I.- Laus ob benignitatem erga fratres victos et ob fidem firmam.*

Magnopere congaivisus sum vobis in Domino nostro Jesu  
Christo, <sup>3</sup> quod verae charitatis imagines suscepistis, et quod  
prout decuit vos, comitati estis eos, qui implicati sunt vinculis,  
quae sanctis conveniunt, quaeque diademata sunt eorum, qui  
vere sunt a Deo et Domino nostro electi; et quod firmae fidei  
vestrae radix, <sup>4</sup> ab antiquis temporibus annunciata, usque adhuc  
permanet ac fructum affert in Domino nostro Jesu Christo, qui  
pro peccatis nostris usque ad mortem devenire sustinuit, <sup>5</sup> quem  
*resuscitavit Deus, solutis doloribus inferni.* <sup>6</sup> *In quem non*  
*videntes creditis, credentes autem exsultatis laetitia inenar-*  
*rabili et glorificata;* in quam multi desiderant introire, scientes,  
quod <sup>7</sup> *gratia estis salvati, non ex operibus, sed voluntate*  
Dei per Jesum Christum.

cui bene respondit Dr. *Densinger* in  
Tübing. theol. Quartalschrift 1851.  
p. 408.

4) Phil. 1, 5.

5) Act. 2, 24.

6) 1 Petr. 1, 8.

7) Ephes. 2, 8. 9.



II. *Adhortatio ad virtutem.*

1 „Διὸ ἀναζωσάμενοι τὰς ὀσφύας 2 ὑμῶν“ 3 „δουλεύσατε τῷ Θεῷ, ἐν φόβῳ“ καὶ ἀληθείᾳ, ἀπολιπόντες τὴν κενὴν ματαιολογίαν καὶ τὴν τῶν πολλῶν πλάνην, 4 „πιστεύσαντες εἰς τὸ ἐγείραντα τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐκ νεκρῶν, καὶ δόντα αὐτῷ δόξαν“ καὶ θρόνον ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ· ᾧ ὑπετάγη τὰ πάντα ἐπουράνια καὶ ἐπίγεια· ᾧ πᾶσα πνοὴ λατρεύει· 5 ὃς ἔρχεται κριτῆς ζώντων καὶ νεκρῶν· οὗ τὸ αἷμα ἐκζητήσῃ ὁ Θεὸς ἀπὸ τῶν ἀπειθούντων αὐτῷ. 6 Ὁ δὲ ἐγείρας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν καὶ ἡμᾶς ἐγερεῖ, ἐὰν ποιῶμεν αὐτοῦ τὸ θέλημα, καὶ πορευόμεθα ἐν ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ, καὶ ἀγαπῶμεν, ἃ ἠγάπησεν, 7 ἀπεχόμενοι πάσης ἀδικίας, πλεονεξίας, φιλαργυρίας, καταλαλιᾶς, ψευδομαρτυρίας· 8 „μὴ ἀποδιδόντες κακὸν ἀντὶ κακοῦ, ἢ λοιδορίαν ἀντὶ λοιδορίας,“ ἢ γρόνον ἀντὶ γρόνου, ἢ κατάραν ἀντὶ κατάρων· 9 μνημονεύοντες δὲ ὧν εἶπεν ὁ κύριος διδάσκων· 10 μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε· 11 ἀφιετε, καὶ ἀφεθήσεται ὑμῖν· 12 ἔλεεῖτε, ἵνα ἐλεηθῆτε· 13 ἐν ᾧ μέτρον μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν·“ καὶ ὅτι 14 „μακάριοι οἱ πτωχοὶ καὶ οἱ διωκόμενοι ἕνεκεν δικαιοσύνης, ὅτι αὐτῶν ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ.“

III. *Non arroganter haec scribo. Paulus praeceptor vester est.*

15 Ταῦτα, ἀδελφοί, 16 οὐκ ἐμαντῷ ἐπιτρέψας γράφω ὑμῖν περὶ τῆς δικαιοσύνης· ἀλλ' ἐπεὶ ὑμεῖς προσηκεαλέσασθέ με

1) I Petr. 1, 13. Ephes. 6, 14. Similia leguntur apud Clementem Epist. I ad Corinth. c. 9. Cfr. Prolegomena nostra ad Epistolas S. Clementis p. XXV.

2) Pronomen restituit Jacobsonus ex Codd.

3) Ps. 2, 11.

4) I Petr. 1, 21. Cfr. Ign. ad Smyrn. c. 7, ad Trall. c. 9, ad Smyrn. c. 2: ὡς . . . ἑαυτὸν ἀνέστησεν.

5) Cfr. Act. 17, 31.

6) Cfr. I Cor. 6, 14. II Cor. 4, 14. Rom. 8, 11.

7) Cfr. I Thess. 5, 22.

8) I Petr. 3, 9.

9) Ita Jacobsonus ex Codd., pro vulg. μνημονεύσαντες.

10) Matth. 7, 1. Simili fere modo varia loca ex Evangeliiis in unum contraxit Clemens Romanus Ep. I c. 13. Confer Prolegomena nostra ad Epistolas S. Clementis p. XXV.

11) Luc. 6, 37. Matth. 6, 12. 14.

II. *Adhortatio ad virtutem.*

<sup>1</sup> *Propter quod succincti lumbos* <sup>2</sup> *vestros* <sup>3</sup> *servite Deo in timore* et veritate, relinquentes inane vaniloquium et vulgi errorem, <sup>4</sup> *credentes in eum, qui Dominum nostrum Jesum Christum a mortuis suscitavit, eique gloriam dedit* ac sedem ad dextram suam; cui subjecta sunt omnia coelestia et terrestria; cui omnis spiritus servit; <sup>5</sup> *qui venit iudex vivorum et mortuorum; cujus sanguinem Deus requiret ab iis, qui non credunt in illum.* <sup>6</sup> *Is vero, qui ipsum suscitavit et mortuis, et nos suscitabit, si fecerimus voluntatem ejus et in ipsius mandatis ambulaverimus, ac dilexerimus ea, quae ipse dilexit,* <sup>7</sup> *absistentes ab omni injustitia, fraudatione, avaritia, obrectatione, falso testimonio;* <sup>8</sup> *non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, nec pugnum pro pugno, nec execrationem pro execratione;* <sup>9</sup> *memores autem eorum, quae dixit Dominus docens:* <sup>10</sup> *nolite judicare, ne judicemini;* <sup>11</sup> *dimittite, et dimittetur vobis;* <sup>12</sup> *miseremini, ut misericordiam consequamini;* <sup>13</sup> *in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis;* et: <sup>14</sup> *„beati pauperes, et qui persecutionem patiuntur; quoniam ipsorum est regnum Dei.“*

III. *Non arroganter haec scribo. Paulus praeceptor vester est.*

<sup>15</sup> *Haec, fratres,* <sup>16</sup> *non, quod mihi arrogem, scribo vobis de justitia; sed quia vos provocastis me. Neque enim ego, neque*

12) Luc. 6, 36.

13) Matth. 7, 2. Luc. 6, 38. Prae-positionem ἐν, quam deletam vult Smithius, non agnoscunt Codd. Laur. Vat. JACOBSON.

14) Smithius et Ruchatus addunt ex veteri Interprete et e S. Matth. 5, 3. τῷ πνεύματι (post πτωχοί), quam quidem vocem omittit S. Lucas 6, 20. Quid autem vetat, S. Patrem locum parallelum S. Lucae in animo habuisse? Crednero, qui (*Beiträge*

zur Einleitung in die bibl. Schriften I, 21) videtur suspicari, τῷ πνεύματι apud S. Matthaëum adsumendum esse recentioris aevi, neutiquam assentiri possum. JACOBSON.

15) Totum caput III delendum suadet Dr. Ritschl, cfr. *Densinger*, I. c. p. 401.

16) Similiter loquitur S. Ignatius in Epist. ad Ephesios c. 3: Οὐ διατάσσομαι ὑμῖν, ὡς ὦν τις.

Οὔτε γὰρ ἐγὼ, οὔτε ἄλλος ὅμοιος ἐμοὶ δύναται κατακολουθῆσαι τῇ <sup>1</sup> σοφίᾳ τοῦ μακαρίου καὶ ἐνδόξου Παύλου· ὃς γενόμενος ἐν ὑμῖν, κατὰ πρόσωπον τῶν τότε ἀνθρώπων ἐδίδαξεν ἀκριβῶς καὶ βεβαίως τὸν περὶ ἀληθείας λόγον· ὃς καὶ ἀπὸν ὑμῶν ἔγραψεν <sup>2</sup> ἐπιστολάς, εἰς ἃς ἐὰν ἐγκύπτητε, δυνηθήσεσθε οἰκοδομεῖσθαι εἰς τὴν δοθεῖσαν ὑμῖν πίστιν, <sup>3</sup> „ἥτις ἐστὶ μήτηρ πάντων <sup>4</sup> ἡμῶν,“ ἐπακολουθούσης τῆς ἐλπίδος, προαγούσης τῆς ἀγάπης, τῆς εἰς Θεὸν καὶ Χριστὸν καὶ εἰς τὸν πλησίον. Ἐὰν γὰρ τις τούτων ἐντὸς ἧ <sup>5</sup>, πεπλήρωκεν ἐντολὴν δικαιοσύνης· ὁ γὰρ ἔχων ἀγάπην μακρὰν ἐστὶ πάσης ἁμαρτίας.

#### IV. *Fugiamus avaritiam; doceamus nos ipsos, uxores et viduas.*

<sup>6</sup> „Ἀρχὴ δὲ πάντων χαλεπῶν φιλαργυρία.“ Εἰδότες οὖν, ὅτι <sup>7</sup> „οὐδὲν εἰσηγάκαμεν εἰς τὸν κόσμον, ἀλλ' οὐδὲ ἐξενεγκεῖν τι ἔχομεν,“ <sup>8</sup> ὀπλισώμεθα τοῖς ὀπλοῖς τῆς δικαιοσύνης, <sup>9</sup> καὶ διδάξωμεν ἑαυτοὺς πρῶτον, πορεύεσθαι ἐν τῇ ἐντολῇ τοῦ κυρίου· ἔπειτα καὶ τὰς γυναῖκας ὑμῶν ἐν τῇ δοθείσῃ αὐταῖς πίστει καὶ ἀγάπῃ καὶ ἀγγελίᾳ, στεργούσας τοὺς ἑαυτῶν ἀνδρας ἐν πάσῃ ἀληθείᾳ, καὶ ἀγαπώσας πάντας ἕξ Ἰσου ἐν πάσῃ ἐγκρατείᾳ, καὶ τὰ τέκνα <sup>10</sup> παιδεύειν τὴν παιδείαν τοῦ φόβου τοῦ Θεοῦ· ὡς χήρας σωφρονούσας περὶ τὴν τοῦ κυρίου πίστιν, ἐνυγκανούσας <sup>11</sup> ἀδιαλείπτως περὶ πάντων, μακρὰν οὐσας πάσης διαβολῆς, καταλαλιᾶς, ψευδομαρτυρίας, φιλαργυρίας καὶ παντὸς κακοῦ· γινωσκούσας, ὅτι εἰσὶ <sup>12</sup> θυσιαστήριον Θεοῦ, καὶ ὅτι πάντα <sup>13</sup> μωμοσκοπεῖται, καὶ λέληθεν αὐτὸν οὐδὲν, οὔτε λογισμῶν, οὔτε ἐννοιῶν, οὔτε τι τῶν κρυπτῶν τῆς καρδίας.

#### V. *Officia diaconorum, juvenum et virginum.*

Εἰδότες οὖν, ὅτι <sup>14</sup> „Θεὸς οὐ μνηστῆριζεται,“ ὀφείλομεν

- |   |  |
|---|--|
| 1) Cfr. II Petr. 3, 15.   | 1830. p. 439. Cfr. ep. S. Pauli ad           |
| 2) Epistolas de una epistola dici, monet Cotelarius, qui et plura exempla affert. Consentit ei De Wette, Einl. in d. N. T. edit. tertia §. 150. Not. d. Alii divum Paulum plures epistolas ad Philippenses scripsisse putant, e. g. Feilmoser, Einleitung ins N. T. Tübing. | Philipp. 3, 1. 18. 4, 15 sq.                 |
|   | 3) Gal. 4, 26.                               |
|   | 4) Ita Jacobsonus ex tribus Codd. Alii ὑμῶν. |
|   | 5) Routhius addendam putavit πληρη.          |
|   | 6) I Tim. 6, 10.                             |
|   | 7) I Tim. 6, 7.                              |

alius mei similis beati et gloriosi Pauli <sup>1</sup> sapientiam assequi potest; qui quum esset apud vos, coram hominibus tunc viventibus perfecte ac firmiter verbum veritatis docuit; qui et absens vobis scripsit <sup>2</sup> epistolās, in quas si intueamini, aedificari poteritis in fide, quae vobis est data, <sup>3</sup> *quaeque est mater omnium* <sup>4</sup> *nostrum*, subsequente spe, praecedente charitate in Deum et in Christum et in proximum. Si quis enim intra haec fuerit, <sup>5</sup> *mandatum justitiae implevit*; nam qui charitatem habet, longe est ab omni peccato.

IV. *Fugiamus avaritiam; doceamus nos ipsos, uxores et viduas.*

<sup>6</sup> *Principium autem omnium malorum est habendi cupiditas*. Scientes ergo, quod <sup>7</sup> *nihil intulimus in hunc mundum, sed nec auferre quid valemus*, <sup>8</sup> *armemur armis justitiae*, et <sup>9</sup> *doceamus primum nos ipsos*, ambulare in mandato Domini, deinde et vestras uxores, ambulare in fide ipsis tradita et in charitate et castitate, amantes viros suos in omni veritate, ac diligentes cunctos aequaliter, in omni continentia, et <sup>10</sup> *erudire filios in disciplina timoris Dei*; viduas vero doceamus, esse prudentes circa fidem Domini, interpellantes <sup>11</sup> *sine intermissione pro omnibus, longe recedentes ab omni calumnia, detrectatione, falso testimonio, avaritia et omni malo; cognoscentes, quod* <sup>12</sup> *altare Dei sint, et quod ille omnia* <sup>13</sup> *clare perspiciat, nihilque eum lateat, nec ratiociniorum, nec cogitationum, nec quidquam occultorum cordis.*

V. *Officia diaconorum, juvenum et virginum.*

Scientes ergo, quod <sup>14</sup> *Deus non irridetur*, debemus digne

8) Cfr. Ephes. 6, 11.

9) Similia leguntur in Epistola I Clem. Rom. ad Corinth. capp. 1 et 21. Cfr. Prolegomena nostra ad Epistolās S. Clementis p. XXV.

10) Sc. *διδάξιομεν ἑαυτούς*.

11) Cfr. I Thess. 5, 17.

12) Ita Jacobsonus ex tribus Codd. et vet. Interprete. Alii *θυσιαστήρια*.

Constitutiones Apostolorum Lib. II. c. 26. hanc comparisonem viduarum cum altaribus a Polycarpo mutuatae esse videntur.

13) Ita Jacobsonus ex cod. Vatic. Alii *ἡμῶν σκοπεῖται*. Cfr. I Clem. ad Cor. c. 41.

14) Gal. 6, 7.

ἀξίως τῆς ἐντολῆς αὐτοῦ καὶ δέξις περιπατεῖν. Ὅμοιος διάκονοι ἄμεμπτοι κατενώπιον αὐτοῦ τῆς δικαιοσύνης, ὡς Θεοῦ<sup>1</sup> καὶ Χριστοῦ διάκονοι, καὶ οὐκ ἀνθρώπων· μὴ διάβολοι, μὴ<sup>2</sup> δίλογοι, ἀφιλάργυροι, ἐγκρατεῖς περὶ πάντα, εὐσπλαγχοι, ἐπιμελεῖς, πορευόμενοι κατὰ τὴν ἀλήθειαν τοῦ κυρίου, ὃς ἐγένετο<sup>3</sup> διάκονος πάντων· ὃ ἐὰν εὐαρεστήσωμεν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, ἀποληψόμεθα καὶ τὸν μέλλοντα, καθὼς ὑπέσχετο ἡμῖν ἐγγίνα ἡμῶς ἐκ νεκρῶν, καὶ ὅτι ἐὰν<sup>4</sup> πολιτευσώμεθα ἀξίως αὐτοῦ,<sup>5</sup> „καὶ συμβασιλεύσωμεν“ αὐτῷ, εἶγε πιστεύομεν. Ὅμοιος καὶ νεώτεροι ἄμεμπτοι ἐν πᾶσι, πρὸ παντὸς προνοοῦντες ἀγνείας, καὶ χαλιναγωγοῦντες ἑαυτοὺς ἀπὸ παντὸς κακοῦ. Καλὸν γὰρ τὸ<sup>6</sup> ἀνακόπτεσθαι ἀπὸ τῶν ἐπιθυμιῶν<sup>7</sup> τῶν ἐν τῷ κόσμῳ, ὅτι πᾶσα<sup>8</sup> „ἐπιθυμία κατὰ τοῦ πνεύματος στρατεύεται.“ καὶ<sup>9</sup> „οὔτε πόρνοι, οὔτε μαλακοὶ, οὔτε ἀρσενικοῦται βασιλείᾳ Θεοῦ κληρονομήσουσιν,“ οὔτε οἱ ποιῶντες τὰ ἄτοπα. Διὸ δέον ἀπέχεσθαι ἀπὸ πάντων τούτων,<sup>10</sup> ὑποτασσόμενοι τοῖς πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις, ὡς Θεῷ καὶ Χριστῷ· τὰς πατρῴους ἐν ἀμώμῳ καὶ ἀγνῇ συνειδήσει περιπατεῖν.

#### VI. Officia presbyterorum et officia communia.

Καὶ οἱ πρεσβύτεροι δὲ εὐσπλαγχοι, εἰς πάντας ἐλεήμονες, ἐπισιρέφοντες τὰ ἀποπεπλανημένα, ἐπισκεπτόμενοι πάντα ἀσθενεῖς, μὴ ἀμελοῦντες χήρας, ἢ ὄρφανῶν, ἢ πένητος· ἀλλὰ<sup>11</sup> „προνοοῦντες αἰὲ τοῦ καλοῦ ἐνώπιον Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων,“ ἀπεχόμενοι πάσης ὀργῆς, προσωποληψίας, κρίσεως ἀδίκου· μακρὰν ὄντες πάσης φιλαργυρίας· μὴ ταχέως πιστεύοντες κατὰ τινος· μὴ ἀπότομοι ἐν κρίσει, εἰδότες, ὅτι πάντες ὀφειλέται ἔσμεν ἀμαρτίας.<sup>12</sup> Εἰ οὖν δεόμεθα τοῦ κυρίου, ἵνα ἡμῖν ἀγνῆ, ὀφειλόμεν καὶ ἡμεῖς ἀφιέναι· ἀπέναντι γὰρ τῶν τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ ἔσμεν ὀφθαλμῶν, καὶ<sup>13</sup> „πάντας δεῖ παραστήναι τῷ

1) Ita Jacobsonus cum tribus codd. et vet. Interprete. Huic lectioni etiam Syriacum hujus epistolae fragmentum favet, quod Curetonus p. 34 (cfr. Proleg. p. LX) nobiscum communicavit. Alii legerunt ἐν Χριστῷ.

2) Ita Jacobsonus e tribus codd. Cfr. I Tim. 3, 8.

3) Cfr. Matth. 20, 28.

4) Cfr. Philipp. 1, 27.

5) II Tim. 2, 12. Legendum βα-

mandato ac voluntate ejus ambulare. Similiter diaconi in conspectu justitiae ejus inculpati esse debent, sicut ministri Dei <sup>1</sup> et Christi, non hominum; ne calumniatores sint, ne <sup>2</sup> bilingues, nec avari, sed continentes in omnibus, misericordes, seduli, incedentes juxta veritatem Domini, qui omnium <sup>3</sup> minister factus est; cui si in hoc seculo placuerimus, recipiemus et futurum, quemadmodum pollicitus est nobis, quod resuscitabit nos e mortuis, quodque, si <sup>4</sup> digne ipso vivamus, <sup>5</sup> *etiam cum eo regnabimus*, siquidem credimus. Simili modo et juvenes in omnibus inculpabiles sint, ante omnia solliciti de castitate, ac se ab omni malo refrenantes. Bonum enim est, <sup>6</sup> abscindi a cupiditatibus <sup>7</sup> hujus mundi, quia omnis <sup>8</sup> *cupiditas militat adversus spiritum*, et <sup>9</sup> *neque fornicarii, neque molles, neque masculorum concubitores regnum Dei possidebunt*, neque qui absona faciunt. Quare oportet ab his omnibus abstinere, <sup>10</sup> subjeci autem presbyteris et diaconis, tanquam Deo et Christo; virgines vero oportet in immaculata et casta conscientia degere.

#### VI. *Officia presbyterorum et officia communia.*

Et presbyteri sint ad commiserationem proni, misericordes erga cunctos, aberrantia reducentes, visitantes infirmos omnes, non negligentes viduam, aut pupillum, aut pauperem; sed <sup>11</sup> *solliciti semper de bono coram Deo et hominibus*, abstinentes ab omni ira, acceptione personarum, judicio injusto; longe recedentes ab omni avaritia; non cito credentes adversus aliquem; non severi nimium in judicio, scientes, nos omnes debitores esse peccati. <sup>12</sup> Si ergo deprecamur Dominum, ut nobis dimittat, debemus et nos dimittere; nam coram Domini et Dei oculis sumus, et <sup>13</sup> *omnes ante tribunal Christi stare, et unumquemque*

*λεύσωμεν* cum codd., non βασιλεύσωμεν  
cum libris impressis. JACOBSON.

6) Ita Jacobsonus ex tribus codd.  
et vet. Interprete. Male alii ἀνα-  
κύπτουσαι = *emergere*.

7) Addidit Jacobsonus τῶν ex cod.  
Vatic.

8) I Petr. 2, 11.

9) I Cor. 6, 9. 10.

10) Polycarpus episcopi non facit  
mentionem, quippe qui, verecundia  
impeditus, eum nollet cohortari. Vide  
*Rothe, Anf.* p. 409 sq.

11) Rom. 12, 17. II Cor. 8, 21.

12) Matth. 6, 12. 14.

13) Rom. 14, 10. 12.

βήματι τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἕκαστον ὑπὲρ ἑαυτοῦ λόγον δοῦνα.<sup>4</sup> Οὕτως οὖν δουλεύσωμεν αὐτῷ μετὰ φόβου καὶ πάσης εὐλαβείας, καθὼς αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ οἱ εὐαγγελισάμενοι <sup>1</sup> ἡμῶν ἀπόστολοι, καὶ οἱ προφηταί, οἱ προκηρῦξαντες τὴν ἔλευσιν τοῦ κυρίου ἡμῶν. ζήλωται περὶ τὸ καλόν, ἀπεχόμενοι τῶν σκαδάλων καὶ τῶν ψευδαδέλων καὶ τῶν ἐν ὑποκρίσει <sup>2</sup> φερόντων τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου, οἵτινες ἀποπλανῶσι κενοὺς ἀνθρώπους.

VII. *Fugite Docetas, et perseverate in jejuniis et oratione.*

<sup>3</sup> „Πᾶς γὰρ, ὃς ἂν μὴ ὁμολογῇ, Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθέναι, ἀντίχριστός ἐστι.“ καὶ ὃς ἂν μὴ ὁμολογῇ τὸ μαρτύριον τοῦ σταυροῦ, ἐκ τοῦ διαβόλου ἐστί· καὶ ὃς ἂν μεθιδεύῃ τὰ λόγια τοῦ κυρίου πρὸς τὰς ἰδίας ἐπιθυμίας, καὶ λέγῃ, μήτε ἀνάστασιν μήτε κρίσιν εἶναι, οὗτος πρωτότοκος ἐστί τοῦ Σατανᾶ. Διὸ <sup>4</sup> ἀπολείποντες τὴν <sup>5</sup> ματαιότητα τῶν πολλῶν καὶ τὰς ψευδοδιδασκαλίας, ἐπὶ τὸν ἐξ ἀρχῆς ἡμῖν <sup>6</sup> παραδοθέντα λόγον ἐπιστρέψωμεν, <sup>7</sup> „νήφοντες πρὸς τὰς εὐχάς,“ καὶ προσκαρτεροῦντες νηστείας, δείξεσιν αἰτούμενοι τὸν πατερόπτην Θεόν, <sup>8</sup> μὴ εἰσενεγκεῖν ἡμῶς εἰς πειρασμὸν, καθὼς εἶπεν ὁ κύριος· <sup>9</sup> „τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής.“

VIII. *Perseverate in spe et in patientia.*

Ἀδιαλείπτως οὖν προσκαρτεροῦμεν τῇ ἐλπίδι ἡμῶν καὶ τῇ ἀσφάλει τῆς δικαιοσύνης ἡμῶν, ὃς ἐστί Χριστὸς Ἰησοῦς, <sup>10</sup> „ὃς ἀνήγγελεν ἡμῶν τὰς ἁμαρτίας τῷ ἰδίῳ σώματι ἐπὶ τὸ ξύλον,“ <sup>11</sup> „ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὐρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ.“ ἀλλὰ δι' ἡμᾶς, <sup>12</sup> ἵνα ζήσωμεν ἐν αὐτῷ, <sup>13</sup> πάντα ὑπέμεινε. Μιμηταί οὖν γενώμεθα τῆς ὑπομονῆς αὐτοῦ· καὶ ἐὰν <sup>14</sup> πάσχωμεν διὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ, <sup>15</sup> δουξάσωμεν

1) Ita Ms. Editi ἡμῶν. Sed non mutandum esse docet Nolte (l. c. p. 236), nam εὐαγγελισάμεθα τινα = alicui annuntiare evangelium. Cfr. Luc. 3, 18. Act. 14, 15. 16, 10. Winer, neutest. Grammatik, edit. IV. p. 201, ed. V. p. 255.

2) Cfr. Ign. ad Eph. c. 7: δόλιον πνεῦμα τὸ ὄνομα περιφέρειν.

3) I Joh. 4, 3.

4) Ita ex tribus codd. restituit Jacobsonus pro vulg. ἀπολείποντες. Polycarpus respexit videtur locum S. Clementis, Ep. I ad Corinth. c. 7.

*pro se rationem reddere oportet.* Sic itaque serviamus illi cum timore et omni reverentia, sicut praecepit ipse, et Apostoli, qui <sup>1</sup> nobis evangelium annuntiarunt, et prophetae, qui Domini nostri adventum praesignificaverunt; studiose, quod bonum est, sectantes, abstinentes a scandalis et a falsis fratribus et ab iis, qui in hypocrisi nomen Domini <sup>2</sup> ferunt, qui vanos homines in errorem inducunt.

VII. *Fugite Docetas, et perseverate in jejuniis et oratione.*

<sup>3</sup> Omnis enim, qui non confessus fuerit, Jesum Christum in carne venisse, antichristus est; et qui non confessus fuerit martyrium crucis, ex diabolo est; et qui eloquia Domini ad desideria sua traduxerit dixeritque, nec resurrectionem nec iudicium esse, hic primogenitus est Satanae. Ideo <sup>4</sup> relinquentes <sup>5</sup> vanitatem multorum et falsas doctrinas, ad <sup>6</sup> traditam nobis ab initio doctrinam revertamur, <sup>7</sup> vigilantes in orationibus et perseverantes in jejuniis, precibus rogantes omnium conspectorem Deum, <sup>8</sup> ne nos inducat in tentationem, sicut dixit Dominus: <sup>9</sup> spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.

VIII. *Perseverate in spe et in patientia.*

Indesinenter ergo perseveremus in spe nostra et pignore justitiae nostrae, quod est Jesus Christus, <sup>10</sup> qui peccata nostra in corpore suo super lignum pertulit, <sup>11</sup> qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus; sed propter nos, <sup>12</sup> ut in ipso vivamus, <sup>13</sup> omnia sustinuit. Imitatores igitur simus patientiae ejus; et si <sup>14</sup> patiamur propter nomen ejus, gloria illum <sup>15</sup> affi-

5) Cfr. supra c. 2: κενὴν ματαίω-  
λογίαν.

6) Cfr. Judae 3.

7) I Petr. 4, 7.

8) Matth. 6, 13. 26, 41.

9) Matth. 26, 41. Marc. 14, 38.

10) I Petr. 2, 24.

11) I Petr. 2, 22.

12) Cfr. I Joh. 4, 9.

13) Cfr. Ign. ad Polyc. c. 3: τὴν  
κατὰ πάντα τρόπον δι' ἡμᾶς ὑπομέ-  
ναντα.

14) Act. 5, 41. I Petr. 4, 16.

15) Ita Jacobsonus e cod. Mediceo-  
Laurentiano. Vulg. δοξάζομεν.



αὐτόν. Τοῦτον γὰρ ἡμῖν τὸν ὑπογραμμὸν ἔθηκε δι' ἑαυτοῦ, καὶ ἡμεῖς <sup>1</sup> τοῦτο ἐπιστεύσαμεν.

IX. *Exerceatis patientiam exemplo Ignatii etc.*

<sup>2</sup> Παρακαλῶ οὖν πάντας ἡμᾶς πειθαρχεῖν τῷ <sup>3</sup> λόγῳ τῆς δικαιοσύνης, καὶ ἀσκεῖν πᾶσαν ὑπομονήν, ἣν <sup>4</sup> καὶ ἴδετε καὶ ὀφθαλμοῦς, οὐ μόνον ἐν τοῖς μακαρίοις Ἰγνατίῳ καὶ <sup>5</sup> Ζωσίμῳ καὶ Ρούφῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν ἄλλοις τοῖς ἐξ ἡμῶν, καὶ ἐν αὐτῷ Παύλῳ καὶ τοῖς λοιποῖς ἀποστόλοις· <sup>6</sup> πεπεισμένοις, ὅτι οὐκ πάντες οὐκ <sup>7</sup> εἰς κενὸν ἔδραμον, ἀλλ' ἐν πίστει καὶ δικαιοσύνῃ· καὶ ὅτι <sup>8</sup> εἰς τὸν ἀρειλόμενον αὐτοῖς τόπον εἰσὶ παρὰ τῷ κριῖ, ᾧ καὶ συνέπαθον. Οὐ γὰρ τὸν νῦν ἠγάπησαν αἰῶνα, ἀλλὰ τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντα, καὶ δι' ἡμᾶς ὑπὸ <sup>9</sup> [τοῦ Θεοῦ <sup>10</sup> ἀνασταθέντα].

Desiderantur Graeca, quae sequentibus respondeant, praeter pauca, quae servavit Eusebius, quaeque ad caput XIII pertinent. Latina autem exstant in veteri versione a Jacobo Faber Stapulensi a. 1498 Parisiis evulgata.

1) L. τοῦτον; vel, si retineatur τοῦτο, subintellige εἶναι. SMITH.

2) Totus hic locus usque ad ἀναστάντα est ab Eusebio repetitus, Hist. eccl. III, 36. Nihilominus Dr. Ritschl totum hoc caput spurium putat. Cfr. Densinger, l. c. p. 406.

3) I. q. mandato. WOCHEK.

4) Καὶ ex tribus Codd. restituit Jacobsonus.

5) Teste martyrologio Romano Philippis in Macedonia XVIII Decembris celebratur natalis. S. S. Martyrum Rufi et Zosimi.

6) Coniunge haec cum παρακαλῶ.

7) Cfr. Philipp. 2, 16. Gal. 2, 2.

8) Cfr. I Clem. Rom. ad Cor. c. 5.

9) Haec posteriora verba, unciis inclusa, ex Eusebii et Nicephori citatione supplēvit Usserius. Codices

ciamus. Hoc enim exemplum nobis posuit in se ipso, et nos  
 1 id credidimus.

IX. *Exerceatis patientiam exemplo Ignatii etc.*

2 Rogo itaque vos omnes, ut obediatis 3 verbo justitiae,  
 et omnem patientiam exerceatis, quam 4 et oculis ipsis vidistis,  
 non solum in beatis Ignatio et 5 Zosimo et Rufo, sed etiam  
 in aliis, qui ex vobis, ac in ipso Paulo ceterisque Apostolis;  
 6 utque sitis persuasi, quod hi omnes 7 in vacuum non cucur-  
 rerint, sed in fide ac justitia; et quod 8 in debito ipsis loco  
 sint apud Dominum, cum quo et passi sunt. Non enim praesens  
 9 seculum dilexerunt, sed eum, qui pro nobis mortuus est, ac  
 10 propter nos 9 a [Deo est 10 resuscitatus].

X. *Adhortatio ad virtutes.*

In his ergo state, et Domini exemplar sequimini, firmi in  
 fide et immutabiles, 11 fraternitatis amatores, diligentes invicem,  
 in veritate sociali, mansuetudinem 12 Domini alterutri praestantes,  
 nullum despicientes. Quum potestis benefacere, nolite differre,  
 quia 13 *eleemosyna de morte liberat*. Omnes vobis invicem  
 subjecti estote, 14 *conversationem vestram irreprehensibilem  
 habentes in gentibus*, ut ex bonis operibus vestris et vos laudem  
 accipiat, et Dominus in vobis non blasphemetur. 15 Vae autem  
 illi, per quem nomen Domini blasphematur. Sobrietatem ergo  
 docete omnes; in qua et vos conversamini.

Msti, nulla interposita distinctione post  
 ὑπὸ, exhibent τὸν λαὸν κενόν [i. e.  
 καινόν] ἑτοιμάζων κ. τ. λ., a quibus  
 scilicet verbis incipiunt Barnabae quae  
 graece supersunt. JACOBSON. Vide  
 supra p. 9. Not. 1.

10) Ita leg. pro ἀναστάντα, quod  
 Eusebius habet. USSER. Nolte defendit  
 lectionem Msti. ἀναστάντα ὑπὸ τοῦ θεοῦ  
 = resurgens jussu Dei. Cfr. Winer,

neutest. Grammat. ed. V. p. 442,  
 ed. IV. p. 352 sq.

11) Cfr. I Petr. 2, 17: τὴν ἀδελ-  
 φότητα ἀγαπᾶτε. JACOBSON.

12) Domini restituit Jacobsonus ex  
 Cod. Laur.

13) Tob. 4, 10. 12, 9.

14) I Petr. 2, 12.

15) Cfr. Isai. 52, 5. et Ign. ad  
 Trall. c. 8.

*Cfr. supra p. 266.*

XI. *Contristatus sum pro Valente; cavete vobis ab avaritia.*

Nimis contristatus sum pro Valente, qui presbyter factus est aliquando apud vos; quod sic ignoret is locum, qui datus est ei. Moneo itaque vos, ut abstineatis ab <sup>1</sup> avaritia, et sitis casti et veraces. Abstinete vos ab omni malo. Qui autem in his non potest se gubernare, quomodo <sup>2</sup> alii hoc pronuntiat? Si quis non abstinuerit se ab avaritia, ab idololatria coinquinabitur, et tamquam inter gentes judicabitur. <sup>3</sup> Qui autem ignorant iudicium Domini? <sup>4</sup> *An nescimus, quia sancti mundum iudicabunt?* <sup>5</sup> sicut Paulus docet. <sup>6</sup> Ego autem nihil tale sensi in vobis, vel audivi, in quibus laboravit beatus Paulus, qui estis [<sup>7</sup> laudati] in principio epistolae ejus. De vobis etenim gloriatur in omnibus ecclesiis, quae Deum solae tunc cognoverant; <sup>8</sup> nos autem nondum noveramus. Valde ergo, fratres, constrictor pro illo et pro conjuge ejus; quibus det Dominus poenitentiam veram. Sobrii ergo estote et vos in hoc; <sup>9</sup> *et non sicut inimicos tales existimetis*, sed sicut passibilia membra et errantia eos revocate, ut omnium vestrum corpus salvetis. Hoc enim agentes, <sup>10</sup> vos ipsos aedificatis.

1) Presbyter iste pecunias pauperum avertisse videtur, cujus facinoris uxor ejus particeps fuerat. Woch. Jacobson autem et aliis  $\delta$  πλεονέκτης est = *adulter*, quia sua uxore non est contentus; ut docet *Suicerus* e Clem. Alex. Strom. III. p. 552; *avaritia* = πλεονξία = *adulterium*, cujus flagitii et presbyter Valens et ejus uxor accusari videntur.

2) L. aliis. GALLAND.

3) *Qui — noveramus*; haec interpolata putat Dr. *Ritschl*, cfr. *Densinger*, l. c. p. 403 sqq.

4) I Cor. 6, 2.

5) Verba: *sicut Paulus docet*, Crednéro (Einl. i. d. N. T. p. 445) *suspecta sunt*, quia Polycarpus nus-

quam nomen scriptoris ab ipso citati proferat.

6) Similia apud Ign. ad Magn. c. 11 et ad Trall. c. 8.

7) Hanc vocem addendam suadet Smithius. Laus ea reperitur Philipp. 1, 5 sq. *Nolte* l. c. p. 236 nihil addit; respiciens ad II Cor. 3, 2, 3, ubi Paulus ad Corinthios scribit: „epistola nostra vos estis“ = vos ipsi mihi estis loco epistolae commendaticiae.

8) Per nos Polycarpum ipsum intel- ligit Usserius; rectius forsitan *Smyrnenses* Cotelerius, Smith., Ruchat. Cfr. Act. 16, 6. 12 cum 19, 10. JACOBSON.

9) II Thess. 3, 15.

10) Cfr. I Cor. 12, 26.

XIII. *Epistolas vestras Antiochenis tradam. Vobis epistolas Ignatii mitto.*

<sup>10</sup> Ἐγράψατέ μοι καὶ ὑμεῖς καὶ <sup>11</sup> Ἰγνάτιος, ἵνα, εἰάν τις ἀπέρχηται εἰς <sup>12</sup> Συρίαν, καὶ τὰ παρ' ὑμῶν ἀποκομισθῆ γραμματα· ὅπερ ποιήσω, εἰάν λάβω καιρὸν εὐθετον, εἴτε ἐγὼ, εἴτι ὄν πέμψω πρεσβεύοντα καὶ περὶ ὑμῶν. <sup>13</sup> Τὰς ἐπιστολάς Ἰγνατίου τὰς πεμφθείσας ἡμῖν ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ἄλλας, ὅσας

1) *Confido* — *credo esse in vobis* ab interpolatore addita putat Dr. *Ritschl*; cfr. *Denzinger*, l. c. p. 405.

2) *Varie hunc locum explicuerunt viri docti. Mihi sensus esse videtur: vos librorum sacrorum scientia polletis, qua ego non gaudeo (seu mihi autem non est concessum, vos aedificare. JACOBSON). Ceterum, ut in sacris libris dictum est, nolite ita irasci, ut peccetis.*

3) Ita cum Jacobsono interpungendum est. Editi: *concessum modo. U his* etc.

4) Ps. 4, 5.

5) Ephes. 4, 26.

6) *Sc. hujus Scripturas sacrae mandati. Alii legunt: crediderit.*

7) Gal. 1, 1.

8) Cfr. I Tim. 2, 2.

9) Cfr. Matth. 5, 44.

10) *Habentur haec Graeca apud Er-*



εἶχομεν παρ' ἡμῖν, ἐπέμψαμεν ὑμῖν, καθὼς ἐνετείλασθε· ἄ-  
τινες ὑποτεταγμένοι εἰσὶ τῇ ἐπιστολῇ ταύτῃ· ἐξ ὧν μεγάλη  
ὠφελῆθῆναι δυνήσεσθε. Περιέχουσι γὰρ πίστιν καὶ ὑπο-  
μονὴν καὶ πᾶσαν οἰκοδομὴν, τὴν εἰς τὸν κύριον ἡμῶν ἀπὸ  
κουσαν.

Cfr. supra p. 266.

ΤΗΣ ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ

ΠΕΡΙ

ΜΑΡΤΥΡΙΟΥ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΟΛΥΚΑΡΠΟΥ

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΕΓΚΥΚΛΙΟΣ 5

Ἡ ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ, ἡ <sup>6</sup> παροικοῦσα Σμύρναν, τῇ ἐκκλησίᾳ  
τοῦ Θεοῦ, τῇ παροικοῦσῃ ἐν <sup>7</sup> Φιλομηλίᾳ, καὶ πάσαις  
ταῖς κατὰ πάντα τόπον τῆς ἀγίας καὶ <sup>8</sup> καθολικῆς ἐκ-  
κλησίας παροικίαις· ἔλεος, εἰρήνη καὶ ἀγάπη ἀπὸ Θεοῦ  
Πατρὸς καὶ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πληθυνθείη.

1) Haec iterum apud solum veterem  
Interpretem exstant.

2) Polycarpus de morte Ignatii  
jam certior factus erat (vide c. 9.);  
sed circumstantias, dicta etc., ut vi-  
detur, ignorabat. Яасовок.

3) Ita Jacobsonus. Vulg. in pre-  
senti. Fortasse Polycarpus scripsit:  
μέχρι τοῦ παρόντος, *semper, usque*  
*ad hanc diem.*

4) Ita Jacobsonus. Vulg. in gratia  
*cum omnibus vestris.*

misit, et cunctas alias, quas habemus, ad vos misimus, sicut mandastis; quas quidem huic epistolae subjecimus. Ex iis magnum fructum percipere vobis licebit. Continent enim fidem et patientiam et adificationem omnem, ad Dominum nostrum pertinentem.

<sup>1</sup> Et de ipso <sup>2</sup> Ignatio, et de his, qui cum eo sunt, quod certius agnoveritis, significate.

XIV. *Commendo vobis Crescentem. Valet.*

Haec vobis scripsi per Crescentem, quem in <sup>3</sup> praesentem diem commendavi vobis, et nunc commendo. Conversatus est enim nobiscum inculpabiliter; credo quia et vobiscum similiter. Sororem autem ejus habebitis commendatam, quum venerit ad vos. Incolumes estote in Domino Jesu Christo. <sup>4</sup> Gratia cum omnibus vobis. Amen.

---

ECCLESIAE SMYRNENSIS

DE

MARTYRIO SANCTI POLYCARPI

EPISTOLA CIRCULARIS. <sup>5</sup>

Ecclesia Dei, quae Smyrnae <sup>6</sup> peregrinatur, ecclesiae Dei, quae <sup>7</sup> Philomelii peregrinatur, et omnibus ubique terrarum sanctae et <sup>8</sup> catholicae ecclesiae paroeciis: misericordia, pax et charitas a Deo Patre et Domino nostro Jesu Christo multiplicetur.

5) Cfr. *Neander*, Kirchengesch. T. I. p. 185 sqq. edit. II. et *Euseb.* Hist. eccl. Lib. IV, c. 15.

6) Vide, quae ad Epist. I Clem. ad Corinth. c. 1. Not. 3 adnotavimus.

7) Ita legendum cum cod. Vindob., cum vet. Int. et Euseb. Histor. eccl. IV, 15. Reliqui codd. *Philadelphq.* JACOBSON. Philomelium est urbs Phrygiae.

8) Cfr. Ign. ad Smyrn. c. 8.



I. *De martyrio Polycarpi et sociorum scribimus.*

Ἐγράψαμεν ὑμῖν, ἀδελφοί, τὰ κατὰ τοὺς μαρτυρήσαντας καὶ τὸν μακάριον Πολύκαρπον, ὅστις ὡσπερ ἐπισφραγίσας τῆ μαρτυρία αὐτοῦ κατέπαυσε τὸν διωγμὸν. Σχεδὸν γὰρ πάντα τὰ προάγοντα ἐγένετο, ἵνα ἡμῖν ὁ κύριος ἀνωθεν ἐπιδείξῃ τὸ κατὰ τὸ εὐαγγέλιον μαρτύριον. Περιέμενεν γὰρ, ἵνα παραδοθῆ, ὡς καὶ ὁ κύριος, ἵνα μιμηταὶ καὶ ἡμεῖς αὐτοῦ γενώμεθα, μὴ μόνον σκοποῦντες τὸ καθ' ἑαυτοὺς, ἀλλὰ καὶ τὸ κατὰ τοὺς πέλας. Ἀγάπης γὰρ ἀληθοῦς καὶ βεβαίας ἐστίν, μὴ μόνον ἑαυτὸν θέλειν σώζεσθαι, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς ἀδελφούς.

II. *Martyrium mira constantia.*

Μακάρια μὲν οὖν καὶ γενναῖα τὰ μαρτύρια πάντα, τὰ κατὰ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ γεγονότα. <sup>1</sup> Δεῖ γὰρ εὐλαβεστέροις ἡμᾶς ὑπάρχοντας, τῷ Θεῷ τὴν κατὰ πάντων ἐξουσίαν <sup>2</sup> ἀπειθέσαι. <sup>3</sup> Τὸ γὰρ γενναῖον αὐτῶν καὶ ὑπομονητικὸν καὶ φιλοδέσποτον τίς οὐκ ἂν θαυμάσειεν· οἱ μάλιστα μὲν καταξανθέντες, ὥστε μέχρι τῶν ἔσω φλεβῶν καὶ ἀρτηριῶν τὴν τῆς σαρκὸς οἰκονομίαν θεωρεῖσθαι, ὑπέμειναν, ὡς καὶ τοὺς περιεστώτας ἔλεειν καὶ ὀδύρεσθαι· τοὺς δὲ καὶ εἰς τοσοῦτον γενναϊότητος ἔλθειν, ὥστε μήτε γρυῖσαι μήτε στενάξαι τινὰ αὐτῶν, ἐπιδεικνύμενοι ἅπασιν ἡμῖν, ὅτι ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ βασανιζόμενοι, τῆς σαρκὸς ἀπεδήμιον οἱ μάρτυρες τοῦ Χριστοῦ, μᾶλλον δὲ, ὅτι παρυστῶς ὁ κύριος ἀμίλει αὐτοῖς; Καὶ προσέχοντες τῆ τοῦ Χριστοῦ χάριτι τῶν κοσμικῶν κατεφρόνου βασιάνων, διὰ μιᾶς ὥρας τὴν αἰώνιον κόλασιν ἐξαγοραζόμενοι. Καὶ τὸ πῦρ ἦν αὐτοῖς ψυχρὸν τὸ τῶν ἀπηνῶν βασανιστῶν. Πρὸ ὀφθαλμῶν γὰρ εἶχον φυγεῖν τὸ αἰώνιον καὶ μηδέποτε σβεννύμενοι πῦρ, καὶ τοῖς τῆς καρδίας ὀφθαλμοῖς ἀνέβλεπον τὰ τηρούμενα τοῖς ὑπομείνανσιν ἀγαθὰ, <sup>4</sup> „ἀ οὔτε οὖς ἤκουσεν, οὔτε ὀφθαλμὸς ἶδεν, οὔτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη,“ ἐκείνοις δὲ ὑπεδείκνυτο ὑπὸ τοῦ κυρίου, οἵπερ μηκέτι ἄνθρωποι, ἀλλ' ἤδη

1) Ita Jacobsonus e codice Vindob. | *quum Dei voluntate omnia regantur,*  
Male Editi: καὶ γὰρ, sensu plane | *etiam Polycarpus et socii iuxta di-*  
nullo. Cotelerius e conjectura *χη* | *vinam voluntatem martyrio suis*  
ad oram libri posuerat. Sensus est: | *coronati.*

I. *De martyrio Polycarpi et sociorum scribimus.*

Scripsimus vobis, fratres, de martyribus et de beato Polycarpo, qui martyrio suo, velut signaculo quodam, persecutioni finem imposuit. Fere enim cuncta, quae praecesserunt, ideo evenerunt, ut nobis Dominus desuper ostenderet martyrium, Evangelio congruum. Expectavit enim tradi, sicut et Dominus, ut et nos ipsius essemus imitatores, non solum nostra considerantes, sed et ea, quae ad proximos pertinent. Charitatis enim verae ac solidae est, non modo se ipsum velle servari, sed etiam omnes fratres.

II. *Martyrum mira constantia.*

Beata et generosa fuerunt cuncta martyria, quae juxta voluntatem Dei evenerunt. <sup>1</sup> Quum enim nos religiosiores simus, Deo omnium rerum potestatem <sup>2</sup> adscribamus oportet. <sup>3</sup> Quis enim generositatem eorum et patientiam et erga Dominum charitatem non admiretur, qui flagellis adeo lacerati, ut ad intimas usque venas et arterias corporis structura cerneretur, tamen sustinuerunt; ita, ut etiam adstantes miserarentur et plangerent, ipsi vero eo fortitudinis venirent, ut nemo illorum neque murmuraret neque ingemisceret, omnibus ostendentes, quod martyres Christi hora ista, qua torquebantur, extra carnem fuerint, aut potius, quod Dominus assistens cum ipsis esset collocutus? Atque ad Christi gratiam adtendentes mundana tormenta spernebant, unius horae spatio se ab aeterna poena redimentes. Frigidusque ipsis videbatur ignis crudelium carnificum. Prae oculis enim habebant fugam illius ignis, qui aeternus est et nunquam exstinguetur, et oculis cordis respiciebant ad ea bona, quae reservantur sustentibus, <sup>4</sup> quae nec auris audivit nec oculus vidit, quae nec in cor hominis ascenderunt, quae vero a Domino monstrata sunt iis, utpote qui non homines amplius,

2) Ita Jacobsonus, qui multis locis | pitis dictum est, martyria illa fuisse  
textum e codice Vindobonensi emen- | beata et generosa.  
davit.

4) I Cor. 2, 9.

3) Probatur nunc, quod initio ca-

ἄγγελοι ἦσαν. Ὅμοίως δὲ καὶ εἰς τὰ θηρία κριθέντες <sup>1</sup> ὑπέμειναν δεινὰς κολάσεις, κήρυκας μὲν ὑποστρωννύμενοι, καὶ ἄλλαις ποικίλαις βασάνοις κολαφιζόμενοι, ἵνα, εἰ δυνήσῃ, ὁ τύραννος διὰ τῆς ἐπιμόνου κολάσεως εἰς ἄρησιν αὐτοὺς τρέψῃ.

### III. *Germanici constantia. Polycarpi mors postulatur.*

Πολλὰ γὰρ ἐμηχανᾶτο κατ' αὐτῶν ὁ διάβολος. Ἀλλὰ χάρις τῷ Θεῷ· κατὰ πάντων γὰρ οὐκ ἴσχυσεν. Ὁ γὰρ γενναῖοτατος <sup>2</sup> Γερμανικὸς ἐπερῶνεν αὐτῶν τὴν δειλίαν διὰ τῆς ἐν αὐτῷ ὑπομονῆς· ὅς καὶ ἐπισήμως ἐθηριομάχησεν. Βουλομένου γὰρ τοῦ <sup>3</sup> ἀνθύπατου πείθειν αὐτὸν, καὶ <sup>4</sup> λέγοντος, τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ κατοικτεῖραι, ἑαυτῷ ἐπεσπάσατο τὸ θηρίον προσβιασάμενος, τάχιον τοῦ ἀδίκου καὶ ἀνόμου βίου αὐτῶν ἀπαλλαγῆναι βουλόμενος. Ἐκ τούτου οὖν πᾶν τὸ πλῆθος, <sup>5</sup> θαυμάσας τὴν γενναῖότητα τοῦ Θεοφιλοῦς καὶ Θεοσεβοῦς γένους τῶν Χριστιανῶν, ἐπεβόησεν· „αἶψα τοὺς ἀθέους· ζητεῖσθω Πολύκαρπος.“

### IV. *Quintus apostata.*

Εἷς δὲ, ὀνόματι Κόϊντος, Φρυξ, προσφάτως ἐληλυθὼς ἀπὸ τῆς Φρυγίας, ἰδὼν τὰ θηρία ἐδειλλασεν. Οὗτος δὲ ἦν ὁ παραβιασάμενος ἑαυτὸν τε καὶ τινὰς <sup>6</sup> προσελθεῖν ἐκόντας. Τούτου ὁ ἀνθύπατος, πολλὰ ἐκλιπαρήσας, ἔπεισεν ὁμῶσαι καὶ ἐπιθύσαι. Διὰ τοῦτο οὖν, ἀδελφοί, οὐκ ἐπαινούμεν τοῖς <sup>7</sup> προσιέντας ἑαυτούς· ἐπειδὴ οὐχ' οὕτως <sup>8</sup> διδάσκει τὸ εὐαγγέλιον.

### V. *Polycarpi secessus et visio.*

Ὁ δὲ θαυμασιώτατος Πολύκαρπος, τὸ μὲν πρῶτον ἀκούσας οὐκ ἐταράχθη, ἀλλ' ἐβούλετο κατὰ πόλιν μένειν· οἱ δὲ πλείους ἐπέιθον αὐτὸν ὑπεξελθεῖν. Καὶ ὑπεξῆλθεν εἰς ἀγρίδιον, οὐ μακρὰν ἀπέχον ἀπὸ τῆς πόλεως· καὶ <sup>9</sup> διέτριβε μετ' ὀλίγων,

1) Ita Jacobsonus e codd. Vindob. et Paris. In Editis pro ὑπέμειναν legitur χρόνον.

2) Ejus memoriam Latinorum celebrant martyrologia die 19. Januar.

3) Nomen proconsulis, Lucii Statii Quadrati, habes infra c. 21.

4) Na dedit Jacobsonus e cod. Paris. Editi: λέγειν.

5) Ita Jacobsonus e codd. Vindob. et Paris. reposuit pro τινὰς· θαυμασάς.

6) I. e. sponte se persecutoribus offerrent.

sed jam angeli essent. Similiter qui ad bestias erant condemnati, graves cruciatus <sup>1</sup> pertulerunt, super murices prostrati, variisque aliis tormentis excruciiati, ut, si fieri potuisset, tyrannus eos assiduitate supplicii ad negationem Christi adduxisset.

### III. Germanici constantia. Polycarpi mors postulatur.

Multa enim adversus illos diabolus machinatus est. Sed gratia sit Deo; nam neminem iste vincere potuit. Fortissimus enim <sup>2</sup> Germanicus eorum timiditatem constantia sua corroboravit; quippe qui splendide cum bestiis pugnaverit. Nam cum <sup>3</sup> proconsul eum flectere vellet <sup>4</sup> diceretque, ut suam ipse aetatem miseraretur, ille bestiam ultro ad se attraxit eique vim intulit, cupiens velocius ex injusta et iniqua illorum hominum vita effugere. Exinde autem universa multitudo, fortitudinem pii ac religiosi Christianorum generis <sup>5</sup> admirata, exclamavit: *tolle impios; Polycarpus requiratur!*

### IV. Quintus apostata.

Quidam vero, nomine Quintus, natione Phryx, qui nuper ex Phrygia advenerat, cum vidisset bestias, timore percussus est. Hic autem erat, qui se ipsum et alios quosdam impulerat, ut <sup>6</sup> ultro accederent. Huic proconsul multis obsecrationibus persuasit jurare ac sacrificare. Propter hoc igitur, fratres, non laudamus eos, qui sponte <sup>7</sup> sese offerunt; quandoquidem non ita <sup>8</sup> docet Evangelium.

### V. Polycarpi secessus et visio.

Polycarpus autem, vir maxime admirabilis, primum, re audita non turbatus, in urbe permanere volebat; plerique tamen ei persuaserunt, ut secederet. Et secessit in villam, non multum ab urbe dissitam; ubi cum paucis <sup>9</sup> mansit, diu noctuque nil

7) Ms. προσάγοντας ἑαυτοῖς. Jacobsonus legit προδεδωγτας ἑαυτῶς. Nihil conjicit προσάγοντας ἑαυτῶς, nam προσ-λημι = mittere, tradere. fugere ad aliam civitatem (Matth. 10, 23.); ita tamen, ut ei fugere non liceat, mors constanter feratur. C. L. X. 9) Ita Jacobsonus e cod. Paris.

8) Jubet enim potius Evangelium, Editi: ἐπιβε.

νίκτη καὶ ἡμέραν οὐδὲν ἕτερον ποιῶν, ἢ προσευχόμενος περὶ πάντων, καὶ τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐκκλησιῶν· ὅπερ ἦν σὺν-ηθες αὐτῷ. Καὶ προσευχόμενος ἐν ὄπτασίς γέγονε πρὸ τριῶν ἡμερῶν τοῦ συλληφθῆναι αὐτόν· καὶ εἶδεν προσκεφάλαιον αὐτοῦ ὑπὸ πύρρος κατακαίωμενον. Καὶ στραφεὶς εἶπεν πρὸς τοὺς συνόντας αὐτῷ προφητικῶς· „δεῖ με ζῶντα <sup>1</sup> καυθῆναι.“

#### VI. Polycarpus a serculo proditur. Herodes irenarcha.

Καὶ ἐπιμενόντων τῶν ζητούντων αὐτόν, μετέβη εἰς ἕτερον ἀγρίδιον· καὶ εὐθέως ἐπέστησαν οἱ ζητοῦντες αὐτόν. Καὶ μὴ εὐρόντες, σινελάβοντο παιδάριον δύο, ὧν τὸ ἕτερον βασανίζομενον ὠμολόγησεν. <sup>2</sup> Ἦν γὰρ καὶ ἀδύνατον λαθεῖν αὐτόν, ἐπὶ καὶ οἱ προδιδόντες αὐτόν οἰκείοι ὑπῆρχον. Καὶ ὁ <sup>3</sup> εἰρήναχος, ὁ καὶ <sup>4</sup> κληρονόμος, τὸ αὐτὸ <sup>5</sup> ὄνομα, Ἡρώδης ἐπιλεγόμενος, ἔσπευδεν εἰς τὸ στάδιον αὐτόν εἰσαγαγεῖν· ἵνα ἐκείνος μὲν τὸν ἴδιον κλῆρον ἀπαρτίσῃ, Χριστοῦ κοινωνῶς γενόμενος· οἱ δὲ προδόντες αὐτόν τὴν αὐτοῦ τοῦ Ἰουδα ὑποσχοίεν τιμωρίαν.

#### VII. Polycarpus a persecutoribus invenitur.

Ἐχόντες οὖν τὸ παιδάριον, τῇ παρασκευῇ, δείπνου ὡρῆ, ἐξήλθον διωγιμίται καὶ ἵππεῖς, μετὰ τῶν συνήθων αὐτοῖς ὄπλα, <sup>6</sup> „ὡς ἐπὶ ληστὴν τρέχοντες.“ Καὶ ὀψὲ τῆς ὥρας <sup>7</sup> σινεπέθοντες, ἐκείνον μὲν εὖρον ἐν τινι δωματίῳ κατακείμενον, <sup>8</sup> ἢ ὑπερήμῳ· κατέκτεν ἠδύνατο εἰς ἕτερον χωρίον ἀπελθεῖν, ἀλλ' οὐκ ἐβουλίθη, εἰπὼν· <sup>9</sup> „τὸ θέλημα τοῦ <sup>10</sup> Θεοῦ γενέσθω.“ Ἀκούσας <sup>11</sup> δὲ αὐτοὺς παρόντας, καὶ καταβάς, διελέχθη αὐτοῖς θαυμαζόντων τῶν παρόντων τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ καὶ τὸ εὐσταθές, <sup>12</sup> καὶ ὅτι τοσαύτη σπουδῇ ἐχρήσαντο τοῦ συλληφθῆναι τοιοῦτον πρεσβύτερον ἄνδρα. Εὐθέως οὖν αὐτοῖς ἐκέλευσε παρατεθῆναι

1) Ita Jacobsonus e codicibus Vin-  
dob., Paris. et Barocc.; Editi: κατα-  
καυθῆναι.

2) Ἦν γὰρ ... ὑπῆρχον ex Inter-  
polatoris manu esse, censet Dalrym-  
plius. JACOBSON.

3) Irenarchae munus erat, seditiosos

homines et pacis publicae turbatores  
comprehendere. VALERIUS.

4) Κληρονόμοι sunt magistratus,  
sorte electi. COTEL. Mihi idem magi-  
stratus tum εἰρήναχος, tum κλη-  
ρόμος vocatus fuisse videtur.

5) Ὄνομα, ut saepius = *municium*,  
*officium, honor.*

aliud agens, nisi quod oraret pro universis et pro omnibus per orbem ecclesiis; quod ipsi erat solemne. Et cum oraret, triduo antequam comprehenderetur, visio ei obtigit, viditque cervical suum incendio conflagrans. Et conversus ad socios propheticè dixit: *oportet me vitum* <sup>1</sup> *comburi*.

#### VI. *Polycarpus a servulo proditur. Herodes irenarcha.*

Instantibus autem iis, qui quaerebant eum, in aliam villam migravit; et statim aderant exploratores. Cumque illum non reperissent, duos servulos comprehenderunt, quorum alter, tormentis subditus, confessus est. <sup>2</sup> Impossibile autem erat latere ipsum, cum proditores domestici ejus essent. <sup>3</sup> Irenarcha vero, vel <sup>4</sup> cleronomus, quod idem <sup>5</sup> munus est, nomine Herodes, in stadium illum ducere properabat, ut hic sortem suam impleret, Christi consors factus; proditores autem Judae ipsius poenas subeant!

#### VII. *Polycarpus a persecutoribus invenitur.*

Habentes ergo puerulum, feria sexta, sub horam coenae, egressi sunt persecutores et equites cum consuetis armis, <sup>6</sup> *tantumquam adversus latronem proficiscentes*. Et sub vespertinum tempus <sup>7</sup> advenientes, illum <sup>8</sup> in superiori cubiculo parvae cujusdam domus discumbentem invenerunt; unde in aliud praedium abire poterat, sed noluit, dicens: <sup>9</sup> *fiat voluntas* <sup>10</sup> *Dei*. Cum <sup>11</sup> vero eos adstantes audisset ac descendisset, cum eis collocutus est, mirantibus iis, qui aderant, aetatem ejus et constantiam, <sup>12</sup> quodque ipsi tanto studio usi fuerint ad hujusmodi virum senem comprehendendum. Statim nunc illa hora iis

6) Matth. 26, 55.

7) Ita Usserius et Smithius ex Eusebii (H. E. IV, 15.) lectione *ἐπιελθόντες*; corrigendum esse putant. Editi: *συναπελθόντες*.

8) Praepositionem *ἐν* ab aliis omissam reposuit Jacobsonus e cod. Vindob.

9) Cfr. Matth. 6, 10. Act. 21, 14.

10) Ita Jacobsonus e tribus codd.; Vulg. *κυρίου*.

11) Ita Jacobsonus e codd. Vind. et Paris. Vulg. *ἀκούσας οὖν τοὺς παρόντας*.

12) Ita Jacobsonus e cod. Parisiensi. Vulg.: *εὐσταθὲς, τινὲς ἔλεγον· ἢ τοσαύτη σπουδῇ, ἢ τοῦ συλληφθῆναι τοιοῦτον πρεσβύτερον ἄνδρα ἦν;*

γραφεῖν καὶ πιεῖν ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ, ὅσον ἂν βούλωνται· ἐξητίσατο δὲ αὐτοὺς, ἵνα δώσωιν αὐτῷ ὥραν πρὸς τὸ προσεῖξασθαι ἀδεῶς. Τῶν δὲ ἐπιτρεψάντων, σταθεῖς προσήρξαστο, πλήρης ὢν τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ, οὕτως, ὥστε ἐπὶ δύο ὥρας μὴ δύνασθαι σιωπῆσαι, καὶ ἐκπλήττεσθαι τοὺς ἀκούοντας, πολλοὺς τε μετανοεῖν ἐπὶ τῷ ἠηλυθῆναι ἐπὶ τοιοῦτον θεοπρεπῆ προεσβύτην.

### VIII. Polycarpus in urbem ducitur.

Ὡς δὲ κατέπεισε τὴν προσερχήν, μαημονεύσας ἀπάντων καὶ τῶν ἑνώπιον συμπεβηκότων αὐτῷ, μικρῶν τε καὶ μεγάλων, ἐνδόξων τε καὶ ἀδόξων, καὶ ἀπάσης τῆς κατὰ τὴν οἰκομένην καθολικῆς ἐκκλησίας, τῆς ὥρας ἐλθούσης τοῦ ἐξιέναι, ἐν ᾗ καθίσαντες αὐτὸν, ἤγον εἰς τὴν πόλιν, ὄντος ἑσβαβίτου μεγάλου. Καὶ ὑπῆρξα αὐτῷ ὁ εἰρηναρχος Ἡρώδης καὶ ὁ πατήρ αὐτοῦ Νικήτης ἑπὶ τὸ ὄχημα, οἳ καὶ μεταθέντες αὐτὸν ἐπὶ τὴν καρούχην, ἐπειθον παρακαθεζόμενοι καὶ λέγοντες· „τί γὰρ κακὸν ἐστὶν εἰπεῖν, ἄκυριος Καῖσαρ, καὶ ἐπιθύσαι, καὶ τὰ τοῦτοις ἀκόλουθα, καὶ διασώζεσθαι;“ Ὁ δὲ τὰ μὲν πρῶτα οὐκ ἀπεκρίνατο αὐτοῖς· ἐπιμενόντων δὲ αὐτῶν, ἔφη· „οὐ μέλλω ποιεῖν, ὃ συμβουλευέτέ μοι.“ Οἱ δὲ ἀποτυχόντες τοῦ πείσαι αὐτὸν, δεινὰ ῥήματα ἔλεγον αὐτῷ, καὶ μετὰ σπουδῆς καθήρουν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ὀχήματος, ὡς καὶ κατιόντα ἀπὸ τῆς καρούχης ἀποσυρῆναι τὸ ἀντικλήμιον. Καὶ μὴ ἐπιστραφεῖς, ὡς οὐδὲν πεπονθώς, προθύμως μετὰ σπουδῆς ἐπορεύετο, ἀγόμενος εἰς τὸ στάδιον, Θορόβου τηλικούτου ὄντος ἐν τῷ σταδίῳ, ὡς μηδὲ ἀκουσθῆναι τινὰ δύνασθαι.

### IX. Polycarpus Christo Domino suo non maledicit.

Τῷ δὲ Πολύκαρπῳ, εἰσιόντι εἰς τὸ στάδιον, φωνὴ ἐξ οὐρανοῦ ἐγένετο· „ἴσχυε καὶ ἀνδρίζου, Πολύκαρπε.“ Καὶ τὸν μὲν εἰπόντα οὐδεὶς εἶδεν· τὴν δὲ φωνὴν τῶν ἡμετέρων οἱ παρόντες ἤκουσαν. Καὶ [ἑ]λοιπὸν] προσαχθέντος αὐτοῦ, Θόρβος ἦν μέγας ἀκουσάντων, ὅτι Πολύκαρπος σινείλγεται. Λοιπὸν

1) Ita Jacobsonus e tribus codicibus. Vulg. ποτέ.

2) I. e. Vigilia Paschalis.

cibum et potum apponi iussit, quantum vellent; petiit autem ab illis, ut ipsi darent horæ spatium ad libere orandum. Quod cum concessissent, stans orabat, plenus gratia Dei; adeo, ut per duas horas tacere non posset, ac obstupescerent auditores, multosque eorum poeniteret, quod adversus senem, Deo tantopere gratum, venissent.

### VIII. Polycarpus in urbem ducitur.

Cum autem precationem finiisset, in qua mentionem fecerat omnium, qui aliquando cum ipso congressi fuerant, parvorum quidem et magnorum, clarorum et obscurorum, totiusque per orbem terrarum catholicae ecclesiae; quumque hora proficiscendi venisset, asino eum imponentes, in urbem duxerunt die magni sabbati. Et occurrit ei Herodes irenarcha, ac pater ejus Nicetas, curru vecli, qui et eum in carrucam suam transtulerunt, assidentesque hortabantur, dicentes: *quid enim mali est, dicere „dominus Caesar,“ et sacrificare, atque ita saloum evadere?* Ille autem primum quidem eis non respondit; sed cum instarent, dixit: *facturus non sum, quod suadetis mihi.* Tum illi, frustrati spe flectendi eum, contumeliose ei verba dixerunt, et cum vehementia dejecerunt eum e curru, adeo, ut e carruca exiens tibiam distraheret. Sed nequaquam commotus, et quasi nihil mali passus esset, alacriter et propere pergebat, ductus ad stadium. Tantus vero erat in stadio tumultus, ut nemo posset audiri.

### IX. Polycarpus Christo Domino suo non maledicit.

Polycarpo autem, intranti in stadium, vox e coelo contigit: *fortis esto et viriliter age, Polycarpe!* Et eum quidem, qui vocem emisit, nemo vidit; vocem autem ii audierunt, qui ex nostris praesentes erant. Ceterum introducto illo magnus erat tumultus eorum, qui Polycarpum comprehensum esse audierunt.

3) Ἐπὶ τὸ ὄχημα glossema esse videtur. JACOBSON.

4) Codices omnes habent κύριος. Editi: κύριε. JACOBSON.

5) Ἀπὸ τοῦ ὀχήματος glossema esse videtur. JACOBSON.

6) Vocem λουτήν, quae statim recurrit, uncinis inclusit Jacobsonus.



προσαχθέντα αὐτὸν ἀνηρώτα ὁ ἀνθύπατος, εἰ αὐτὸς εἶη Πολύκαρπος. Τοῦ δὲ ὁμολογοῦντος, ἔπειθεν ἀρνεῖσθαι, λέγων· „αἰδέσθητί σου τὴν ἡλικίαν,“ καὶ ἕτερα τούτοις ἀκόλουθα, ὡς ἔθος αὐτοῖς <sup>1</sup> λέγειν· „ὁμοσον τὴν Καίσαρος τύχην, μετανοήσον, <sup>2</sup> εἰπέ· αἶρε τοὺς ἀθέους.“ Ὁ δὲ Πολύκαρπος ἐμβριθεῖ τῷ προσώπῳ εἰς πάντα τὸν ὄχλον τῶν ἐν τῷ σταδίῳ ἀνόμων ἐθνῶν ἐμβλέψας, καὶ ἐπισείσας αὐτοῖς τὴν χεῖρα, στενάξας τε καὶ ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶπεν· „αἶρε τοὺς <sup>3</sup> ἀθέους.“ Ἐγκειμένου δὲ τοῦ ἀνθυπάτου καὶ λέγοντος· „ὁμοσον, καὶ ἀπολύω σε, λοιδορήσον τὸν Χριστόν.“ ὁ Πολύκαρπος ἔφη· „ὀρθοκόντα καὶ ἕξ ἔτη ἔχω δουλεύων αὐτῷ, καὶ οὐδέν με ἠδίκησεν· καὶ πῶς δύναμαι βλασφημῆσαι τὸν βασιλέα μου, τὸν σώσαντά με;

#### X. Polycarpus se Christianum profitetur, et de Christo loqui vult.

Ἐπιμένοντος δὲ πάλιν αὐτοῦ καὶ λέγοντος· „ὁμοσον τὴν Καίσαρος τύχην,“ ἀπεκρίνατο· „εἰ κενοδοξεῖς, ἵνα ὁμώσω τὴν Καίσαρος τύχην, ὡς σὺ λέγεις, <sup>4</sup> προσποιεῖ δὲ ἀγνοεῖν με, τίς εἰμι· μετὰ παθήσας ἄκουε, Χριστιανός εἰμι. Εἰ δὲ μαθεῖς θέλεις τὸν τοῦ Χριστιανισμοῦ λόγον, δὸς ἡμέραν, καὶ ἄκουσον.“ Ὁ ἀνθύπατος ἔφη· <sup>5</sup> „πείσον τὸν δῆμον.“ Ὁ δὲ Πολύκαρπος εἶπεν· „σὲ μὲν καὶ λόγου ἠξίωσα· δεδιδάγμεθα γὰρ <sup>6</sup> ἀρχαῖς καὶ ἔξουσίαις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τεταγμέναις τιμὴν κατὰ τὸ προσῆκόν, τὴν μὴ βλέπτουσαν ἡμᾶς, ἀπονέμειν· ἐκείνους δὲ οὐκ ἴγοῦμαι ἀξίους, τοῦ ἀπολογεῖσθαι αὐτοῖς.“

#### XI. Neo bestiarum, nec ignis minae Polycarpum perterrent.

Ὁ δὲ ἀνθύπατος πρὸς αὐτὸν εἶπε· „θηρία ἔχω, τούτοις σε παραβαλῶ, εἰ μὴ μετανοήσῃς.“ Ὁ δὲ εἶπεν· „κάλει, ἀμετάθετος γὰρ ἰμῶν ἢ ἀπὸ τῶν κρειττόνων ἐπὶ τὰ χεῖρω μετόνω· καλὸν δὲ μετατίθεσθαι με ἀπὸ τῶν χαλεπῶν ἐπὶ τὰ δίκαια.“ Ὁ δὲ πάλιν πρὸς αὐτόν· „πυρὶ σε ποιῶ δαπανηθῆναι, εἰ τῶν θηρίων καταφρονεῖς, εἰ μὴ μετανοήσῃς.“ Ὁ δὲ Πολύ-

1) Ita Jacobsonus e cod. Vindob. Editi: λέγων.

2) I. e. *Unausgesprochen pagane Christen* et *optes innotuitum*.

3) I. e. *paganos persecutores*.

4) Ita Jacobsonus e codd. Barocc. et Vindob. Editi: προσποιεῖς, male.

De cetero adductum eum interrogavit proconsul, an ipse esset Polycarpus. Cumque annueret, hortabatur ille, ut negaret, dicens: *reverere aetatem tuam*, aliaque his consentanea, quae isti <sup>1</sup> proferre solent: *jura per fortunam Caesaris, respisce, <sup>2</sup> conclama: tolle impios*. Tunc Polycarpus gravi ac severo vultu turbam omnem sceleratorum, qui in stadio erant, gentilium contuens, manumque in eos porrigens, simulque gemens ac coelum suspiciens dixit: *tolle <sup>3</sup> impios*. Urgente vero proconsule atque dicente: *jura, et dimitto te, maledic Christo*; Polycarpus respondit: *octoginta et sex anni sunt, ex quo servio ei, nec me ulla affectit injuria; et quomodo possim maledicere regi meo, qui saluum me fecit?*

**X. Polycarpus se Christianum profitetur, et de Christo loqui vult.**

Urgente rursus illo et dicente: *jura per fortunam Caesaris*, respondit: *si vanam ex eo quaeris gloriam, ut ego per Caesaris fortunam, ut tu ais, jurem, <sup>4</sup> simulas autem nescire, quis sim; palam audi: Christianus sum*. Si vero christianae doctrinae rationem vis discere, da diei spatium et audi. Proconsul dixit: <sup>5</sup> *persuade populo*. Polycarpus respondit: *te quidem sermone dignum puto; edocti enim sumus, <sup>6</sup> principibus et potestatibus, a Deo ordinatis, prout decet, honorem nobis non nocentem deferre; illos vero indignos puto, quibus rationem reddam*.

**XI. Nec bestiarum, nec ignis minae Polycarpum perterrent.**

At proconsul ad ipsum dixit: *bestias habeo; his te obijciam, nisi convertaris*. Ipse vero respondit: *arcesse eas, nos enim mutari non possumus conversione a melioribus ad deteriora; bonum autem est, me a malis ad justa transire*. Rursus iste ad Polycarpum: *quandoquidem bestias spernis, igni te tradam consumendum, nisi sententiam mutes*. Cui Poly-

5) I. e. *audire te volo, si a populo* | *servare voluisse videtur. Vide ejus*  
*prolationem supplicii poteris im-* | *Historiam eccles. I. 1. p. 189.*  
*petrare. Neandro proconsul Ignatium* | 6) Cfr. Rom. 13, 1. 7. Tit. 3, 1.

καρπος· „πῦρ ἀπειλεῖς τὸ πρὸς ὥραν καίόμενον, καὶ μετ' ὀλίγον σβεννύμενον· ἀγνοεῖς γὰρ τὸ τῆς μελλούσης κρίσεως καὶ αἰωνίου κολάσεως τοῖς ἀσεβέσι τρητούμενον πῦρ. Ἀλλὰ τί βροθύνεις; Φέρε, ὃ βούλει.“

### XII. Polycarpus ad rogam damnatur.

Ταῦτα δὲ καὶ ἄλλα πλείονα λέγων, θάψους καὶ χαρᾶς ἐνεπίμπλατο, καὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ χάριτος ἐπληροῦτο, ὥστε οὐ μόνον μὴ συμπεσεῖν, <sup>1</sup> ταραχθέντος ὑπὸ τῶν λεγομένων πρὸς αὐτὸν, ἀλλὰ τούναντιον τὸν ἀνθύπατον ἐκστῆναι, πέμψαι τε τὸν ἑαυτοῦ κήρυκα, ἐν μέσῳ τῷ σταδίῳ κηρῶσαι τρίτον· „Πολύκαρπος ὡμολόγησεν ἑαυτὸν Χριστιανὸν εἶναι.“ Τούτου λεγθέντος ὑπὸ τοῦ κήρυκος, ἅπαν τὸ πλῆθος ἐθνῶν τε καὶ Ἰουδαίων τῶν τῆν Σμύρναν κατοικούντων, ἀκατασχετῶ θυμῷ καὶ μεγάλῃ φωνῇ ἐπεβόα· „οὗτός ἐστιν ὁ τῆς <sup>2</sup> ἀσεβείας διδάσκαλος, ὁ πατὴρ τῶν Χριστιανῶν, ὁ τῶν ἡμετέρων θεῶν καθαιρέτης, ὁ πολλοὺς διδάσκων μὴ θεῶν, μηδὲ προσκυνεῖν τοῖς θεοῖς.“ Ταῦτα λέγοντες ἐπεβόων καὶ ἠρώτων τὸν <sup>3</sup> Ἀσιάρχην Φίλιππον, ἵνα ἐπαρῆ τῷ Πολυκάρπῳ λέοντα. Ὁ δὲ Φίλιππος ἔφη, μὴ εἶναι ἐξὸν αὐτῷ, ἐπειδὴ <sup>4</sup> πεπληρώκει τὰ κινηγέσια. Τότε ἔδοξεν αὐτοῖς ὁμοθυμαδὸν ἐπιβοῆσαι, ὥστε τὸν Πολύκαρπον <sup>5</sup> ζῶντα κατακαυθῆναι. Ἐδει γὰρ τὸ τῆς φανερωθείσης ἐπὶ τοῦ προσκεφαλαίου ὀπτασίας πληρωθῆναι, ὅτε ἰδὼν αὐτὸ καίόμενον προσευχόμενος, εἶπεν ἐπιστραφεὶς τοῖς σὺν αὐτῷ πιστοῖς προφητικῶς· „δεῖ με ζῶντα κατακαυθῆναι.“

### XIII. Rogus exstruitur.

Ταῦτα οὖν μετὰ τοσοῦτου τάχους ἐγένετο, θάψτον τοῦ λεχθῆναι, τῶν ὄχλων παραχοῆμα συναγόντων ἕκ τε τῶν ἐργα-

1) Ita Jacobsonus e codd. Vindob. et Paris. Editi: ταραχθέντα.

2) Pro ἀσεβείας restituendum esse Ἀσέας, Eusebii, Rufini et veteris Interpretis consentiens hic evincit auctoritas. UssER.

3) Ἀσιάρχαι erant, qui ludos sa-

cios in honorem Deorum pro salute provinciae suae statis temporibus procurabant. Quod vero spectacula, quae ab illis dabantur, sacra erant, inde sacerdotes sunt appellati. MARDI. Valde onerosum erat hoc sacerdotium, atque ideo non nisi opulentiores ad

carpus: ignem minaris, qui ad horae spatium ardet, ac paulo post exstinguitur; ignoras enim illum futuri iudicii et aeternae poenae ignem, qui impiis reservatur. Verum quid moraris? Profer, quodcumque volueris.

### XII. Polycarpus ad rogum damnatur.

Haec vero atque alia plurà cum diceret, fiducia et gaudio replebatur, illiusque vultus plenus gratiae erat, adeo, ut non solum non concideret, ipso per dicta <sup>1</sup> conturbato; sed contra proconsul stuperet, suumque mitteret praeconem ter in medio stadio proclamaturum: *Polycarpus confessus est, Christianum se esse*. Quod ubi pronuntiasset praeco, universa multitudo gentilium ac Judaeorum, qui Smyrnam incolebant, effrenata ira et magna voce conclamabat: *hic <sup>2</sup> impietatis est praeceptor, pater Christianorum, Deorum nostrorum eversor, qui multos docet, ne sacrificent, neve Deos adorent*. Haec dicentes clamabant rogabantque Philippum <sup>3</sup> Asiarcham, ut leonem adversus Polycarpum emitteret. At Philippus id sibi licere negavit, quia ludum bestiarium jam <sup>4</sup> explevisset. Tunc placuit illis, uno consensu clamare, ut Polycarpus <sup>5</sup> vivus combureretur. Necesse enim erat, ut visio illa de cervicali impleretur, quae ei ostensa fuerat, cum inter orandum illud ardens videret, et conversus ad fideles adstantes propheticè diceret: *oportet me vivum comburi*.

### XIII. Rogus exstruitur.

Haec porro citius peracta sunt, quam pronuntiata, cuncta plebe confestim ex officinis ac balneis ligna et sarmenta con-

1) „Die Seele, wenn man sie schlecht mit Speise und Trank bedient, wird besser.“ De anima, h. e. sede appetituum, dicitur quod de corpore dici consuevit. Otto.

2) I. e. numero crescunt. Hanc explicationem impugnat Dr. Otto, quia sententia praecedens ipsi postulare videtur, ut verbum πλεονάζουσι de incremento capiatur interno = au-

gentur, confirmantur, wachsen innerlich an Kraft.

3) Coniungit haec cum fine capituli IV, et initio c. V.: οὐ . . . φροντίζω . . . ἀνθρώπων μάθημα τοῦτ' αὐτοῖς ἵνα εὐρημένον.

4) Ἀληθῶς. Hanc vocem, in vulgato textu omissam, ope codicis Argenoratensis reposuit Otto.

5) Ἐνίδρυσε. Ita legitur in spe-

exspectantes. <sup>1</sup> Anima, quoad cibum et potum male tractata, melior fit; et Christiani, suppliciis affecti, quotidie <sup>2</sup> numero crescunt. Tam insignem illos Deus tenere locum voluit, quem illis nefas est defugere.

VII. *Religio christiana a Deo instituta, qui non creaturam, sed proprium filium misit. Parusia Christi.*

<sup>3</sup> Non enim terrenum, ut dixi, inventum hoc illis traditum est, neque mortalem cogitationem tam accurate custodiendam sibi censent, neque humanorum mysteriorum oeconomia illis commissa est; sed ipse <sup>4</sup> vere omnipotens Deus, omnium creator et invisibilis, e coelis veritatem et Verbum sanctum ac incomprehensibile inter homines <sup>5</sup> locavit, et in cordibus eorum firmam habere sedem voluit; non, quemadmodum aliquis conjicere possit, hominibus ministrum aliquem mittens, aut angelum, aut principem, aut aliquem eorum, qui terrena gubernant, quibusve commissa est cura rerum in coelis administrandarum; sed ipsum opificem et creatorem omnium, per quem coelos condidit, per quem mare suis terminis conclusit; cujus <sup>6</sup> mysteria fideliter ab omnibus <sup>7</sup> astris observantur; a quo <sup>8</sup> sol mensuras diurnorum cursuum observandas accepit; cui paret luna, jubenti eam lucere nocti; cui astra obtemperant, lunae cursum sequentia; a quo omnia disposita sunt, et suis limitibus circumscripta, <sup>9</sup> eique subdita: coeli et quae in coelis sunt, terra et quae in terra sunt, mare et quae in mari, ignis, aër, abyssus, quae in altitudine, quae in profundis, quaeque in medio locata sunt. Hunc ad eos misit. Num, ut quisquam cogitare possit, tyrannidis

grapho Beureri et in codice Argentoratensi. Codex Stephani male habet *ἐνδούρα*.

6) I. e. leges, quibus Creator rerum naturam moderatur, quaeque hominum intellectum latent. BOEHL.

7) *Στοιχεῖα* = *astra*, praesertim *duodecim signa Zodiaci*, ut saepius *apud* Patres, tum latinis, tum grae-

cos. Cfr. *Marani* adnot. ad *Libr. Theophil.* ad Autol. I, 4. Nota f. et *Galland. Bibl. T. II. p. 160. Not. b.*

8) Addendum esse *ἦλος*, jam vidit Stephanus.

9) Hanc versionem impugnat Otto, vertens: *a quo (Deo) hominibus subiecta sunt omnia, coeli et quae in coelis etc.*

τυραννίδι καὶ φόβῳ καὶ καταπλήξει; Οὐ μὲν οὖν· ἀλλ' ἐπιεικείῃ, πραύτητι<sup>1</sup>. Ὡς βασιλεὺς πέμπων υἱὸν βασιλέα ἐπέμψεν· ὡς Θεὸν ἐπέμψεν, ὡς πρὸς ἀνθρώπους ἐπέμψεν,<sup>2</sup> ὡς σώζων ἐπέμψεν, ὡς πείθων, οὐ βιαζόμενος· βία γὰρ οὐ πρόσεστι τῷ Θεῷ. <sup>3</sup>Ἐπέμψεν ὡς καλῶν, οὐ διώκων· ἐπέμψεν ὡς ἀγαπῶν, οὐ κρινῶν. Πέμπει γὰρ αὐτὸν κρινόντα· καὶ τίς αὐτοῦ τὴν παρουσίαν ὑποστήσεται; <sup>4</sup>Οὐχ ὄρῳ παραβαλομένους θηρίοις, ἵνα ἀρνήσωνται τὸν κύριον, καὶ μὴ νικωμένους; Οὐχ ὄρῳ, ὅσῳ πλείονες <sup>5</sup>κολάζονται, <sup>6</sup>τοσοῦτω πλεονάζοντες ἄλλους; Ταῦτα ἀνθρώπου οὐ δοκεῖ τὰ ἔργα· ταῦτα δυνάμει ἐστὶ Θεοῦ· ταῦτα τῆς παρουσίας αὐτοῦ δειγμάτια.

VIII. *Quam miser hominum status ante Verbi adventum fuerit.*

Τίς γὰρ ὅλως ἀνθρώπων ἠπίστατο, τί ποτ' ἐστὶ Θεός, πρὶν αὐτὸν εἰσεῖν; Ἡ τοὺς κενούς καὶ ληρώδεις ἐκείνων λόγους ἀποδέχη τῶν <sup>7</sup>ἀξιολίπτων φιλοσόφων, ὧν οἱ μὲν <sup>8</sup>τις πῦρ ἔφασαν εἶναι τὸν Θεὸν (οὗ μέλλουσι χωρήσειν αὐτοὶ, τοῦτο καλοῦσι Θεόν), οἱ δὲ ὕδωρ, οἱ δὲ ἄλλο τι τῶν στοιχείων τῶν ἐκτισμένων ὑπὸ Θεοῦ; Καίτοι γε, εἴ τις τούτων τῶν λόγων ἀπόδεκτός ἐστι, δύναται ἂν καὶ τῶν λοιπῶν κτισμάτων ἐν ἑαυτῷ ὁμοίως ἀποφαινεσθαι Θεόν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τερατεία καὶ πλάνη τῶν γοήτων ἐστίν· ἀνθρώπων δὲ οὐδεὶς οὔτε εἶδεν, οὔτε ἐγνώρισεν· <sup>9</sup>αὐτὸς δὲ ἑαυτὸν ἐπέδειξεν. Ἐπέδειξε <sup>10</sup>δὲ διὰ πίστεως, ἧ μόνῃ Θεὸν ἰδεῖν συγκεχώρηται. <sup>11</sup>Ὁ γὰρ δεσπότης καὶ δημιουργὸς τῶν ὅλων Θεός, ὁ ποιήσας τὰ πάντα καὶ κατὰ τάξιν διακρίνας, οὐ μόνον φιλάνθρωπος ἐγένετο, ἀλλὰ

1) Scil. misit eum.

2) Joann. 3, 17.

3) Ἐπέμψεν — διώκων deest in editione Maranea operum S. Justini et apud Gallandium, incuria, ut videtur, librarii.

4) Ita lacunam Msti explevit Stephanus.

5) Κολάζονται. Ita e codice Argentoratensi restituit Otto. Codex Stephani habet κολάζοντες.

6) Haec non ante Trajani tempora scripta esse possunt. Cfr. *Tübinger Quartalschrift*, 1825. p. 447. Otto vertit: „siehst du nicht, dass je mehr Christen gestraft werden, desto mehr andere Christen im Innern erstarken.“ Πλεονάζουσι = egregium illorum exemplum alii ad imitandum sibi sumunt. Cfr. supra c. 6. p. 308. not. 2.

7) Ἀξιόπιστος = qui fide dignus

\* Ἐπίσταμαι = know, understand.

exercendae et terroris incutiendi causa? Minime; sed in clementia, in lenitate <sup>1</sup>. Ut rex filium regem, misit eum; ut Deum misit eum, ad homines eum misit, <sup>2</sup> servans nos misit eum, persuadens, non violentiam adhibens; violentia enim Deo non inest. <sup>3</sup> Misit ut vocans, non persequens; misit ut amans, non iudicans. Mittet enim eum iudicaturum, et quis ejus adventum sustinebit? <sup>4</sup> Nonne vides objectos feris, ut abnegent Dominum, sed non victos? Nonne vides, quo plures supplicio <sup>5</sup> afficiantur, <sup>6</sup> tanto majorem fieri numerum reliquorum? Haec non videntur ab homine fieri; haec sunt Dei potentia; haec adventus ejus sunt indicia.

VIII. *Quam miser hominum status ante Verbi adventum fuerit.*

Quis enim hominum Deum cognoverat, priusquam ipse Deus venerat? An vana et nugacia effata philosophorum istorum approbas, qui fide <sup>7</sup> perperam digni sunt habiti, quorum <sup>8</sup> aliqui ignem esse Deum dixerunt (id Deum vocantes, in quod profecturi sunt ipsi); alii aquam; alii aliud ex elementis a Deo creatis. Sed tamen, si horum dictorum aliquod approbatione dignum est, illi et ceterarum rerum, quae sunt creatae, unamquamque similiter Deum pronuntiare possint. Verum hi sermones sunt prodigiosa mendacia et imposturae praestigiatorum; hominum vero nemo vidit, nemo notum fecit eum; <sup>9</sup> sed ipse seipsum ostendit. Ostendit <sup>10</sup> se autem per fidem, cui soli Deum videre concessum est. <sup>11</sup> Nam Dominus et opifex omnium Deus, qui omnia fecit et suo quaque ordine disposuit, non solum hominum

est, et qui fide dignus tantum putatur. Cfr. Ignat. ad Philad. c. 2. Not. 3; ἀγωνιστῶν ironice dictum esse monent Otto et Hoffmannus l. c. p. 25.

8) In codice Stephani post μὲν est lacuna, in codice autem Argentoratensi Otto adhuc vestigia verbi τῶν; detexit.

9) Hunc locum contra Patripassia-

nismi suspicionem defendit Dorner, Lehre von der Person Christi ed. II. P. I. p. 413.

10) Scil. ἐαυτὸν. OTTO.

11) His verbis transit ad quaestionem eam tractandam, cur Deus ultimo demum tempore gratiam et benignitatem suam hominibus patefecerit. BOEHL. Cfr. Neander, K.G. I. 1. p. 1108. edit. II. et Quartalschrift, l. c. p. 460.

τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἐμίσησεν ἡμᾶς, οὐδὲ ἀπώσατο, οὐδὲ ἐμνησκίχθησεν, ἀλλὰ ἐμακροθύμησεν, ἠγάπησεν, <sup>1</sup> αὐτὸς τὰς ἡμετέρας ἁμαρτίας ἀνεδέξατο. <sup>2</sup> αὐτὸς τὸν ἴδιον υἱὸν ἀπέδοτο λιτὸν ὑπὲρ ἡμῶν, τὸν ἅγιον ὑπὲρ ἀνόμων, τὸν ἄκακον ὑπὲρ τῶν κακῶν, τὸν δίκαιον ὑπὲρ τῶν ἀδίκων, τὸν ἀφθαρτον ὑπὲρ τῶν φθαρτῶν, τὸν ἀθάνατον ὑπὲρ τῶν θνητῶν. Τί γὰρ ἄλλο τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἠδυνήθη <sup>3</sup> καλύψαι ἢ ἐκείνου δικαιοσύνη; Ἐν τίνι δικαιώθηται δυνατόν τοὺς ἀνόμους ἡμᾶς καὶ ἀσεβεῖς ἢ ἐν μόνῳ τῷ υἱῷ τοῦ Θεοῦ; Ὡς τῆς γλυκείας ἀγαλλαγῆς ἢ τῆς ἀνεξιχνιάστου δημιουργίας, ὡς τῶν ἀπρόσδοκῶν εὐεργεσιῶν· ἵνα ἀνομία μὲν πολλῶν ἐν δικαίῳ ἐνὶ κρυβῆ, δικαιοσύνη δὲ ἐνὸς πολλοὺς ἀνόμους δικαιώσῃ. Ἐλέγξας οὖν ἐν μὲν τῷ πρόσθεν χρόνῳ τὸ ἀδύνατον τῆς ἡμετέρας φύσεως εἰς τὸ τυχεῖν ζωῆς, νῦν δὲ τὸν σωτήρα δεῖξας, δυνατόν σώζειν καὶ τὰ ἀδύνατα, ἐξ ἀμφοτέρων ἐβουλήθη πιστεῦειν ἡμᾶς τῇ χρηστότητι αὐτοῦ, αὐτὸν ἠγέσθαι τροφέα, πατέρα, διδάσκαλον, συμβουλον, ἰατρὸν, νοῦν, φῶς, τιμὴν, δόξαν, ἰσχὺν, ζωὴν. <sup>4</sup> καὶ ἐνδύσεως καὶ τροφῆς μὴ μεριμᾶν.

X. *Quanta bona Diogneto affluant, si fidem suscipiat.*

Ταῦτα καὶ σὺ τὴν πίστιν εἰς <sup>5</sup> ποθήσῃς, καὶ λάβῃς πρῶτον μὲν ἐπίγνωσιν <sup>6</sup> πατρὸς. Ὁ γὰρ Θεὸς τοὺς ἀνθρώπους ἠγάπησεν, δι' οὓς ἐποίησεν τὸν κόσμον, οἷς ὑπέταξε πάντα τὰ ἐν <sup>7</sup> τῇ γῆ, οἷς <sup>8</sup> λόγον ἔδωκεν, οἷς νοῦν, οἷς μόνοις <sup>9</sup> ἀνω πρὸς αὐτὸν ὄραν ἐπέτρεψεν, οὓς ἐκ τῆς ἰδίας εἰκόνας ἐπλασε,

gentoratensi. Ὡς = quoniam, quum; post *μία* subaudiendum est *ἰστέ*. Sen- sus est: quum Dei amor, qui ab eximia erga homines benevolentia (φιλιανθρωπίας) proficiscitur, unicus sit, i. e. sibi semper constet quoad abundantiam = semper summus sit etc. OTTO. Prudentius Maranus conjecit: ὁ ὑπερβαλλούσης φιλιανθρωπίας, οἷα ἀγάπη!

1) In Ms. additur *λέγων*, quod ad- jectum videtur ab aliquo existimante,

verba Isaiae 53, 4 aut 11 citari. MARAN. Nolte pro *λέγων* conjecit *ἔκόν*. Otto delet *ἠγάπησεν* et sequentia Glossema reputat ex Isai 53, 4. 11 desumptum.

2) Cfr. Rom. 8, 32.

3) Cfr. Jac. 5, 20.

4) Cfr. Matth. 6, 25 sqq. *Περὶ* — *μεριμᾶν* Otto Glossema esse putat.

5) Dubitat Stephanus, utrum *ποθή* an *ποθήσῃς* in *Μετο* legatur. In

habuit, neque rejecit, neque improbitatis nostrae memorem se ostendit, sed patienter eam tulit ac sustinuit, <sup>1</sup> ipse peccata nostra suscepit; <sup>2</sup> proprium ipse filium pretium redemptionis pro nobis dedit, sanctum pro iniquis, mali expertem pro malis, iustum pro injustis, incorruptibilem pro corruptibilibus, immortalem pro mortalibus. Quid enim aliud peccata nostra potuit <sup>3</sup> tegere, quam ejus justitia? In quo alio nos iniqui et impii justificari possumus, quam in solo filio Dei? O dulcem permutationem, o impervestigabilem institutionem, o beneficia expectationem omnem superantia: ut iniquitas quidem multorum in uno justo abscondatur, justitia autem unius multos injustos justificet! Quum igitur superiori tempore nos convicisset, non posse naturam nostram vita potiri, nunc autem servatorem ostendisset, qui servare potest ea etiam, quae servari non poterant; per utrumque voluit, nos benignitati suae credere, ipsumque existimare nutritorem, patrem, magistrum, consiliarium, medicum, sapientiam, lumen, honorem, gloriam, robur, vitam; <sup>4</sup> de vestitu et victu sollicitos non esse.

X. *Quanta bona Diogneto affluant, si fidem suscipiat.*

Hanc si tu quoque <sup>5</sup> expetiveris fidem, etiam adipisceris primum quidem agnitionem <sup>6</sup> patris. Deus enim homines dilexit, propter quos mundum creavit, quibus omnia subjecit, quae in <sup>7</sup> terra sunt, quibus <sup>8</sup> rationem, quibus mentem dedit, quibus solis <sup>9</sup> sursum ad ipsum oculos attollere permisit, quos ad imaginem

Beureri autem apographo et in codice Argenteratensi evidenter scriptum est ποθήσῃς. OTTO.

6) Ita lacunam codicis Stephaniani explevit Otto, ad fidem apographi Beureriani et codicis Argenteratensis, vertens: „Hast du Sehnsucht nach jenem Glauben, so wirst du auch Gottes Wesen erkennen, dass es nämlich Liebe sei.“ Böhlio placuit: ἐπιγνώσῃς π[ροσλήψῃ τοῦ Θεοῦ χρηστό-της]; Sylburgio: ἐπιγνώσῃς πατρός

σοι παρέξει. Cfr. *Quartalschrift*, 1825. p. 455.

7) Ita lacunam codicis explet Otto; alii legunt ἐν αὐτῷ.

8) Ita codices. Male Maranus λόγον exhibuit.

9) Post vocem μόνοις erat in Mto litera, quam Stephanus initium esse putat vocis ἄνω aut ἀτενές. Habebat ἄνω apographon Beureri. MARAN. Primam literam vocis ἄνω etiam in codice Argenteratensi detexit Otto.



πρὸς οὓς ἀπέστειλε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ, οἷς τὴν ἐν οὐρανῷ βασιλείαν ἐπηγγέιλαιτο, καὶ δώσει τοῖς ἀγαπήσαν αὐτόν. Ἐπιγνούς δὲ <sup>1</sup>, τίνας οἶει πληρωθῆσεσθαι χαρᾶς; ἢ πῶς ἀγαπήσεις τὸν οὕτως προαγαπήσαντά σε; Ἀγαπήσας δὲ μιμητὴς ἔση αὐτοῦ τῆς χρηστότητος. Καὶ μὴ θαυμάσης, ἢ δύναται μιμητὴς ἄνθρωπος γενέσθαι Θεοῦ. Δύναται, θέλωτος αὐτοῦ. Οὐ γὰρ τὸ καταδυναστεύειν τῶν πλησίων, οὐδὲ τὸ πλέον ἔχειν βούλεσθαι τῶν ἀσθενεστέρων, οὐδὲ τὸ πλουτεῖν καὶ βιάζεσθαι τοὺς ὑποδεεστέρους, εὐδαιμονεῖν ἐστίν· οὐδὲ ἐν τοῦτοις δύναται τις μιμῆσθαι Θεόν. Ἀλλὰ ταῦτα ἐκὸς τῆς ἐκείνου μεγαλειότητος. Ἀλλ' ὅστις τὸ τοῦ πλησίον ἀνὰ χεῖρα βᾶρος, ὅς, ἐν ᾧ κρείσσων ἐστίν, ἕτερον τὸν ἐλαττωμένον εὐεργετεῖν ἐθέλει, <sup>2</sup> ὅς, ἂν παρὰ τοῦ Θεοῦ λαβῶν ἔχει, <sup>3</sup> ταῦτα τοῖς ἐπιδοεμένοις χορηγῶν Θεὸς γίνεται τῶν λαμβανόντων οὗτος μιμητὴς ἐστὶ Θεοῦ. <sup>4</sup> Τότε θεάσῃ τυγχάνων ἐπὶ γῆς, ὅτι Θεὸς ἐν <sup>5</sup> οὐρανοῖς πολιτεύεται· τότε μυστήρια Θεοῦ λαλεῖν ἄρξῃ· τότε τοὺς κολαζομένους ἐπὶ τῷ μὴ θέλειν ἀρῆσασθαι Θεὸν καὶ ἀγαπήσεις καὶ θαυμάσεις· τότε τῆς ἀπάτης τοῦ κόσμου καὶ τῆς πλάνης καταγνώση, ὅταν τὸ ἀληθῶς ἐν οὐρανῷ ζῆν ἐπιγνώση, ὅταν τοῦ δοκοῦντος ἐνθάδε θανάτου καταγρονήσῃ, ὅταν τὸν ὄντως θάνατον φοβηθῆς, ὃς φυλάσσεται τοῖς κατακριθρομένοις εἰς <sup>6</sup> τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, ὃ τοῖς παραδοθέντας αὐτῷ μέχρι τέλους κολάσει. Τότε τοὺς ὑπομένοντας ὑπὲρ δικαιοσύνης θαυμάσεις τὸ πῦρ τὸ <sup>7</sup> πρόσκαιρον, καὶ μακαρίσεις, ὅταν ἐκείνο τὸ πῦρ ἐπιγνώσῃ.

XI. *Quae mihi, Apostolorum discipulo, tradita sunt, alius subministro. Haec scitu digna sunt; nam fideles mysteria Patris cognoverunt, et quem ad finem Christus venerit, sciunt.*

Οὐ ξένα ὀμιλᾷ, οὐδὲ παραλόγως ζητῶ· ἀλλὰ ἀποστόλων γενόμενος μαθητὴς, γίνομαι διδάσκαλος ἐθνῶν. Τὰ παραδο-

1) Scil. τὸν πατέρα. Otto.

2) Ita Hengel et Otto. Ms. ὅσα.

3) Ταῦτα — χορηγῶν deest apud Maranum et Gallandium, incuria librarii.

4) Prius, i. e. prima parte hujus capitis, Noster dixerat, vitam virtutibus plenam e vera fide profuere; jam contra docet, veram cognitionem e vita proba oriri; quod utrumque

suam formavit, ad quos filium suum unigenitum misit, quibus coeleste regnum promisit, et dabit iis, qui ipsum dilexerunt. Postquam autem <sup>1</sup> illum cognoveris, quanta te impletum iri laetitia existimas? Aut quomodo diliges eum, qui prior te ita dilexerit? Si autem eum diligas, imitator benignitatis ejus eris. Ac ne mireris, posse hominem esse imitorem Dei. Potest, eo volente. Non enim imperium in proximos obtinere, neque velle infirmiores superare, neque divitem esse et vim inferre inferioribus, beatum hominem reddit; neque in his Deum imitari quisquam potest. Sed nec majestas Dei in his rebus consistit. At qui proximi onus in se recipit, qui, qua in re superior est, alium inferiorem beneficio vult afficere, <sup>2</sup> qui, quae habet a Deo accepta, <sup>3</sup> indigis suppeditans Deus fit accipientium; is Dei est imitator. <sup>4</sup> Tunc perspicias, in terra degens, Deum in <sup>5</sup> coelis mundum, velut aliquam rempublicam, gubernare; tunc mysteria Dei loqui incipies; tunc eos, qui puniuntur, quod abnegare Deum nolint, et diliges et miraberis; tunc imposturam mundi et errorem damnabis, quum vere in coelo vivere didiceris, quum eam, quae heic mors esse censeatur, contemseris, et mortem veram formidare coeperis, quae servatur iis, qui ad <sup>6</sup> ignem aeternum damnabuntur, qui sibi traditos supplicio afficiet ad finem usque. Tunc admiraberis eos, qui pro justitia ignem patiuntur <sup>7</sup> temporarium, et beatos eos praedicabis, quum ignem illum cognoveris.

*XI. Quae mihi, Apostolorum discipulo, tradita sunt, aliis subministro. Haec scitu digna sunt; nam fideles mysteria patris cognoverunt, et quem ad finem Christus venerit, sciunt.*

Non de rebus peregrinis loquor, neque temere aliis persuadere studeo; sed Apostolorum factus discipulus, gentium

dici potest. Cfr. *Quartalschrift*, l. c. p. 456.

5) Fortasse ἀνθρώποις. STEPH.

6) Articulum e codice Argentor. restituit Otto.

7) Ita lacunam codicis Stephaniani explevit Otto, quum in codice Argentoratensi vestigia aliqua vocis πρὸς detexisset. Böhljo placuit ἐνέγειον.

θέντα ἀξίους ὑπηρετῶ γινομένοις ἀληθείας μαθηταῖς. Τίς γὰρ ὀρθῶς διδασκῆται, καὶ λόγῳ <sup>1</sup> προσφιλεῖ γεννηθεῖς, οὐκ ἐπιζητεῖ σαφῶς μαθεῖν τὰ διὰ λόγου δειχθέντα φανερώς μαθηταῖς, οἷς ἐφανέρωσεν ὁ λόγος φανεῖς, παρῆρησιὰ λαλῶν, ὑπὸ ἀπίστων μὴ νοούμενος, μαθηταῖς δὲ διηγούμενος, οἷς πιστοὶ λογισθέντες ὑπ' αὐτοῦ, ἐγνωσαν πατρὸς μυστήρια; | Οὗ γὰρ ἀπέστειλε λόγον, ἵνα κόσμῳ φανῆ· ὅς, ὑπὸ λαοῦ ἀτιμασθεῖς, διὰ ἀποστόλων κηρυχθεῖς, ὑπὸ ἐθνῶν ἐπιστεύθη. Οὗτος ἴσ' ἀπ' ἀρχῆς, ὁ καινὸς φανεῖς, καὶ <sup>2</sup> παλαιὸς εἰρεθεῖς, καὶ πάντοτε νέος ἐν ἀγίων καρδίαις γεννόμενος. | Οὗτος ὁ αἰσήμερον υἱὸς λογισθεῖς. <sup>3</sup> δι' οὗ πλουτίζεται ἡ ἐκκλησία, καὶ χάρις ἀπλουμένη ἐν ἀγίοις πληθύνεται, παρέχουσα νοῦν, φανεροῦσα μυστήρια, διαγγέλλουσα καιροὺς, χαίρουσα ἐπὶ πιστοῖς, ἐπιζητοῦσι δωρομένη; οἷς ὅρια πίστεως οὐ θραύεται, οὐδὲ <sup>4</sup> ὅρια πατέρων παρορίζεται. | Εἴτα φόβος νόμου ἄδεται, καὶ προφητῶν <sup>5</sup> χάρις γινώσκειται, καὶ εὐαγγελίων πίστις ἴδρτα, καὶ ἀποστόλων παράδοσις φυλάσσεται, καὶ ἐκκλησίας χάρις σικριτῆ. Ἦν χάριν μὴ λυπῶν ἐπιγνώση, ἃ λόγος ὁμιλεῖ, δι' ἧν βούλεται, ὅτε θέλει. <sup>6</sup> Ὅσα γὰρ θελήματι τοῦ κελύουσας λόγου ἐκινήθημεν ἐξευτεῖν μετὰ πόνου, ἐξ ἀγάπης τῶν ἀποκαλυφθέντων ἡμῖν γινόμεθα ὑμῖν κοινωνοί.

XII. *Vehementer interest hominum, veram cognitionem percipere, quae cum vera vita conjuncta esse debet.*

Οἷς ἐντυχόντες καὶ ἀκούσαντες μετὰ σπουδῆς, εἴσεσθε, ὅσα παρέχει ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν ὀρθῶς, <sup>1</sup> οἷς γινόμενοι παράδεισος <sup>2</sup> τρυφῆς, πάγκαρπον ξύλον εὐθαλοῦν ἀνατελλάσας ἐν ἑαυτοῖς, ποικίλοις καρποῖς κεκοσμημένοι. <sup>3</sup> Ἐν γὰρ <sup>4</sup> τούτῳ τῷ χωρίῳ ξύλον γνώσεως καὶ ξύλον ζωῆς πεφυτεύεται· ἀλλ'

1) Maranus conjicit: προσφιλεῖς γεννηθεῖς, et Verbo amicus factus.

2) Ita lacunam codicis Stephan. explevit Otto ex codice Argentoratensi et apographo Beureri; ἐν χρόνῳ Maran.; ἐν σαρκί Böhler.

3) Vide *Quartalschrift*, l. c. p. 457.

4) I. e. decreta, facta unanimi consilio patrum ecclesiae. BOZEL. Ex his et sequentibus elucet, epistolam exaratam fuisse, quum jam nonnulli haeretici existerent, qui libros Veteris Testamenti, partim quoque Novi, recusabant. Cfr. *Quartalschrift*, 1825, p. 458 sq.

doctor fio. Quae mihi tradita sunt, subministro iis, qui discipuli fiunt digni veritate. Quis enim recte edoctus et ab <sup>1</sup> amico Verbo generatus, non studeat accurate discere, quae per Verbum clare ostensa sunt discipulis, quibus ea declaravit Verbum ipsum apparens, libere loquens, ab incredulis non intellectum, discipulis autem colloquens; qui, fideles ab eo existimati, Patris mysteria cognoverunt? Cujus rei gratia hic Verbum misit, ut mundo appareret; quod, a populo contemptum, ab Apostolis praedicatum, a gentibus est creditum. Hic ab initio erat, qui novus apparuit, et <sup>2</sup> vetus inventus est, et semper recens in sanctorum cordibus nascitur. Hic sempiternus, hodie filius est nuncupatus; <sup>3</sup> per quem ecclesia ditatur, et gratia expansa in sanctis augetur, praebens intellectum, patefaciens mysteria, annuntians tempora, gaudens super fidelibus, quaerentibus donans, a quibus limites fidei non perfringuntur, neque <sup>4</sup> limites patrum transiliuntur. Deinde metus legis decantatur, et prophetarum <sup>5</sup> gratia cognoscitur, et evangeliorum fides stabilitur, et apostolorum traditio custoditur, et ecclesiae gratia exsultat. Quam gratiam non contristans ea, quae verbum loquitur, cognosces per eos, quos vult, et quando ei lubet. <sup>6</sup> Quaecumque enim voluntas jubentis Verbi nos cum studio eloqui excitavit, ex dilectione eorum quae revelata sunt nobis vobiscum communicamus.

XII. Vehementer interest hominum, veram cognitionem percipere, quae cum vera vita conjuncta esse debet.

Quae quum legeritis et audieritis studiose, scietis, quanta praebeat Deus iis, qui recte ipsum diligant, <sup>7</sup> quippe qui facti sitis paradisi <sup>8</sup> deliciarum, arborem fructibus plenam belleque germinantem in vobis ipsis producentes, variis fructibus ornati. In <sup>9</sup> hoc enim loco lignum cognitionis et lignum vitae plantatum

5) I. e. gratia, qua Prophetæ illuminati sunt.

*euch zufolge unserer Hingabe an das uns vom Logos Geoffenbarte.*

6) Otto vertit: „Denn was wir nach dem Willen und im Auftrag des Logos mit aufopferndem Eifer verkündigen, das theilen wir mit

7) Oī, quod Maranus delendum putat, defenditur a Nolteo.

8) Hoffmannus conjicit: τρύγος = messis.

9) Sc. in paradiso. ΒΟΗΛ.

οὐ τὸ τῆς γνώσεως ἀναιρεῖ, ἀλλ' ἡ παρακοὴ ἀναιρεῖ. Οὐδὲ γὰρ ἄσχημα τὰ γεγραμμένα, ὡς Θεὸς ἀπ' ἀρχῆς ξύλον ζωῆς ἐν μέσῳ παραδείσου ἐφύτευσε, <sup>1</sup> διὰ γνώσεως ζωὴν ἐπιδεικνύσκει. <sup>2</sup> ἢ μὴ καθαρῶς χρῆσάμενοι οἱ ἀπ' ἀρχῆς πλάνη τοῦ ὄψεως γεγύμνωται. Οὐδὲ γὰρ ζωὴ ἄνευ γνώσεως, οὐδὲ γνώσις ἀσφαλῆς ἄνευ ζωῆς ἀληθοῦς. Διὸ πλησίον ἐκότερον πεφύτευται. <sup>3</sup> Ἦν δὲ δύναμιν ἐνιδῶν ὁ ἀπόστολος, τὴν τε ἄνευ ἀληθείας προτάγματος εἰς ζωὴν ἀσκουμένην γνώσιν μεμφόμενος, λέγει <sup>4</sup> „ἢ γνώσις φυσιοῦ, ἢ δὲ ἀγάπη οἰκοδομεῖ.“ Ὁ γὰρ νομίζει εἰδέναι τι ἄνευ γνώσεως ἀληθοῦς καὶ μαρτυρουμένης ὑπὸ τῆς ζωῆς, οὐκ ἔγνω, <sup>5</sup> ὑπὸ τε τοῦ ὄψεως πλανᾶται, μὴ ἀγαπᾶται τὸ ζῆν. Ὁ δὲ μετὰ φόβου ἐπιγνοὺς καὶ ζωὴν ἐπιζητῶν εἰ ἐλπίδι φυτεύει, καρπὸν προσδοκῶν. <sup>6</sup> Ἦτω σοὶ καρδία γνώσεως ζωῆ δὲ λόγος ἀληθείας, χωρούμενος. Οὗ ξύλον φέρων, καὶ καρπὸν <sup>7</sup> αἰρῶν, τρυγῆσεις αἰεὶ τὰ παρὰ Θεοῦ ποθούμενα· ὡς ὄφρις οὐχ ἀπτεται, οὐδὲ πλάγη συγχωρίζεται. <sup>8</sup> οὐδὲ εἰς φθειρεται, ἀλλὰ παρθένος πιστεύεται· καὶ σωτήριον δείκνυται, καὶ ἀπόστολοι συνερίζονται, καὶ τὸ κυρίου πάσχα προέρχεται, καὶ <sup>9</sup> χοροὶ συνάγονται, καὶ μετὰ κόσμου <sup>10</sup> ἀρμόζονται, καὶ διδάσκων ἀγίους ὁ Λόγος εὐφραίνεται, δι' αὐτὴν πατὴρ δοξάζεται· ὧς ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

1) I. e. per veram cognitionem Deus protoplastis veram quoque vitae rationem revelavit; sed illi vera cognitione sincere non sunt usi.

2) Scil. γνώσει. OTTO.

3) I. e. quum perspexisset Apostolus, quam vim habeat illa utriusque ligni, cognitionis et vitae, conjunctio. MARAN.

4) I Cor. 8, 1.

5) Τε δεest in Ms. Ante ὑπὸ Βε- rerus addit: καὶ. Tafel conjecit ἐπὶ δὲ, Nolteus ὑπὸ τέ.

6) Vide *Tübing. theol. Quartalschrift*, 1825. p. 457. De forma imperativi ἦτω pro ἔστω cfr. *Winer, neutest. Gramm.* ed. IV. p. 76. Otto ita explicat hunc locum: *cognitio*

fuit; verum non lignum cognitionis perdit, sed inobedientia perdit. Neque enim sunt obscura, quae scripta sunt, Deum ab initio lignum vitae in medio paradisi plantasse, <sup>1</sup> per cognitionem vitam monstrantem, <sup>2</sup> qua quum sincere usi non essent primi homines, fraude serpentis nudati fuerunt. Neque enim vita sine cognitione, neque cognitio sine vera vita est tuta et firma. Ideo in propinquo utrumque plantatum fuit. <sup>3</sup> Vim hujus conjunctionis perspiciens, cognitionem autem, quae sine veritate doctrinae ad vitam transfertur, reprehendens dicit Apostolus: <sup>4</sup> *cognitio inflat, dilectio autem aedificat*. Qui enim sine cognitione vera, cui testimonium perhibetur a vita, aliquid se scire putat, non cognoscit, <sup>5</sup> a serpente decipitur, qui vitam non dilexit. At qui cum timore cognitionem est adeptus, et vitam quaerit, in se plantat, fructum exspectans. <sup>6</sup> Cor tuum tibi sit sapientia tua; vita autem sit verbum verum, intus receptum. Hujus arborem ferens, et fructum <sup>7</sup> adipiscens, semper metes, quae a Deo desiderantur; quae serpens non attingit, et quibus fraus se non applicat; <sup>8</sup> neque Eva tunc corrumpitur, sed virgo creditur; et salus apparet, et Apostoli sapientia replebuntur, et Domini pascha advenit, et <sup>9</sup> chori congregantur, et decenter <sup>10</sup> ordinantur, et Verbum sanctos docens laetatur, per quod Pater glorificatur; cui sit gloria in secula. Amen.

*verum divinarum cor tuum perfusum habeat, vel sit intimo pectori insitum.*

7) Ms. Stephani habet *ρῶν*, Codex Argentoratensis *ευρῶν*, ita tamen, ut syllaba *ev* a secunda manu sit praemissa. Otto et Nolte conjiciunt *αἰρῶν*; Bohlius *φάνερῶν*, Sylburgus *ἐκπληρῶν*.

8) Quodsi arborem verae cogni-

tionis et vitae in te plantaveris, absque delictis peccatisque manebis.

9) Ita Sylb. et Maran. Ms. *κηρὸς* = *cerei*, quod Otto defendit, monens: Christianos potissimum tempore paschali cereis usos esse.

10) Ita Sylburgius et Maran. Ms. *ἀρμόζετα*.

<sup>1</sup> contra me cathedram de lanis candidis, sicut nix, factam magnam. Et venit mulier <sup>2</sup> anus in veste splendida, habens librum in manu; et sedit sola, et salutavit me: „Herma, ave.“ Et ego moestus et plorans dixi: „domina, ave.“ Et illa dixi mihi: „quid moestus es, Herma, qui eras patiens et modestus et semper hilaris?“ Respondens dico ei: „domina, contumelia mihi objecta est a muliere optima, dicente, quod peccavi in eam.“ At illa dixit mihi: „absit a servo Dei res ista. Sed forte in corde tuo ascendit illius <sup>3</sup> concupiscentia. Est quidem in servis Dei talis cogitatio peccatum inferens. Non enim debet haec cogitatio abhorrenda esse in servo Dei, neque <sup>4</sup> spiritus probatus concupiscere malum opus; et praecipue <sup>5</sup> Hermas, qui est continens ab omni concupiscentia scelesti, et est omni simplicitate plenus et innocentia magna.“

III. „Verumtamen non causa tui irascitur Dominus, sed propter <sup>6</sup> domum tuam, quae nefas admisit in Dominum et in parentes suos. Et tu quum sis amator filiorum, non commonisti domum tuam, sed dimisisti illos conversari violenter. Propter hoc enim irascitur tibi Dominus; sed sanabit omnia, quae ante gesta sunt mala in domo tua. Propter illorum enim peccata et iniquitates consumtus es a <sup>7</sup> secularibus negotiis. Jam enim

1) I. e. ex adverso positam sel- lam. FABRICIUS.

2) I. e. ecclesia. Ad hunc locum respicit Hieron. in Oseo (ad cap. VII, 9).

3) Concupiscentiae voce utitur ex notione in scholis recepta. OXONIEN. EDIT.

4) Cod. Carmelit. Paris. habet: spiritu.

5) Hanc laudem sui ipsius contradicere scriptoris modestiae, fortasse et authenticae libri, monet Jachmannus (Der Hirte des Hermas, Königsberg 1835) p. 25.

6) Filii Hermae (Vis. II, 2) nequitiae accusantur, quippe qui in Deum

et in parentes peccaverint. Verum et uxor Hermae vituperatur.

7) Hinc et ex verbis: negotiabilibus implicatus es (Vis. II, 3) conjecerunt Cotta (Kirchengesch. I. p. 648), Mosheim (institut. major. p. 225) et Hilgenfeld (apost. Vater, p. 128), Hermam exercuisse mercaturam, divitiasque suas filiorum nequitia perdidisse. Cfr. Vis. III, 11: secularia negotia, et Mandat. X, 1: negotia hominum ethnicorum. Fleury (hist. eccl. T. I. Lib. II. §. 44) suspicatur, Hermam fuisse laicum, a filio ad inopiam redactum (consumtus a secularibus negotiis). Similiter Hilgenfeldus (l. c. p. 127) Hermam lai-

miser cordia Dei miserta est tui et domus tuae, et conservavit te in gloria. Tu tantum noli <sup>1</sup> vagari, sed animaequus esto, et conforta domum tuam. Tamquam aerarius <sup>2</sup> producens opus suum exponit ei, cui vult, sic et tu verbum quotidianum justum docens abscindes grande peccatum. Ne desinas ergo commonere natos tuos; scit enim Dominus, quod poenitentiam agent ex toto corde suo, et <sup>3</sup> scribet te in libro vitae.“ Quumque finisset verba haec, ait mihi: „vis audire me legentem?“ Dico ei: „domina, volo.“ „Esto ergo auditor.“ Et revoluto libro legebat gloriose, magnifice et mirifice, quae non poteram in memoria retinere. Erant enim verba <sup>4</sup> terrifica, quae non poterat homo sustinere. Novissima tamen verba memoriae mandavi; erant enim pauca et utilia nobis: „ecce Deus virtutum, qui invisibili virtute et magno sensu suo condidit mundum, et honorifico consilio circumdedit decorem creaturae suae, et fortissimo suo verbo confixit coelum, et fundavit terram <sup>5</sup> super aquas, et virtute sua potenti condidit sanctam ecclesiam suam, quam benedixit; ecce, transferet coelos ac montes, colles ac maria, et omnia <sup>6</sup> plana fient <sup>7</sup> electis ejus, ut reddat illis repromissionem, quam repromisit, cum multo honore et gaudio, si servaverint legitima Dei, quae acceperunt in <sup>8</sup> magna fide.“

IV. Quumque consummasset legendo, exsurrexit de cathedra; et venerunt quatuor juvenes, et tulerunt cathedram ad orientem. Et vocavit me ad se, et tetigit pectus meum aitque mihi: „placuit tibi lectio mea?“ Dico ei: „domina, haec mihi novissima

*cum* fuisse putat, a filiis proditum et apud magistratus paganos denuntiatum. Contra *Dodwellus* et *Tillemontius* Hermam clericum fuisse opinantur. Cfr. *Jachmann*. l. c. p. 26 et 27.

1) *Prenez courage*. FLEURY l. c.

2) Cfr. Matth. 13, 52. 25, 27. Luc. 19, 13.

3) Lege: *scribentur in*. GALLAND. Cfr. Phil. 4, 3. Apoc. 20, 15.

4) Similem annuntiationem terri-

ficam invenies in libro apocrypho IV Esdrae 6, 17. Cfr. *Jachmann* p. 65, qui scriptorem nostrum Esdrae librum imitari voluisse contendit.

5) Cfr. II Petr. 3, 5.

6) Ita Codices. Editi: *plena*. Cfr. *Jachmann* p. 86.

7) Ut hic *electionem* justorum, ita *libertatem* hominis docet *Hermas* Lib. III. Sim. 8, 6. 11. Cfr. *Jachmann* p. 78.

8) l. c. *firme credentes*.



placent; priora autem saeva et dura sunt.“ At illa ait mihi: „haec novissima justis, priora autem refugis et ethnicis.“ Et quum loqueretur mecum, duo quidam viri apparuerunt, et sustulerunt illam humeris, et abierunt, ubi et cathedra erat, ad orientem. Hilaris autem discessit. Et cum abiret, ait mihi: „confortare, Herma!“

## Visio II.

*Rursum de negligenti uxoris loquacis et filiorum libidinosorum castigatione, et ejus moribus.*

I. Quum vero proficiscerer <sup>1</sup> cum his, circa illud tempus, quo et anno priore, ambulans commemoratus sum anni prioris visionem. Rursumque me <sup>2</sup> abstulit spiritus, et duxit me in eundem locum, quo anno primo. <sup>3</sup> Quumque venissem ad illum locum, positus genibus coepi orare Dominum, et honorificare nomen ejus, quod dignum me arbitratus sit, et manifestaverunt mihi peccata pristina. Et quum surrexissem ab oratione, vides contra me anum <sup>4</sup> illam, quam et anno superiore videram, ambulans et legentem libellum aliquem. Et ait mihi: „potes haec electis Dei renuntiare?“ Dico ei: „domina, tanta in memoria retinere non possum; da autem mihi libellum, et describam.“ „Accipe,“ inquit, „et restituas mihi illum.“ Ut autem accepi, in quemdam locum agri secedens, descripsi omnia ad litteram; non inveniebam enim syllabas. Quumque consummassem scripturam libelli, subito de manu mea raptus est libellus; a quo autem, non vidi.

1) *Cum his* = ἐν ταῖς. Simili modo Vis. I, 1 scribitur: *cum iis cogitationibus proficiscens*. Coterius conjicit: *Cumis*. Infra enim Vis. II, 4 Hermas hanc mulierem *Sibyllam* reputat et Vis. IV, 1 legitur: *proficiscebar in illa via Campana*.

2) Cfr. Vis. I, 1.

3) *Quumque venissem* — *Domi-*

*num* restituit Gallandius ex col. Carmel.

4) I. e. *ecclesiam*. Cfr. Vis. I, 2. Haec et sequentia laudat Clement Alex. Strom. VI, 15. p. 806 edit. Ven., ubi notat Potterus, hoc modo cum marmora et nummos, tum etiam libros vetustissimos scriptos conspici, perpetua scilicet litterarum serie, nulla vocum distinctione facta.

II. Post quindecim autem dies, quum jejunassem, multum-  
 que rogassem Dominum, revelata est mihi scientia <sup>1</sup> scripturae.  
 Erat autem scriptura haec: „ semen tuum, Herma, deliquit in  
 Dominum, <sup>2</sup> et prodiderunt parentes suos in nequitia magna.  
 Et <sup>3</sup> audierunt proditores parentum, et prodentes <sup>4</sup> profecerunt.  
 Sed etiam nunc adjecerunt peccatis suis libidines et commaculationes  
 nequitiae, et sic impleverunt iniquitates suas. Sed impropere  
 verba haec filiis tuis omnibus et conjugii tuae, quae futura est  
<sup>5</sup> soror tua. Et ipsa enim compescat linguam suam,  
 in qua malignatur; et auditis verbis his continebit se, et consequetur  
 misericordiam. <sup>6</sup> Erudietur enim, postquam improperaveris  
 illi haec verba, quae mandavit ille dominator, ut tibi revelentur.  
 Tunc remittentur illis peccata, quae jam pridem peccaverunt, et  
 omnibus sanctis, qui peccaverunt usque in hodiernum diem, si ex  
 toto corde suo egerint poenitentiam, et abstulerint a cordibus  
 suis dubitationes. Juravit enim dominator ille per gloriam suam  
 super electos suos, <sup>7</sup> praefinita ista die, etiam nunc si peccaverit  
 aliquis, non habiturum illum salutem. Poenitentiae enim justorum  
 habent fines. Impleti sunt dies poenitentiae omnibus sanctis;  
 gentibus autem poenitentia usque in novissimo die. Dices ergo  
 eis, qui praesunt ecclesiae, ut dirigant vias suas in justitia, ut  
 recipiant in pleno repromissionem cum multa gloria. Permanete  
 ergo, qui operamini justitiam, et sic facite, ut sit <sup>8</sup> transitus vester  
 cum sanctis angelis. Felices vos, qui-

1) Sc. illius libelli, mihi dati.

2) Forte filii isti parentes suos denunciarunt apud magistratus paganos. Cfr. *Hilgenfeld*, l. c. p. 127 sq. Cfr. *Vis. II, 3: noli meminisse injuriarum filiorum tuorum.* -

3) I. e. nominabantur.

4) I. e. auxerunt nequitiam suam.

5) Scil. per continentiam. Cfr. *Tertull.* Lib. I. ad uxor. c. 6: *quot item (sunt), qui consensu pari inter se matrimonii debitum tollunt?* Cfr. *cap. seq. et Lib. III. Sim. IX, 11.*

6) I. e. se corriget.

7) Die iudicii nemo fidelium salutem consequetur, qui nunc adhuc peccat. Cfr. *Vis. III, 2: in hunc diem*, et *Vis. III, 5: si nunc poenitentiam egerint, dum aedificatur turris, nam si consummata fuerit structura, jam quis non habet locum.*

8) I. e. ut mortui cum angelis congregemini, seu ut angeli vos portent in sinum Abrahami. *Luc. 16, 22.*

cumque sustinetis pressuram supervenientem magnam, et quicumque non negaverit vitam suam. Juravit enim Dominus per Filium suum: <sup>1</sup> qui denegaverint Filium et <sup>2</sup> se, <sup>3</sup> despondentes suam vitam, illi et ipsi denegaturi sunt illum in advenientibus diebus. Ii autem, qui numquam denegaverint, ob <sup>4</sup> nimiam misericordiam propitius factus est illis.<sup>6</sup>

III. „Tu autem, Herma, noli meminisse injuriarum filiorum tuorum, sed nec <sup>5</sup> sororem tuam negligas; sed cura, ut emendantur a pristinis peccatis. Erudiantur enim doctrina ista, si tu jam non fueris memor injuriae illorum. Memoria enim injuriarum mortem operatur, oblitio vero earum vitam aeternam. Tu autem, Herma, magnas <sup>6</sup> tribulationes seculares sustinisti propter praevaricationes domus tuae, quoniam illas, ut ad te nihil pertinentes, neglexisti, et in negotiationibus tuis malignis implicitus es. Sed illud te salvum faciet, quod non discesseris a Deo vivo. <sup>7</sup> Et simplicitas tua et singularis continentia salvum facient te, si permanseris. Et omnes salvos facient, quicumque hujusmodi operantur, et ingrediuntur in innocentia et simplicitate. Hi, qui hujusmodi sunt, invalescent adversus omnes nequicias, et permanebunt in vitam aeternam. Felices omnes, qui operantur justitiam; non absumentur <sup>8</sup> usque in vitam aeternam. Dices autem: <sup>9</sup> ecce magna tribulatio venit. Si tibi videtur,

1) Ita cum Angero (Synopsis Evang. p. 92) legendum puto, qui codice Dresden. usus est. Textus receptus habet: *qui denegaverit Filium et se, spondentes se vitam illius* etc. Cfr. Matth. 10, 33.

2) I. e. Patrem.

3) *Despondentes vitam suam* etc. = qui tempore persecutionis fidem abnegantes vitam suam veram perdunt, ii etiam a Patre filioque denegabuntur. — Cfr. Lib. III. Simil. IX, 28. Textum receptum: *spondentes se vitam illius*, ita explices: *qui (Pater et Filius) promittunt (et annuntiant, ipsos esse vitam hominum.*

4) *Nimia* idem valet, quod *summa*. ΟΧΟΛ. ΕΔΙΤ.

5) I. e. uxorem. Cfr. cap. antecedens p. 327. not. 5.

6) Cfr. supra Vis. I, 3. p. 324. not. 7.

7) Ex immodesta hac laude nonnulli viri docti authenticam libri negarunt. Cfr. Vis. I, 2 et *Jachmans* l. c. p. 25. *Herma* vero et ea profert, quae ipsi non possunt laud esse. Vis. III, 1. 2.

8) I. e. *non peribunt, et permanebunt in vitam aeternam.*

9) Fortasse aliquis respondebit: quomodo firmus esse potero in fide, cum magna persecutio instet?

iterum <sup>1</sup> nega. Prope est Dominus convertentibus, sicut scriptum est in <sup>2</sup> Heldam et Modal, qui vaticinati sunt in solitudine populo.“

IV. Revelatum autem est mihi, fratres, dormienti a juvene specioso et dicente mihi: „anum illam, a qua accepisti libellum, quam putas esse?“ Et ego dixi: <sup>3</sup> „Sibyllam.“ „Erras,“ inquit, „non est.“ „Quae est ergo, Domine?“ Et dixit mihi: „ecclesia Dei est.“ Et dixi ad illum: „quare ergo anus est?“ „Quoniam,“ inquit, <sup>4</sup> „omnium prima creata est, ideo anus; et propter illam mundus factus est.“ Post haec autem visionem vidj in domo mea, et venit illa anus, et interrogavit me, si jam <sup>5</sup> libellum dedissem senioribus. Et respondi: „adhuc non.“ At illa dixit: „bene fecisti; habeo enim quaedam verba edicere tibi. Quum autem consummavero omnia verba, aperte scientur ab electis.“ <sup>6</sup> Γράψεις δύο βιβλία, και <sup>6</sup> „Scribes ergo duos libellos, δώσεις ἐν Κλήμεντι <sup>7</sup>, και ἐν et mittes unum Clementi <sup>7</sup>, et

1) I. e. iterum abnega Dominum, fretus sponsionibus de misericordia divina, quas temere adhibet liber apocryphus, sub Eldadi et Medadi nomine conscriptus. OXON. EDIT.

2) Istorum prophetarum nomina Num. 11, 26, 27. in Hebraeo et in Vulgata sunt Eldad et Medad. Sub illorum nomine apocryphus liber circumferebatur, nunc deperditus. Semlerus temere suspicatur, Judaeum aliquem Alexandrinum librum istum confecisse, ideo et Hermam, hoc librum usum, Alexandrinis esse adscribendum (Hist. doctr. chr. in Baumgarten, theol. Streit. T. II. p. 7. Not. 8). Sed cfr. Jachmann l. c. p. 66.

3) Non inde sequitur, Hermam libros nostros Sibyllinos legisse. Cotelierius putat, in Graeco existisse προφήτιν, quam latinus interpret verterit Sibyllam; sicut infra Lib. II. Mand. VI. ἀγγέλους Genios reddidit.

Sed si supra Vis. II, 1 Cumis legendum est, obvia satis est causa, quare Hermas anum Sibyllam esse conjecerit. GALLAND. OXON.

4) Ut Clemens Alexandrinus ecclesiam coelestem et terrestrem discernit, ita et Hermas; cui ecclesia coelestis quasi Aeon quidam est, prima Dei creatura, cujus gratia mundus creatus est. Cfr. Rothe, Anfänge etc. p. 612. Not. 42, ubi Jachmanni sententia (p. 86) emendatur.

5) Cfr. supra c. 2: Dices ergo eis, qui praesunt ecclesiae.

6) Graeca haec exstant in Orig. Philocal. c. 1. ex lib. IV. c. 2 de Princ. Scribes duos libellos = scribes duo exemplaria libri hujus, cui titulus Pastor.

7) Sine dubio Romano, patri apostolico. Simile mandatum S. Joannes accepit in Apocalypsi 1, 11. Cfr. Jachmann p. 61.

cumque sustinetis pressuram supervenie  
 cumque non negaverit vitam suam.  
 Filium suum: <sup>1</sup> qui denegaverint  
 suam vitam, illi et ipsi deneg  
 diebus. Ii autem, qui num  
 misericordiam propitius fac

III. „Tu autem, He  
 tuorum, sed nec <sup>2</sup> sor  
 dentur a pristinis pe  
 tu jam non fueris  
 juriarum mortem

Tu autem, He  
 propter prae  
 nihil perti  
 implicitu  
 a Deo  
 faci  
 h  
 vidi, fratres, visio talis erat. Quir  
 ner, et precatus essem Dominum, ut mihi  
 rationem, quam pollicitus est ostendere per anu  
 nocte apparuit mihi anus illa, et dixit mihi: „qu  
 huiusmodi et sollicitus es ad sciendum omnia, veni in <sup>4</sup> a  
 tibi vis, et circa horam sextam manifestabo me tibi, et osten  
 tibi, quae oporteat te videre.“ Rogavi illam, dicens: „dormi  
 in quem locum agri?“ „Ubi,“ inquit, „vis, elige locum bonum  
 secretum.“ Antequam autem loqui coepissem, et dicere ei locum  
 ait mihi: „veniam, ubi vis.“ Fui ergo, fratres, in agro, et  
 observavi horas, et veni in locum, ubi constitueram ei venire.  
 Et video subsellium positum; erat cervical lineum, et super  
 linteum expansum carbasinum. Videns haec posita, et neminem  
 esse in loco, stupere coepi, et capilli mei exsurrexerunt, et  
 quasi horror me comprehendit, quum essem solus. Ad me autem  
 reversus, et memoratus gloriam Dei, et accepta audacia, <sup>5</sup> positis  
 genibus confitebar Deo iterum peccata, quae prius. Ecce venit

1) Grapte diaconissa fuisse videtur. Cfr. Mosheim, Comment. de rebus Christ. p. 167. Nomen Grapte reperies quoque in Josephi bell. jud. V, 9.  
 2) Propter imbecillitatem ecclesiam intrare, et ibi lectionem libri audire non valentes.  
 3) Inde non consequitur, Hermam presbyterum fuisse. Jackmann. l. c. p. 26.  
 4) Esdras quoque (IV Esdr. 9, 26) in campum aliquem, Ardath nomine. ire jubetur. Jackmann l. c. p. 65.  
 5) Ita peccatores et poenitentiam agentes orare consueverant, ceteri stantes.

Atlet autem  
 as civiles;  
 n est. Grapte  
 sit <sup>2</sup> viduus d  
 autem leges in  
 um <sup>3</sup> senioribus,  
 ecclesiae e.

illi cum juve  
 me orantem.  
 peccata mea.  
 his tantum or  
 ea in domo  
 meam, et au  
 et aedificat  
 soli sumr  
 seniores  
 que v  
 ampe  
 aut  
 pa  
 e  
 et

ariis homin  
 anibus.  
 in jeji  
 osten  
 illam;  
 omnia  
 e  
 et

h  
 sic  
 tibi vis,  
 tibi, quae  
 in quem  
 secretum.  
 ait mihi:  
 observavi  
 Et video  
 linteum  
 esse in lo  
 stupere  
 quasi hor  
 reversus,  
 genibus

visio talis erat.  
 ut mihi  
 ostendere  
 per anu  
 dixit mihi:  
 veni in  
 manifestabo  
 me tibi,  
 et osten  
 dicens:  
 dormi  
 in quem  
 bonum  
 secretum.  
 dicere ei  
 locum  
 ait mihi:  
 in agro,  
 et  
 constitueram  
 ei venire.  
 super  
 carbasinum.  
 et neminem  
 et  
 exsurrexerunt,  
 et  
 me  
 audacia,  
 positis  
 confitebar  
 Deo  
 peccata,  
 quae  
 prius.  
 Ecce  
 venit

visio talis erat.  
 ut mihi  
 ostendere  
 per anu  
 dixit mihi:  
 veni in  
 manifestabo  
 me tibi,  
 et osten  
 dicens:  
 dormi  
 in quem  
 bonum  
 secretum.  
 ait mihi:  
 in agro,  
 et  
 constitueram  
 ei venire.  
 super  
 carbasinum.  
 et neminem  
 et  
 exsurrexerunt,  
 et  
 me  
 audacia,  
 positis  
 confitebar  
 Deo  
 peccata,  
 quae  
 prius.  
 Ecce  
 venit

visio talis erat.  
 ut mihi  
 ostendere  
 per anu  
 dixit mihi:  
 veni in  
 manifestabo  
 me tibi,  
 et osten  
 dicens:  
 dormi  
 in quem  
 bonum  
 secretum.  
 ait mihi:  
 in agro,  
 et  
 constitueram  
 ei venire.  
 super  
 carbasinum.  
 et neminem  
 et  
 exsurrexerunt,  
 et  
 me  
 audacia,  
 positis  
 confitebar  
 Deo  
 peccata,  
 quae  
 prius.  
 Ecce  
 venit

venibus sex, quos et ante videram, et stetit post  
 et audiebat me orantem, et confitentem Domino  
 et tangens me dixit: „desine jam pro peccatis  
 Ora et pro justitia, ut accipias partem ex  
 Et crexit me de loco, et apprehendit manum  
 ad subsellium, et ait illis juvenibus: „ite  
 et autem discesserunt juvenes, et nos  
 sede heic.“ Dico ei: „domina, sine  
 ad tibi dico,“ inquit, „sede.“ Quum-  
 am partem, non est passa, sed  
 a sinistram partem sederem. Cogitante  
 esto existente, quod non sivit me ad dextram  
 quere, ait mihi: „quid moestus es, Herma? Locus,  
 ad dextram, illorum est, qui jam meruerunt Deum, et  
 passi sunt causa nominis ejus. Tibi autem superest multum,  
 ut cum illis sed eas. Sicut manes, in simplicitate tua permans,  
 et sedebis cum illis, et quicumque fuerint operati illorum opera,  
 et sustinuerint, quae illi sustinuerunt.“

II. Dico ei: „domina, vellem scire, quae sustinuerunt.“  
 „Audi,“ inquit: „feras bestias, flagella, carceres, cruces, causa  
 nominis ejus. Propter hoc illorum sunt dextrae partes sanctitatis,  
 et quisquis patietur propter nomen Dei; reliquorum autem sini-  
 strae partes sunt. Sed utrisque eis, et qui ad dextram, et qui  
 ad sinistram sedent, sunt dona et promissiones; tantum quod  
 ad dextram sedentes habent gloriam quamdam. Tu autem  
 cupidus es sedere ad dextram cum eis; sed exiguitates tuae  
 multae sunt. Emundaberis autem ab exiguitatibus tuis. <sup>2</sup> Sed  
 et omnes, qui dubii non fuerint, emundabuntur ab omnibus  
 peccatis <sup>3</sup> in hunc diem.“ Et cum haec dixisset, volebat abire.  
 Et procidens illi ad pedes, rogavi illam per Dominum, ut mihi  
 demonstraret, quod repromiserat visum. At illa rursus apprehendit  
 manum meam, et crexit me, et fecit sedere super subsellium  
 ad sinistram, et elevata virga quadam splendida, dixit mihi:

1) Laureolam martyrum gloria pec-  
 culiari praefergere, studiose docent  
 omnes scriptores veteres. OXON. EDIT.

2) Paene eadem legimus Vis. II, 2.

3) Sc. in diem iudicii, cfr. supra  
 p. 327. not. 7.

„vides rem magnam?“ Dico ei: „domina, nihil video.“ „Ecce, non vides contra te <sup>1</sup> turrim magnam, quae aedificatur super aquas, lapidibus quadris splendidis?“ In quadrato enim aedificabatur turris ab illis sex juvenibus, qui venerant cum illa. Alia autem multa millia virorum adportabant lapides. Quidam autem de profundo trahebant lapides; alii de terra transferebant, et porrigebant illis sex juvenibus. Porro illi accipiebant, et aedificabant. Eos autem, qui de profundo extrahebantur lapides, omnes sic <sup>2</sup> ponebant in structuram; politi enim erant, et convenientes commissurae cum illis lapidibus, sicque conjungebantur alius ad alium, ita ut commissurae eorum non paterent. <sup>3</sup> Et in hunc modum apparebat structura turris tamquam ex uno lapide aedificata. Caeteros autem lapides, qui adferebantur de terra, quosdam quidem rejiciebant, quosdam vero adaptabant in structuram. Alios excidebant et projiciebant longe a turri. <sup>4</sup> Alii autem lapides multi circa turrim positi erant, et non utebantur illis ad structuram. Erant enim quidam ex illis scabrosi; alii autem scissuras habebant, alii vero candidi et rotundi, non convenientes in structuram turris. Videbam autem alios lapides projici longe a turri, et incidentes in viam, et non manentes in via, sed volvi de via in locum desertum; alios autem in ignem incidentes et ar dentes; alios cadentes secus aquam, nec posse volvi in aquam, volentibus quidem eis intrare in aquam.

III. Et quum haec mihi demonstrasset, volebat recedere. Dico ei: „domina, quid mihi prodest haec vidisse, et non scire, quae sint hae res?“ Respondens dixit mihi: „versutus es homo, volens scire ea, quae circa turrim sunt.“ „Ita,“ inquam, „do-

1) Turris haec ecclesia est in terris apprens. Sed visibilis haec ecclesia eadem est, quae et coelestis; haec enim cap. seq. ita loquitur: *turris quidem, quam vides aedificari, ego sum ecclesia, quae tibi apparuit, et modo et prius.* Cfr. Vis. II, 4. p. 329. not. 4.

2) Ita Cod. Bodl.; *imponabant* Carm. et Lamb.; Editi: *ponebantur.*

3) Hunc locum respicit *Origenes* Philocal. c. 8 (Comment. in Osee) T. II. p. 439. ed. Ruac. Explicationem hujus visionis reperies infra c. 3 et sqq. Similia leguntur lib. III. Sim. IX. c. 6. 7. 31.

4) Hunc locum laudat *Didymus* in Catena ad Jobi 8, 17. 18. p. 202. ed. Lond. 1637.

mina, ut fratribus annuntiem, et hilariores fiant, et haec audientes honorificent Dominum cum multa gloria.“ Et illa ait: „audient quidem multi; et quum audierint, quidam ex eis gaudebunt, quidam autem flebunt. Sed et isti audientes, si poenitentiam egerint, et ipsi gaudebunt. Audi nunc de similitudine turris omnia haec, et hactenus mihi de revelatione molestior esse noli. Revelationes enim istae finem habent; impletae sunt enim. Sed tu non desinis in petendo revelationes; <sup>1</sup>improbus enim es. Turris quidem, quam vides aedificari, ego sum ecclesia, quae tibi apparui, et modo et prius. Quodcumque igitur volueris, interroga de turri, et revelabo tibi, ut gaudeas cum sanctis.“ Dico ei: „domina, quoniam me semel dignum arbitrata es, ut omnia mihi reveles, revela.“ Ait mihi:  $\delta \epsilon \acute{\alpha} \nu \epsilon \nu \delta \acute{\epsilon} \chi \epsilon \tau \alpha \iota \sigma \omicron \iota \acute{\alpha} \pi \omicron \kappa \alpha \lambda \upsilon \nu \tau \omicron \iota$  <sup>2</sup> „quodcumque oportuerit tibi φθῆναι, ἀποκαλυφθήσεται, revelari, revelabitur, tantum ut cor tuum apud Dominum sit, et ne dubites, quodcumque videris.“ Interrogavi illam: „quare turris aedificata est super aquas, domina?“ Respondit: „dixeram tibi et prius, verutum te esse, circa structuras diligenter inquirentem; igitur invenies veritatem. Quare ergo super aquas aedificatur turris, audi: quoniam vita vestra per aquam salva facta est, et fiet. Fundata est enim <sup>3</sup> verbo omnipotentis et honorifici nominis; continetur autem ab invisibili virtute Dei.“

IV. Respondens dico ei: „magnifice habent se res hae. Illi autem juvenes sex, qui aedificant, qui sunt, domina?“ „Hi sunt angeli Dei, qui primo constituti sunt, quibus tradidit Dominus universam creaturam suam, struendi, aedificandi et domnandi creaturae illius. <sup>4</sup> Per hos enim consummabitur structura turris.“ „Caeteri autem, qui adportant lapides, qui sunt?“ „Et

1) I. e. *vehemens, cupidus*. Editi: *importunus*. Οχοκ.

2) Hunc locum laudat *Clemens Alex.* Strom. II, 1. p. 430.

3) Sc. *vita vestra per baptismum; quae, quum ita sit fundata sicque contineatur, ideo turri est similis.*

Alii verba *fundata est* etc. ad turrim referunt.

4) Ab angelis, quibus Deus curam populorum tribuit, ecclesia aedificatur, quippe qui populos suos ad fidem adducant.



revelatum est, et revelabitur

<sup>2</sup> διὰ τῶς διψύχους, τῶς διαλογιζομένους ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, in cordibus vestris, utrum ei ἄρα ἐστὶ ταῦτα, ἢ ἔκ ἐστίν. haec, an non sint.

Dic' illis, quod haec omnia sunt vera, et nihil extra verum est; sed omnia firma, certeque fundata sunt.<sup>4</sup>

V. „Audi nunc et de lapidibus, qui sunt in structura. Lapidem quidem illi quadratum et album, convenientem in coloribus suis, ii sunt apostoli<sup>3</sup> et episcopi et doctores et ministri ingressi sunt in clementiam Dei, et episcopatum gesserunt docuerunt, et ministraverunt sancte et modeste electis Iherosolymitanis, qui dormierunt, quique adhuc sunt, et semper cum<sup>4</sup> illis conveniunt et in se pacem habuerunt, et se invicem audierunt. Propterea et in structuram turris conveniunt commissurae eorum. Quae de profundo trahuntur, et imponuntur in<sup>5</sup> structuram, conveniunt commissurae eorum cum caeteris lapidibus, qui iuncti sunt; ii sunt, qui jam dormierunt, et passi sunt nomen Domini.“ „Caeteri autem lapides, qui adportati sunt a terra, volo scire qui sint, domina.“ Ait: „eos quidem,

1) Differentia dignitatis inter angelos a libris quoque sacris agnoscitur. Cfr. I Thess. 4, 16. Ephes. 1, 21.

Ittig, Hist. eccl. primi saeculi. Forte doctores = discipulorum, praedicatorum divinae

Crā vadunt, et non sunt <sup>1</sup> politi, illos Deus probavit, quoniam  
gressi sunt in <sup>2</sup> aequitatem Domini, et direxerunt vias in man-  
tis ejus. Qui autem adferuntur, et ponuntur in structura turris,  
sunt novelli in fide, et fideles. Commonentur autem ab an-  
lis ad benefaciendum, propterea quod non est inventa nequitia  
illis.“ „Quos autem rejiciebant et ponebant juxta turrim,  
si sunt illi?“ Ait mihi: „ii sunt, qui peccaverunt, et voluerunt  
penitentiam agere; propter hoc non sunt longe projecti a turri,  
quoniam utiles erunt in structura, si poenitentiam egerint. Qui  
ergo poenitentiam acturi sunt, si egerint poenitentiam, fortes  
sunt in fide, si tunc poenitentiam egerint, dum aedificatur turris.  
Nam si consummata fuerit structura, jam quis non habet locum,  
ubi ponatur, sed erit reprobus; solummodo autem <sup>4</sup> hoc habebit,  
ubi jam ad turrim positus est.“

VI. „Qui autem recidebantur, et longe projiciebantur a turre,  
scire, qui sunt?“ „Volo,“ inquam, „domina.“ „Ii sunt filii  
iniquitatis, et qui crediderunt in simulatione, et omnis nequitia  
non discessit ab eis. Propter hoc non habent salutem, quoniam  
non sunt utiles in structura, propter nequitias suas. <sup>5</sup> Quapropter  
reversi sunt et longe projecti propter iram Domini, quia exacer-  
averunt eum. Caeteros autem lapides, quos vidisti complures  
positos, non euntes in structuram, ii quidem, qui scabrosi erant,  
ii sunt, qui cognoverunt veritatem, et nec <sup>6</sup> permanserunt in  
eis, nec conjuncti sunt sanctis; propter hoc inutiles sunt. Qui  
autem scissuras habebant, hi sunt, qui alius adversus alium in  
ordibus discordiam habent, et non habent pacem inter se; in  
praesentia quidem pacem habentes, quum autem unus ab alio  
scesserit, nequitia eorum in cordibus permanet. Hae sunt ergo  
scissurae, quas habent lapides. Qui vero curti sunt, ii sunt,

1) I. e. qui nec apostoli, episcopi  
sunt, nec martyres sunt; hi enim,  
sicut ceteris egregii, politi sunt.

2) Aequitas = δικαιοσύνη, praecipuum;  
cfr. Ep. Barn. c. 2. p. 3. not. 5.

3) Hermas docet, extra ecclesiam  
non esse salutem. Cfr. Ep. I Clem.  
57 et Rothe, Anf. p. 579 sq.

4) Is tantum locum habebit in ec-  
clesia, qui, dum turris aedificatur,  
poenitentiam agit.

5) Qui fidem tantum simulant,  
excluduntur ab ecclesia, quae est  
sancta. Cfr. Rothe, Anf. p. 600.

6) Hermas de haereticis loquitur.  
Cfr. supra not. 3.

qui crediderunt quidem, plurimam partem habentes iniquitatis; propter hoc curti et non integri sunt.“ „Candidi autem et rotundi, et non convenientes in structuram turris; qui sunt, domina?“ Respondens mihi dixit: „usquequo stultus es et insensatus, et omnia interrogas, et nihil intelligis? Hi sunt habentes quidem fidem, habentes autem et divitias hujus seculi. Quum ergo venerit tribulatio, propter divitias suas et negotiationes abnegant Dominum.“ Respondens dico ei: „domina, quando ergo utiles erunt Domino?“ „Quum circumcisae,“ inquit, „fuerint divitiae eorum, quae eos delectant, tunc erunt utiles Domino ad aedificium. Sicut enim lapis rotundus, nisi decisus fuerit et abjecerit ab se aliquid, non potest quadratus fieri; <sup>1</sup> sic et, qui divites sunt in hoc seculo, nisi circumcisae fuerint divitiae eorum, non possunt Domino utiles esse. <sup>2</sup> A te primum scito. Quando dives fuisti, inutilis eras; nunc vero utilis es et aptus vitae tuae; nam et tu ipse ex eis lapidibus fuisti.“

VII. „Caeteros autem lapides, quos vidisti longe projectos a turri, et currentes in via, et volvi de via in loca deserta, ii sunt, qui crediderunt quidem, dubitatione autem sua <sup>3</sup> reliquerunt viam suam veram, putantes, se meliorem viam posse invenire. Errant autem, et miseri sunt, ingredientes in desertas vias. Qui autem cadebant in ignem, et ardebant, ii sunt, qui in perpetuum abscesserunt a Deo vivo, nec amplius illis ascendit in corda, poenitentiam agere, propter desideria libidinum suarum et scelorum, quae operantur.“ „Caeteri vero, qui cadebant juxta aquas, et non poterant volvi in aquas, qui sunt?“ „Ii sunt, qui verbum audierunt, volentes baptizari in nomine Domini; quibus quum venit in memoriam sanctitas veritatis, retrahunt se, ambulanteque rursus post desideria sua scelestia.“ Consummavit igitur enarrationem turris. Ego vero, quum adhuc essem <sup>4</sup> improbus, interrogavi illam: „an iis omnibus lapidibus, qui projecti sunt, nec conveniebant in structuram turris, an est

1) Cfr. Matth. 19, 21—24.

2) Hermas, antea dives, ob filios prodigos ad inopiam erat redactus. Cfr. Vis. I, 3. p. 324. not. 7.

3) Cfr. II Petr. 2, 15.

4) I. e. *vehemens*, *cupidus*, supra Vis. III, 3.

poenitentia, et habebunt locum in turre hac? <sup>1</sup> „Habent,“ inquit, „poenitentiam; sed in hac turre non possunt <sup>2</sup> convenire; alio autem loco ponentur multo <sup>3</sup> inferiore; et hoc, quin cruciati fuerint, et impleverint dies peccatorum suorum. Et propter hoc transferentur, quoniam perceperunt verbum justum. Et tunc illis continget transferri de poenis, si ascenderint in corda ipsorum opera, quae operati sunt scelestia. Quodsi non ascenderint in corda ipsorum, non erunt salvi propter duritiam cordis sui.“

VIII. Quum ergo destitit interrogare illam de omnibus istis, ait mihi: „vis aliud videre?“ Quumque cupidus essem ad videndum, hilaris factus sum vultu. Respicens me subrisit, et ait mihi: „vides septem mulieres circa turrim?“ „Video,“ inquam, „domina.“ „Turris haec,“ inquit, „ab iis supportatur secundum praeceptum Domini. Audi nunc effectus earum. <sup>4</sup> Prima quidem earum, quae continet <sup>5</sup> manu, *fides* vocatur; <sup>6</sup> per hanc salvi

1) Dubium est, utrum haec de poenitentia in terris, an de poenitentia post mortem in purgatorio sint intelligenda. Priorem opinionem defendunt *Bullius* (Def. fidei Nic. p. 32), *Nourrius* (Apparat. p. 115), *Cotelerius* (a. h. l.) et *Jachmannus* (l. c. p. 85). Posteriori interpretationi favent *Rothe*, Anf. d. K. p. 624 et Editores Bibl. max. P. P. Lugd. T. II, qui ad p. 27 annotant: *perperam* (Hermas) existimare videtur, in purgatorio locum esse merito et demerito; quod est haeresis manifesta (cfr. *Bellarmin.* de purgat. L. II. c. 2).

2) I. e. a) aut: non possunt, poenitentia in terris peracta, iterum recipi in visibilem hanc ecclesiam, b) aut: non possunt poenitentia in purgatorio peracta coetui fidelium sanctorum adjungi (Rothe l. c.), c) aut: non possunt, poenitentia in terris peracta, ejusdem in coelis beatitudinis fieri participes, qua ii gaudent, qui numquam in magna

*peccata sunt delapsi* (*Nat. Alexander*, H. E. T. III. p. 54. ed. Venet. 1778.). Primam hujus loci interpretationem (lit. a) rejiciendam esse, ex libro II. Mand. IV, 1 conjicio, ubi docetur, servis Dei unam esse poenitentiam, qua peracta iterum recipiendi sint.

3) I. e. beatitudinem quandam consequentur post mortem, sed inferiorem et adumbratam. Cfr. *Rothe*, l. c. *Nat. Alexander*, l. c.

4) *Clem. Alex.* Strom. II. 12. p. 458 ed. Venet. hunc locum de septem virtutibus citat; non quidem iisdem apicibus, sed eodem sensu.

5) Sc. *ecclesiam*. Ita jam *Clemens Alex.* haec interpretatus est; aliter Editor Oxoniensis, qui annotat, manum contractam seu clausam symbolum esse fidei, divina promissa apprehendentis.

6) Cfr. Matth. 9, 22. Marc. 5, 34. 10, 52. Luc. 7, 50. 8, 48. 17, 19. Act. 26, 18. Rom. 3, 22. 28. 5, 1.

dentur a pristinis peccatis. Erudiantur enim doctrina i tu jam non fueris memor injuriae illorum. Memoria en juriarum mortem operatur, oblivio vero earum vitam ael Tu autem, Herma, magnas <sup>6</sup> tribulationes seculares sus propter praevaricationes domus tuae, quoniam illas, ut nihil pertinentes, neglexisti, et in negotiationibus tuis n implicitus es. Sed illud te salvum faciet, quod non disc a Deo vivo. <sup>7</sup> Et simplicitas tua et singularis continentia facient te, si permanseris. Et omnes salvos facient, qui hujuscemodi operantur, et ingrediuntur in innocentia et citate. Hi, qui hujusmodi sunt, invalescent adversus nequitias, et permanebunt in vitam aeternam. Felices qui operantur justitiam; non absumentur <sup>8</sup> usque in vitam ael Dices autem: <sup>9</sup> ecce magna tribulatio venit. Si tibi v

1) Ita cum Angero (Synopsis Evang. p. 92) legendum puto, qui codice Dresden. usus est. Textus receptus habet: *qui denegaverit Filium et se, spondentes se vitam illius* etc. Cfr. Matth. 10, 33.

2) I. e. Patrem.

3) *Despondentes vitam suam* etc. = qui tempore persecutionis fidem abegentes vitam suam veram perdunt

4) *Nimia* idem valet, quod OXON. EDIT.

5) I. e. *uxorem*. Cfr. ca cedens p. 327. not. 5.

6) Cfr. supra Vis. I, 3. p. 324

7) Ex immodesta hac laut nulli viri docti authenticam l garunt. Cfr. Vis. I, 2 et Ja l. c. p. 25. *Herma* vero profert quae nisi non possunt

literum <sup>1</sup> nega. Prope est Dominus convertentibus, sicut scriptum est in <sup>2</sup> Heldam et Modal, qui vaticinati sunt in solitudine populo.“

IV. Revelatum autem est mihi, fratres, dormienti a juvene specioso et dicente mihi: „anum illam, a qua accepisti libellum, quam putas esse?“ Et ego dixi: <sup>3</sup> „Sibyllam.“ „Erras,“ inquit; „non est.“ „Quae est ergo, Domine?“ Et dixit mihi: „ecclesia Dei est.“ Et dixi ad illum: „quare ergo anus est?“ „Quoniam,“ inquit, <sup>4</sup> „omnium prima creata est, ideo anus; et propter illam mundus factus est.“ Post haec autem visionem vidi in domo mea, et venit illa anus, et interrogavit me, si jam <sup>5</sup> libellum dedissem senioribus. Et respondi: „adhuc non.“ At illa dixit: „bene fecisti; habeo enim quaedam verba edicere tibi. Quum autem consummavero omnia verba, aperte scientur ab electis.“ <sup>6</sup> Γράφεις δύο βιβλία, και <sup>6</sup> „Scribes ergo duos libellos, δώσεις ἐν Κλήμεντι <sup>7</sup>, και ἐν et mittes unum Clementi <sup>7</sup>, et

1) I. e. iterum abnega Dominum, fretus sponsonibus de misericordia divina, quas temere adhibet liber apocryphus, sub Eldadi et Medadi nomine conscriptus. OXON. EDIT.

2) Istorum prophetarum nomina Num. 11, 26, 27. in Hebraeo et in Vulgata sunt Eldad et Medad. Sub illorum nomine apocryphus liber circumferebatur, nunc deperditus. Semlerus temere suspicatur, Judaeum aliquem Alexandrinum librum istum confecisse, ideo et Hermam, hoc libro usum, Alexandrinis esse adscribendum (Hist. doctr. chr. in Baumgarten, theol. Streit. T. II. p. 7. Not. 8). Sed cfr. Jachmann l. c. p. 66.

3) Non inde sequitur, Hermam libros nostros Sibyllinos legisse. Cotelierius putat, in Graeco exstitisse προφήτων, quam latinus interpres verterit Sibyllam; sicut infra Lib. II. Mand. VI. ἀγγέλους Genios reddidit.

Sed si supra Vis. II, 1 Cumis legendum est, obvia satis est causa, quare Hermas anum Sibyllam esse conjecerit. GALLAND. OXON.

4) Ut Clemens Alexandrinus ecclesiam coelestem et terrestrem discernit, ita et Hermas; cui ecclesia coelestis quasi Aeon quidam est, prima Dei creatura, cujus gratia mundus creatus est. Cfr. Rothe, Anfänge etc. p. 612. Not. 42, ubi Jachmanni sententia (p. 86) emendatur.

5) Cfr. supra c. 2: Dices ergo eis, qui praesunt ecclesiae.

6) Graeca haec exstant in Orig. Philocal. c. 1. ex lib. IV. c. 2 de Princ. Scribes duos libellos = scribes duo exemplaria libri hujus, cui titulus Pastor.

7) Sine dubio Romano, patri apostolico. Simile mandatum S. Joannes accepit in Apocalypsi 1, 11. Cfr. Jachmann p. 61.

<sup>1</sup> Γραπτῆ. Καὶ Γραπτῆ μὲν unum <sup>1</sup> Graptae. Mittet autem νοουθετήσῃ. <sup>2</sup> τὰς χήρας καὶ τοὺς Clemens in exteras civitates; ὀρφανούς. Κλήμης δὲ πέμψῃ illi enim permissum est. Grapte εἰς τὰς ἔξω πόλεις. Σὺ δὲ autem commonebit <sup>2</sup> viduas et ἀναγγελεῖς <sup>3</sup> τοῖς πρεσβυτέροις orphanos. Tu autem leges in τῆς ἐκκλησίας. hac civitatē cum <sup>3</sup> senioribus, qui praesunt ecclesiae.“

### Visio III.

*De triumphantis ecclesiae structura et variis hominum reprob-  
orum ordinibus.*

I. Visio, quam vidi, fratres, visio talis erat. Quum jejunassem frequenter, et precatus essem Dominum, ut mihi ostenderet revelationem, quam pollicitus est ostendere per anum illam; eadem nocte apparuit mihi anus illa, et dixit mihi: „quoniam sic langues et sollicitus es ad sciendum omnia, veni in <sup>4</sup> agrum, ubi vis, et circa horam sextam manifestabo me tibi, et ostendam tibi, quae oporteat te videre.“ Rogavi illam, dicens: „domina, in quem locum agri?“ „Ubi,“ inquit, „vis, elige locum bonum, secretum.“ Antequam autem loqui coepissem, et dicere ei locum, ait mihi: „veniam, ubi vis.“ Fui ergo, fratres, in agro, et observavi horas, et veni in locum, ubi constitueram ei venire. Et video subsellium positum; erat cervical lineum, et super linteum expansum carbasinum. Videns haec posita, et neminem esse in loco, stupere coepi, et capilli mei exsurrexerunt, et quasi horror me comprehendit, quum essem solus. Ad me autem reversus, et memoratus gloriam Dei, et accepta audacia, <sup>5</sup> positus genibus confitebar Deo iterum peccata, quae prius. Ecce venit

1) Grapte diaconissa fuisse videtur. Cfr. *Mosheim*, Comment. de rebus Christ. p. 167. Nomen *Grapte* reperies quoque in Josephi bell. jud. V, 9.

2) Propter imbecillitatem ecclesiam intrare, et ibi lectionem libri audire non valentes.

3) Inde non consequitur, Hermam

presbyterum fuisse. *Jachmann*. I. c. p. 26.

4) Esdras quoque (IV Esdr. 9, 26) in campum aliquem, Ardath nomine, ire jubetur. *Jachmann* I. c. p. 65.

5) Ita peccatores et poenitentiam agentes orare consueverant, ceteri stantes.

illuc cum juvenibus sex, quos et ante videram, et stetit post me orantem, et audiebat me orantem, et confitentem Domino peccata mea. Et tangens me dixit: „desine jam pro peccatis tuis tantum orare. Ora et pro justitia, ut accipias partem ex ea in domo tua.“ Et erexit me de loco, et apprehendit manum meam, et adduxit me ad subsellium, et ait illis juvenibus: „ite et aedificate.“ Postquam autem discesserunt juvenes, et nos soli fuimus, ait mihi: „sede heic.“ Dico ei: „domina, sine seniores ante sedere.“ „Quod tibi dico,“ inquit, „sede.“ Quumque vellem sedere ad dexteram partem, non est passa, sed annuebat mihi manu, ut ad sinistram partem sederem. Cogitante autem me, et moesto existente, quod non sivit me ad dextram partem sedere, ait mihi: „quid moestus es, Herma? Locus, qui est ad dextram, illorum est, qui jam meruerunt Deum, et <sup>1</sup> passi sunt causa nominis ejus. Tibi autem superest multum, ut cum illis sedeas. Sicut manes, in simplicitate tua permane, et sedebis cum illis, et quicumque fuerint operati illorum opera, et sustinuerint, quae illi sustinuerunt.“

II. Dico ei: „domina, vellem scire, quae sustinuerunt.“ „Audi,“ inquit: „feras bestias, flagella, carceres, cruces, causa nominis ejus. Propter hoc illorum sunt dextrae partes sanctitatis, et quisquis patietur propter nomen Dei; reliquorum autem sinistrae partes sunt. Sed utrisque eis, et qui ad dextram, et qui ad sinistram sedent, sunt dona et promissiones; tantum quod ad dextram sedentes habent gloriam quamdam. Tu autem cupidus es sedere ad dextram cum eis; sed exiguitates tuae multae sunt. Emundaberis autem ab exiguitatibus tuis. <sup>2</sup> Sed et omnes, qui dubii non fuerint, emundabuntur ab omnibus peccatis <sup>3</sup> in hunc diem.“ Et cum haec dixisset, volebat abire. Et procidens illi ad pedes, rogavi illam per Dominum, ut mihi demonstraret, quod repromiserat visum. At illa rursus apprehendit manum meam, et erexit me, et fecit sedere super subsellium ad sinistram, et elevata virga quadam splendida, dixit mihi:

1) Laureolam martyrum gloria peculiariter praefulgere, studiose docent omnes scriptores veteres. OXON. EDIT.

2) Paene eadem legimus Vis. II, 2.

3) Sc. in diem iudicii, cfr. supra, p. 327. not. 7;



„vides rem magnam?“ Dico ei: „domina, nihil video.“ „Ecce, non vides contra te <sup>1</sup> turrim magnam, quae aedificatur super aquas, lapidibus quadris splendidis?“ In quadrato enim aedificabatur turris ab illis sex juvenibus, qui venerant cum illa. Alia autem multa millia virorum adportabant lapides. Quidam autem de profundo trahebant lapides; alii de terra transferebant, et porrigebant illis sex juvenibus. Porro illi accipiebant, et aedificabant. Eos autem, qui de profundo extrahebantur lapides, omnes sic <sup>2</sup> ponebant in structuram; politi enim erant, et convenientes commissurae cum illis lapidibus, sicque conjungebantur alius ad alium, ita ut commissurae eorum non paterent. <sup>3</sup> Et in hunc modum apparebat structura turris tamquam ex uno lapide aedificata. Caeteros autem lapides, qui adferebantur de terra, quosdam quidem rejiciebant, quosdam vero adaptabant in structuram. Alios excidebant et projiciebant longe a turri. <sup>4</sup> Alii autem lapides multi circa turrim positi erant, et non utebantur illis ad structuram. Erant enim quidam ex illis scabrosi; alii autem scissuras habebant, alii vero candidi et rotundi, non convenientes in structuram turris. Videbam autem alios lapides projici longe a turri, et incidentes in viam, et non manentes in via, sed volvi de via in locum desertum; alios autem in ignem incidentes et ardentis; alios cadentes secus aquam, nec posse volvi in aquam, volentibus quidem eis intrare in aquam.

III. Et quum haec mihi demonstrasset, volebat recedere. Dico ei: „domina, quid mihi prodest haec vidisse, et non scire, quae sint hae res?“ Respondens dixit mihi: „versutus es homo, volens scire ea, quae circa turrim sunt.“ „Ita,“ inquam, „do-

1) Turris haec ecclesia est in terris apparens. Sed visibilis haec ecclesia eadem est, quae et coelestis; haec enim cap. seq. ita loquitur: *turris quidem, quam vides aedificari, ego sum ecclesia, quae tibi apparuit, et modo et prius.* Cfr. Vis. II, 4. p. 329. not. 4.

2) Ita Cod. Bodl.; *imponerant* Carm. et Lamb.; Editi: *ponebantur.*

3) Hunc locum respicit *Origenes*, Philocal. c. 8 (Comment. in *Osee*). T. II. p. 439. ed. Ruae. Explicationem hujus visionis reperies infra c. 3 et sqq. Similia leguntur lib. III. Sim. IX. c. 6. 7. 31.

4) Hunc locum laudat *Didymus* in *Catena* ad *Jobi* 8, 17. 18. p. 202. ed. Lond. 1637.

mina, ut fratribus annuntiem, et hilariores fiant, et haec audientes honorificent Dominum cum multa gloria.“ Et illa ait: „audient quidem multi; et quum audierint, quidam ex eis gaudebunt, quidam autem flebunt. Sed et isti audientes, si poenitentiam egerint, et ipsi gaudebunt. Audi nunc de similitudine turris omnia haec, et hactenus mihi de revelatione molestior esse noli. Revelationes enim istae finem habent; impletae sunt enim. Sed tu non desinis in petendo revelationes; <sup>1</sup> improbus enim es. Turris quidem, quam vides aedificari, ego sum ecclesia, quae tibi apparui, et modo et prius. Quodcumque igitur volueris, interroga de turri, et revelabo tibi, ut gaudeas cum sanctis.“ Dico ei: „domina, quoniam me semel dignum arbitrata es, ut omnia mihi reveles, revela.“ Ait mihi:

ὁ ἐὰν ἐνδέχεται σοι ἀποκαλυ- <sup>2</sup> „quodcumque oportuerit tibi φθῆναι, ἀποκαλυφθήσεται, revelari, revelabitur, tantum ut cor tuum apud Dominum sit, et ne dubites, quodcumque videris.“ Interrogavi illam: „quare turris aedificata est super aquas, domina?“ Respondit: „dixeram tibi et prius, verutum te esse, circa structuras diligenter inquirentem; igitur invenies veritatem. Quare ergo super aquas aedificatur turris, audi: quoniam vita vestra per aquam salva facta est, et fiet. Fundata est enim <sup>3</sup> verbo omnipotentis et honorifici nominis; continetur autem ab invisibili virtute Dei.“

IV. Respondens dico ei: „magnifice habent se res hae. Illi autem juvenes sex, qui aedificant, qui sunt, domina?“ „Hi sunt angeli Dei, qui primo constituti sunt, quibus tradidit Dominus universam creaturam suam, struendi, aedificandi et domnandi creaturae illius. <sup>4</sup> Per hos enim consummabitur structura turris.“ „Caeteri autem, qui adportant lapides, qui sunt?“ „Et

1) I. e. *vehemens, cupidus*. Editi: *Alii verba fundata est etc. ad turrim referunt.* *importunus*. ΟΧΟΝ.

2) Hunc locum laudat *Clemens* 4) Ab angelis, quibus Deus curam populorum tribuit, ecclesia aedificatur, Alex. Strom. II, 1. p. 430. quippe qui populos suos ad fidem adducant.

3) Sc. *vita vestra per baptismum; quae, quum ita sit fundata sicque contineatur, ideo turri est similis.*

ipsi sancti angeli Domini; sed illi sunt his <sup>1</sup> excellentiores. Quum ergo consummata fuerit structura turris, omnes simul epulabuntur juxta turrim, et honorificabunt Dominum, quoniam consummata erit structura turris.“ Interrogavi eam, dicens: „vellem scire exitum lapidum, et vim eorum, qualis sit.“ Respondens autem dixit mihi: „numquid tu prae omnibus melior es, ut tibi id reveletur? Alii enim priores te sunt et meliores te, quibus oportebat revelari visiones has; sed ut honorificetur nomen Dei, tibi revelatum est, et revelabitur

<sup>2</sup> διὰ τὰς διψύχους, τὰς διαλογιζομένους ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, in cordibus eāsis, utrumne sint εἰ ἄρα ἐστὶ ταῦτα, ἢ ἔκ ἐστίν. haec, an non sint.

Dic illis, quod haec omnia sunt vera, et nihil extra veritatem est; sed omnia firma, certeque fundata sunt.“

V. „Audi nunc et de lapidibus, qui sunt in structura. Lapidem quidem illi quadrati et albi, convenientes in commissuris suis, ii sunt apostoli <sup>3</sup> et episcopi et doctores et ministri, qui ingressi sunt in clementia Dei, et episcopatum gesserunt, et docuerunt, et ministraverunt sancte et modeste electis Dei, qui dormierunt, quique adhuc sunt, et semper cum <sup>4</sup> illis convenerunt, et in se pacem habuerunt, et se invicem audierunt. Propter hoc et in structuram turris conveniunt commissurae eorum. Qui vero de profundo trahuntur, et imponuntur in <sup>5</sup> structuram, et conveniunt commissurae eorum cum caeteris lapidibus, qui jam aedificati sunt; ii sunt, qui jam dormierunt, et passi sunt causa nominis Domini.“ „Caeteri autem lapides, qui adportabantur a terra, volo scire qui sint, domina.“ Ait: „eos quidem, qui <sup>6</sup> in

1) Differentia dignitatis inter angelos a libris quoque sacris agnoscitur. Cfr. I Thess. 4, 16. Ephes. 1, 21. 3, 10. I Petr. 3, 22.

2) Haec exstant apud *Clem. Alex.* Strom. I, 29. p. 426 ed. Venet.

3) Hic habes distinctos hierarchiae ordines. *Doctores* sunt presbyteri docentes, *διδάσκαλοι*; *Ministri* = *διάκονοι*. Cfr. *Rothe*, Anf. p. 408.

*Ittig*, Hist. eccl. primi seculi p. 176. Forte *doctores* = discipuli Apostolorum, praedicatores divinae veritatis. Cfr. *Döllinger*, Hippolyt etc. 1853. p. 341 et Similit. IX, c. 4 et 15.

4) I. e. *cum electis Dei*, seu *cum ovibus suis*.

5) Ita Cod. Bodl. Alii: *structura*.

6) I. e. *qui, quasi fundamentum, in terra collocantur*.

terram vadunt, et non sunt <sup>1</sup>politi, illos Deus probavit, quoniam ingressi sunt in <sup>2</sup>aequitatem Domini, et direxerunt vias in mandatis ejus. Qui autem adferuntur, et ponuntur in structura turris, ii sunt novelli in fide, et fideles. Commonentur autem ab angelis ad benefaciendum, propterea quod non est inventa nequitia in illis.“ „Quos autem rejiciebant et ponebant juxta turrim, qui sunt illi?“ Ait mihi: „ii sunt, qui peccaverunt, et voluerunt poenitentiam agere; propter hoc non sunt longe projecti a turri, quoniam utiles erunt in structura, si poenitentiam egerint. Qui ergo poenitentiam acturi sunt, si egerint poenitentiam, fortes erunt in fide, si nunc poenitentiam egerint, dum aedificatur turris. <sup>3</sup>Nam si consummata fuerit structura, jam quis non habet locum, ubi ponatur, sed erit reprobus; solummodo autem <sup>4</sup>hoc habebit, qui jam ad turrim positus est.“

VI. „Qui autem recidebantur, et longe projiciebantur a turre, vis scire, qui sunt?“ „Volo,“ inquam, „domina.“ „Ii sunt filii iniquitatis, et qui crediderunt in simulatione, et omnis nequitia non discessit ab eis. Propter hoc non habent salutem, quoniam non sunt utiles in structura, propter nequitias suas. <sup>5</sup>Quapropter excisi sunt et longe projecti propter iram Domini, quia exacerbaverunt eum. Caeteros autem lapides, quos vidisti complures positos, non euntes in structuram, ii quidem, qui scabrosi erant, hi sunt, qui cognoverunt veritatem, et nec <sup>6</sup>permanserunt in ea, nec conjuncti sunt sanctis; propter hoc inutiles sunt. Qui autem scissuras habebant, hi sunt, qui alius adversus alium in cordibus discordiam habent, et non habent pacem inter se; in praesentia quidem pacem habentes, quum autem unus ab alio discesserit, nequitia eorum in cordibus permanet. Hae sunt ergo scissurae, quas habent lapides. Qui vero curti sunt, ii sunt,

1) I. e. qui nec apostoli, episcopi etc., nec martyres sunt; hi enim, prae ceteris egregii, politi sunt.

2) *Aequitas* = *δικαιοσύνη*, *praecceptum*; cfr. Ep. Barn. c. 2. p. 3. not. 5.

3) Hermas docet, extra ecclesiam non esse salutem. Cfr. Ep. I Clem. c. 57 et *Rothe*, Anf. p. 579 sq.

4) Is tantum locum habebit in ecclesia, qui, dum turris aedificatur, poenitentiam agit.

5) Qui fidem tantum simulant, excludentur ab ecclesia, quae est *sancta*. Cfr. *Rothe*, Anf. p. 600.

6) Hermas de haereticis loquitur. Cfr. supra not. 3.

qui crediderunt quidem, plurimam partem habentes iniquitatis; propter hoc curti et non integri sunt.“ „Candidi autem et rotundi, et non convenientes in structuram turris; qui sunt, domina?“ Respondens mihi dixit: „usquequo stultus es et insensatus, et omnia interrogas, et nihil intelligis? Hi sunt habentes quidem fidem, habentes autem et divitias hujus seculi. Quum ergo venerit tribulatio, propter divitias suas et negotiationes abnegant Dominum.“ Respondens dico ei: „domina, quando ergo utiles erunt Domino?“ „Quum circumcisae,“ inquit, „fuerint divitiae eorum, quae eos delectant, tunc erunt utiles Domino ad aedificium. Sicut enim lapis rotundus, nisi decisis fuerit et abjecerit ab se aliquid, non potest quadratus fieri; <sup>1</sup> sic et, qui divites sunt in hoc seculo, nisi circumcisae fuerint divitiae eorum, non possunt Domino utiles esse. <sup>2</sup> A te primum scito. Quando dives fuisti, inutilis eras; nunc vero utilis es et aptus vitae tuae; nam et tu ipse ex eis lapidibus fuisti.“

VII. „Caeteros autem lapides, quos vidisti longe projectos a turri, et currentes in via, et volvi de via in loca deserta, ii sunt, qui crediderunt quidem, dubitatione autem sua <sup>3</sup> reliquerunt viam suam veram, putantes, se meliorem viam posse invenire. Errant autem, et miseri sunt, ingredienti in desertas vias. Qui autem cadebant in ignem, et ardebant, ii sunt, qui in perpetuum abscesserunt a Deo vivo, nec amplius illis ascendit in corda, poenitentiam agere, propter desideria libidinum suarum et scelerum, quae operantur.“ „Caeteri vero, qui cadebant juxta aquas, et non poterant volvi in aquas, qui sunt?“ „Ii sunt, qui verbum audierunt, volentes baptizari in nomine Domini; quibus quum venit in memoriam sanctitas veritatis, retrahunt se, ambulanteque rursus post desideria sua scelestia.“ Consummavit igitur enarrationem turris. Ego vero, quum adhuc essem <sup>4</sup> improbus, interrogavi illam: „an iis omnibus lapidibus, qui projecti sunt, nec conveniebant in structuram turris, an est

1) Cfr. Matth. 19, 21—24.

2) Hermas, antea dives, ob filios prodigos ad inopiam erat redactus. Cfr. Vis. I, 3. p. 324. not. 7.

3) Cfr. II Petr. 2, 15.

4) I. e. *vehemens*, *cupidus*, ut supra Vis. III, 3.

poenitentia, et habebunt locum in turre hac? <sup>1</sup> „Habent,“ inquit, „poenitentiam; sed in hac turre non possunt <sup>2</sup> convenire; alio autem loco ponentur multo <sup>3</sup> inferiore; et hoc, quum cruciati fuerint, et impleverint dies peccatorum suorum. Et propter hoc transferentur, quoniam perceperunt verbum justum. Et tunc illis continget transferri de poenis, si ascenderint in corda ipsorum opera, quae operati sunt scelesta. Quodsi non ascenderint in corda ipsorum, non erunt salvi propter duritiam cordis sui.“

VIII. Quum ergo destiti interrogare illam de omnibus istis, ait mihi: „vis aliud videre?“ Quumque cupidus essem ad videndum, hilaris factus sum vultu. Respiciens me subrisit, et ait mihi: „vides septem mulieres circa turrim?“ „Video,“ inquam, „domina.“ „Turris haec,“ inquit, „ab iis supportatur secundum praeceptum Domini. Audi nunc effectus earum. <sup>4</sup> Prima quidem earum, quae continet <sup>5</sup> manū, *fides* vocatur; <sup>6</sup> per hanc salvi

1) Dubium est, utrum haec de poenitentia in terris, an de poenitentia post mortem in purgatorio sint intelligenda. Priorem opinionem defendunt *Bullius* (Def. fidei Nic. p. 32), *Nourrius* (Apparat. p. 115), *Cotelearius* (a. h. l.) et *Jachmannus* (l. c. p. 85). Posteriori interpretationi favent *Rothe*, Anf. d. K. p. 624 et Editores *Bibl. max. P. P. Lugd. T. II*, qui ad p. 27 annotant: *perperam* (Hermas) existimare videtur, in purgatorio locum esse merito et demerito; quod est haeresis manifesta (cfr. *Bellarmin.* de purgat. L. II. c. 2).

2) I. e. a) aut: non possunt, poenitentia in terris peracta, iterum recipi in visibilem hanc ecclesiam, b) aut: non possunt poenitentia in purgatorio peracta coetus fidelium sanctorum adjungi- (*Rothe* l. c.), c) aut: non possunt, poenitentia in terris peracta, ejusdem in coelis beatitudinis fieri participes, qua ii gaudent, qui numquam in magna

Patres apost. Ed. IV.

*peccata sunt delapsi* (*Nat. Alexander*, H. E. T. III. p. 54. ed. Venet. 1778.). Primam hujus loci interpretationem (lit. a) rejiciendam esse, ex libro II. Mand. IV, 1 conjicio, ubi docetur, servis Dei unam esse poenitentiam, qua peracta iterum recipiendi sint.

3) I. e. beatitudinem quandam consequentur post mortem, sed inferiorem et adumbratam. Cfr. *Rothe*, l. c. *Nat. Alexander*, l. c.

4) *Clem. Alex.* Strom. II. 12. p. 458 ed. Venet. hunc locum de septem virtutibus citat; non quidem iisdem apicibus, sed eodem sensu.

5) Sc. *ecclesiam*. Ita jam *Clemens Alex.* haec interpretatus est; aliter Editor *Oxonienis*, qui annotat, manum contractam seu clausam symbolum esse fidei, divina promissa apprehendentis.

6) Cfr. *Math.* 9, 22. *Marc.* 5, 34. 10, 52. *Luc.* 7, 50. 8, 48. 17, 19. *Act.* 26, 18. *Rom.* 3, 22. 28. 5, 1.

fient electi Dei. Alia vero, quae succincta est, et viriliter agit, *abstinentia* vocatur; haec filia est fidei. Quisquis ergo secutus fuerit illam, felix fiet in vita sua, quoniam ab omnibus operibus malis abstinebit, credens, quod, si se continuerit ab omni concupiscentia, haeres erit vitae aeternae.“ „Caeterae autem,“ inquam, „domina, quinque quae sunt?“ „Filiae,“ inquit, „invicem sunt. Vocatur autem quaedam *simplicitas*, alia *innocentia*, alia *modestia*, alia *disciplina*, alia autem *charitas*. Quum ergo servaveris opera matris earum, omnia poteris custodire.“ „Volebam scire, domina, quam quaeque earum habeat virtutem.“ „Audi,“ inquit: „virtutes aequales habent, connexae autem ad invicem sunt virtutes earum, et sequuntur se invicem sicut natae sunt. <sup>1</sup> Ex fide nascitur abstinentia, de abstinentia simplicitas, de simplicitate innocentia, de innocentia modestia, de modestia disciplina et charitas. Harum ergo opera sancta et pudica et recta sunt. Quicumque ergo servierit his, et invaluerit tenere opera earum, in turri habebit habitaculum cum Sanctis Dei.“ Interrogavi illam de temporibus, si jam consummatio est? Illa autem exclamavit voce magna, dicens: „insensate homo! <sup>2</sup> nonne vides turrim semper aedificari? Quando ergo consummata fuerit turris et aedificata, habet finem; sed et cito consummabitur. Noli me amplius interrogare quidquam. Sufficiat tibi et omnibus Sanctis commemoratio ista, et renovatio spirituum vestrorum. Sed non tibi haec soli revelata sunt, sed ut omnibus demonstres ea. Post triduum enim intelligere te oportet, Herma, verba haec, quae tibi incipio <sup>3</sup> dicere, ut loquaris ea in auribus Sanctorum, ut audientes ea, quum fecerint, emundentur a nequitiis suis, sed et tu cum illis.“

IX. <sup>4</sup> „Audite me ergo, filii: ego vos enutrivim in multa

1) Sensus hujus loci putat Cl. *Potterus* expressisse Clementem Alex. l. c. hisce verbis: *Καὶ πάλιν Προηγείται (praecedit) μὲν πλοῦτος φόβος δὲ οἰκοδομεῖ, τελειοὶ δὲ ἡ ἀγάπη.* GALL.

2) Dicere illa (Ecclesia) voluit: quomodo putare potuisti, jam esse consummationem, quum turrim adhuc

aedificari, et nondum perfectam esse ipse perspexeris?

3) Sc. capite sequenti.

4) Haec omnia, quae hoc capite continentur, Ecclesia ad Hermaem loquitur, eo fine, ut ipse aliis ea annuntiet. *Filii illi* non sunt filii Hermae, sed ecclesiae.

simplicitate et innocentia et modestia, propter misericordiam Dei, quae super vos stillavit in justitia, ut sanctificemini et justificemini ab omni nequitia et omni pravitate; vos autem non vultis requiescere a nequitia vestris. Nunc ergo audite me, et pacem habete alius cum alio, et <sup>1</sup> visitate vos alterutrum, et suscipite vos invicem, et nolite soli <sup>2</sup> creaturas Dei percipere; abundantius etiam impertite egentibus. Quidam enim compluribus cibis infirmitatem carnis suae contrahunt, et violant carnem suam. Aliorum autem, qui non habent escas, marcescit caro ipsorum, propter id, quod non habent sufficientem cibum; et consumitur corpus eorum. Haec igitur intemperantia nociva est vobis, habentibus et non communicantibus iis, qui egent. Attendite iudicium superveniens. Qui eminentiores estis, inquirite esurientes, dum adhuc turris non est consummata. Postquam enim consummata fuerit turris, volelis benefacere, et <sup>3</sup> non habebitis locum. Videte ergo vos, qui gloriamini in divitiis vestris, ne forte <sup>4</sup> ingemiscant ii, qui egent, et gemitus eorum ascendat ad Dominum, et excludamini cum bonis vestris extra januam turris. Nunc itaque vobis dico, qui praeestis ecclesiae, et <sup>5</sup> amatis primos consessus: nolite similes fieri maleficis. Et malefici quidem venena sua in pixidibus bajulant; vos autem venenum vestrum et pharmacum in corde continetis, et non vultis purgare corda vestra, et permiscere sensum vestrum puro cordi, ut habeatis misericordiam a rege magno. Videte ergo, filii, ne forte hae dissensiones vestrae fraudent vitam vestram. Quomodo vos erudire vultis electos Dei, quum ipsi non habeatis disciplinam? Commonete ergo vos invicem, pacatique estote inter vos, ut et ego coram patre vestro adstans, rationem reddam pro vobis Domino.<sup>6</sup>

X. Quumque desiisset mecum loqui, venerunt illi sex juvenes, qui aedificabant, et tulerunt illam ad turrim, et alii quatuor

1) Similia leguntur in Ep. Barn. c. 19: ἐκζητήσεις καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὰ πρόσωπα τῶν ἀγίων. consummatio seculorum. Vide cap. antecedens p. 338. not. 2.

2) I. e. *dona*. Cfr. Job. 31, 17.

4) Cfr. Jac. 5, 4.

5) Cfr. Matth. 23, 6. Marc. 12, 39.

3) Consummatio turris simul est Luc. 11, 43. 20, 46.



sustulerunt subsellium, et abierunt ipsi iterum in turrim. Horum faciem non vidi, quoniam adversi erant. Euntem illam rogabam, ut mihi revelaret de tribus figuris, in quibus mihi apparuit. Respondens autem mihi dixit: „de his alium te oportet interrogare, ut tibi reveletur.“ Apparuit autem mihi, fratres, <sup>1</sup> prima visione, anno superiore, valde anus, et in cathedra sedens. <sup>2</sup> Alia autem visione faciem quidem juvenilem habebat, carnem autem et capillos aniles, et stans mihi loquebatur; hilarior autem erat, quam primum. <sup>3</sup> Tertia autem visione tota junior erat et aspectu decora, tantum quod capillos aniles habebat; hilaris autem facie erat, et super subsellium sedens. De his ipsis moestus eram valde, donec cognoscerem visionem hanc. Video anum illam in visu noctis dicentem mihi: <sup>4</sup> „omnis rogatio humilitate eget; jejuna ergo, et percipies a Domino, quod postulas.“ Jejunavi ergo diem unam. Eadem nocte apparuit mihi juvenis, et ait: „quid tu frequenter petis revelationes in oratione? Vide, ne multa postulans noceas carni tuae. Sufficiant tibi revelationes hae. Numquid poteris fortiores revelationes videre, quam quas vidisti?“ Respondens ei dico: „domine, hoc solum peto pro tribus figuris illius anus, ut integra fiat revelatio.“ Respondit mihi: „vos non insensati estis; sed dubitationes vestrae vos insensatos faciunt, eo quod non habeatis cor vestrum ad Dominum.“ Respondi illi et dixi: „sed a te ea diligentius cognoscemus.“

XI. „Audi,“ inquit, „de figuris, quas inquiris; in prima quidem visione quare anus tibi apparuit super cathedram sedens? <sup>5</sup> Quoniam spiritus vester antiquior etiam marcidus est, et non habens vim a vestris infirmitatibus et dubitatione cordis. Sicut enim seniores, qui non habent spem renovandi, et nihil aliud exspectant nisi dormitionem suam; sic et vos infirmati a secularibus negotiis tradidistis vos in socordiam, et non projecistis

1) Vis. I, 2 sq.

2) Vis. II, 1 sq.

3) Vis. III, 1 sq.

4) Antiochus hom. 106: *ἡρώεις δὲ*

*ταπεινοφροσύνης οὐκ ἔστιν εὐπρόσδεκτον γενέσθαι προσευχῆν.*

5) Aliam senectutis Ecclesiae explanationem legimus Vis. II, 4: *quoniam omnium prima creata est, ideo anus.*

a vobis sollicitudinem in Domino, et confusus est sensus vester, et inveterastis in tristitiis vestris.“ „Quare ergo super cathedram sedebat, volebam cognoscere, domine?“ Respondit: „quoniam omnis infirmus super cathedram sedet propter infirmitatem suam, ut contineatur infirmitas ejus. Ecce habes figuram primae visionis.“

XII. „Secunda autem visione vidisti illam stantem, et juvenilem faciem habentem, et hilariorem quam pristinam; carnem autem et capillos aniles. Audi, inquit, et hanc parabolam. Quum senior jam fuerit aliquis, desperat de se ipso propter infirmitatem suam et paupertatem, et nihil aliud exspectat, nisi diem extremum vitae suae. Deinde subito illi relicta est hereditas, et audiens exsurgit, hilarisque factus induit virtutem; et jam non discumbit, sed stat, et liberatus est a prioribus moeroribus, et jam non sedet, sed viriliter agit. Ita et vos, audita revelatione, quam Deus vobis revelavit. Quia misertus est Dominus vestri, et renovavit spiritum vestrum, et deposuistis infirmitates vestras; accessit vobis fortitudo, et invaluistis in fide, et visa Deus fortitudine vestra gavisus est. Propter hoc demonstravit vobis structuram turris; et alia ostendet, si ex toto corde pacem habueritis inter vos.“

XIII. „Tertia autem visione vidisti illam adolescentiorem, honestam et hilarem, et serenum vultum ejus. Sicut enim, si alicui moesto supervenerit nuntius bonus aliquis, statim oblitus est moeroris, nihilque aliud expectat, nisi annuntiationem, quam audivit, et confortatur de cetero, et renovatur spiritus ejus propter gaudium, quod accepit; sic et vos renovationem accepistis spirituum vestrorum, videntes haec bona. Et quia super subsellium vidisti sedentem, fortis positio est, quoniam quatuor pedes habet subsellium, et fortiter stat. Nam et mundus per quatuor elementa continetur. Qui ergo poenitentiam egerint<sup>1</sup> integre, juniores erunt; et qui ex toto corde poenitentiam egerint, erunt fundati. Habes in pleno revelationem; nihil amplius postules de revelandis. Si quid autem oportuerit, revelabitur tibi.“

1) In codice Lambeth. deest *in-* paullo post, ad distinctionem: *ex toto tegre*. Et recte, ut videtur; nam *corde*. GALLAND.

## Visio IV.

*De tentatione et tribulatione hominibus superventura.*

I. Visionem vidi, fratres, post dies viginti pristinae visionis, figuram <sup>1</sup> tribulationis superventurae. Proficiscebar in illa via <sup>2</sup> Campana; a via autem publica in <sup>3</sup> villam sunt fere stadia decem. Raro autem iter fit per locum illum. Et solus ambulans rogabam Dominum, ut revelationes ejus, quas mihi ostendit per sanctam ecclesiam suam, confirmaret, et daret poenitentiam omnibus servis suis, qui <sup>4</sup> scandalizati sunt; ut honorificetur nomen ejus magnum et honorificum; <sup>5</sup> et, quia me dignum existimavit, ut ostenderet mihi mirabilia sua, et eum honorificarem, et gratias agerem. Tamquam vox mihi respondit: „ne dubites, Herma!“ Intra me ergo coepi cogitare et dicere: „ego quid habeo dubitare, sic fundatus a Domino, et qui vidi honorificas res?“ Progressus sum paululum, fratres, et ecce video pulverem usque ad coelum. Coepi dicere intra me: „numquid jumenta veniunt, et pulverem excitant?“ Distabat autem a me tamquam stadium. Et ecce, video magis magisque pulverem exurgentem, adeo ut suspicarer, esse aliquid divinitus. Pusillum autem resplenduit sol, et ecce video bestiam magnam veluti <sup>6</sup> cetum, et ex ore ejus locustae igneae procedebant. Erat autem statura bestiae illius pedes fere centum, caput autem habebat tamquam vas urnale. Coepi flere et invocare Dominum, ut me liberaret ab illa. Deinde recordatus sum verbi, quod audieram: „ne dubites, Herma.“ Indutus ergo, fratres, fidem Dei, et memoratus, quis docuit me magnalia, audenter in bestiam me tradidi. Sic autem veniebat bestia illa, ita ut posset in ictu civitatem delere. Veni prope illam, et tam grandis bestia extendit se in terram, et nihil nisi linguam pro-

1) Tribulationem intelligit sub Domitiano. OXON. EDIT.

2) I. e. Appia, quae Cumas (Vis. II, 1) ducit.

3) Cfr. Vis. III, 1: *in agrum*.

4) *Σκandalίζουσι* = *peccare, delinquere, in errores incidere*. SCHLEUSNER.

5) Construe: *orabam, ut [et in posterum] mihi mirabilia sua ostenderet, quia [adhuc] me dignum existimavit*. Gallandio magis placet lectio Felli: *Et quum honorificarem et gratias agerem, tamquam vox etc.*

6) Cfr. Apoc. 11, 7. 12, 3. 13, 1 sq. 17, 8 sq. et Jachmann p. 58. 59.

ferebat, et in totum non movit se, donec pertransissem illam totam. Habebat autem bestia illa super caput colores quatuor: nigrum, deinde rubeum et sanguinolentum, inde aureum, deinde album.

II. Postquam autem pertransivi illam, progressus sum fere pedes triginta; et ecce occurrit mihi <sup>1</sup> virgo quaedam exornata, tamquam de thalamo prodiens, tota in albis, et calceamentis albis circumdata, et usque ad faciem mitram habens; pro tegumento autem habebat capillos nitidos. Cognovi ergo a pristinis visionibus, quoniam ecclesia est; et hilarior factus sum. Salutavit autem me dicens: „ave tu, homo.“ Et illam resalutavi dicens: „domina, ave.“ Respondens autem dixit mihi: „nihil tibi occurrit, homo?“ Dico ei: „domina, occurrit mihi talis bestia, quae possit populum consumere; sed virtute Dei et singulari ejus misericordia evasi illam.“ „Bene effugisti,“ inquit, „quoniam solitudinem et <sup>2</sup> sollicitudinem tuam ad Dominum projecisti, et cor tuum aperuisti ad eum, credens, <sup>3</sup> quod per nullum alium poteris salvus esse, nisi per magnum et honorificum nomen ejus. Propter hoc misit Dominus angelum suum, qui est super bestias, cui nomen est <sup>4</sup> Hegrin, et obturavit os ejus, ne te dilaniaret. Magnam tribulationem effugisti propter fidem tuam, et qui talem bestiam non

1) Cfr. Apoc. 21, 2 et *Jachmann.*, I. c. p. 61.

2) Cfr. I Petr. 5, 7.

3) Cfr. Act. 4, 12.

4) *Hieronymus* in Comment. ad proph. Habac. 1, 14 Hermae librum stultitiae condemnandum esse censet, cum angelum quemdam, nomine Tyri, reptilibus praesesse scribat. Sed angelus ille non *Tyrus*, sed *Hegrin* ab Herma appellatur, et procul dubio *Tyri* vox apud Hieronymum librario- rum vitio ortum debet. Cotelierius duas conjecturas ad nomen *Hegrin* explicandum nobis reliquit: 1) Fortasse scriptum fuisse *εγγη* i. e. com- pendiosa scriptura pro *εγγήγορος*,

*vigil*, *γγ*, quo nomine apud Danielem 4, 10 et 20 angelus significatur; pro *εγγη* autem scriptum seu lectum fuisse *εγγην*. 2) Fortasse Herma hoc fere modo scripisse: *ἐπεμψε κύριος ἄγγελον αὐτοῦ, ὃς ἐστὶν ἐπὶ θηρίων, ᾧ ὄνομα ἄγιον, misit Deus angelum suum super bestiam, cui (bestiae) nomen est τὸ θηρίον*, i. e. *ferum*. Huic interpretationi favet *Clem. Alex.* (cfr. notam seq.), eique adstipulantur *Nourrius et Hilgenfeld*, I. c. p. 138; priori autem patrociniatur *Lücke* (*Expleit. in die Offenbarung Johannis*) p. 145. Not. 2. Cfr. quotae *Itigium*, I. c. p. 168. Cfr. Apoc. 9, 11: *ἄγγελος Ἀββαδών*.

dubitasti. Vade ergo, et enarra electis Dei magnalia ipsius, et dices illis, quod bestia haec figura est pressurae superventurae. Si ergo praeparaveritis vos,

<sup>1</sup> ἐκπειξασθε τὴν ἐνέργειαν τῆ <sup>1</sup> poteritis effugere illam, si cor  
ἀγρίαις, ἐὰν ἡ καρδία ὑμῶν γένη- vestrum fuerit purum ac sine  
ται καθαρὰ καὶ ἄμωμος, macula,

et reliquos dies vitae vestrae servieritis Deo sine querela.

<sup>2</sup> Immittite sollicitudines vestras super Dominum, et ipse <sup>3</sup> diriget eas. Credite Deo, qui estis dubii, quoniam omnia potest, et avertere iram suam a vobis, et mittere vobis praesidia. Vae dubiis iis, qui audierint verba haec, et contemserint; <sup>4</sup> melius erat illis non nasci.<sup>4</sup>

III. Interrogavi eam de illis quatuor coloribus, quos habebat bestia in capite. At illa respondit mihi dicens: „iterum tu curiosus es, de rebus hujusmodi interrogans.“ Et dixi: „domina, demonstra mihi, quid sint illa.“ „Audi,“ inquit: „illud nigrum mundus est, in quo commoramini: igneum autem et sanguinolentum, quoniam oportet seculum hoc per sanguinem et ignem deperire; aurea autem pars vos estis, qui <sup>5</sup> effugistis seculum hoc. <sup>6</sup> Sicut enim per ignem aurum probatur et utile fit; sic et vos probamini, qui habitatis in <sup>7</sup> illis. Qui igitur permanserint et perseveraverint et probati fuerint ab <sup>8</sup> eis, purgabuntur. Et sicut aurum emundatur, et remittit sordem suam; sic et vos abjicietis omnem tristitiam et angustiam, et emundabimini in structuram turris. Alba autem pars superventuri est seculi, in quo habitabunt electi Dei, quoniam immaculati et puri erunt electi Dei in vitam aeternam. Tu ergo ne desinas loqui haec auribus sanctorum. Habetis et figuram tribulationis superventurae magnae. Nam si vos volueritis, <sup>9</sup> nihil erit. In mente habete ista, quae praescripta sunt.“ Haec quum dixisset, discessit. Non vidi autem,

1) *Clem. Alex. Strom.* IV, 9. p. 596. ed. Venet.

2) *Ps.* 54, 23. *Matth.* 6, 25. *Luc.* 12, 22. *Phil.* 4, 6.

3) Ita codex Lambeth. Alii: *dirigunt*.

4) *Matth.* 26, 24. *Marc.* 14, 21.

5) Cfr. *II Petr.* 2, 20.

6) Cfr. *I Petr.* 1, 7.

7) I. e. hujus mundi hominibus.

8) Sc. hominibus hujus seculi.

9) I. e. non vobis nocebit, sicut Hermae bestia illa non nocuit.

<sup>3</sup> Ἀκουε οὖν, πῶς ἡ λύπη ἐκ- III. <sup>3</sup> „Audi nunc, insipiens, τριβεῖ τὸ πνεῦμα, καὶ πάλιν quemadmodum tristitia cruciat τὸ πνεῦμα, καὶ πάλιν Spiritum sanctum, et quo modo σώζει. Ὅταν ὁ δίψυχος ἐπι- salvum facit. Quum dubius in- βάλῃται πράξαι τι, καὶ ἀπο- ciderit in negotium aliquod, et τύχη διὰ τὴν διψυχίαν αὐτοῦ, non provenit illi propter dubi- ἡ λύπη ἐκπορεύεται εἰς τὸν tationem; tristitia haec intrat in ἀνθρώπον, καὶ λυπεῖ τὸ <sup>4</sup> πνεῦμα hominem, et tristem facit <sup>4</sup> Spi- τὸ ἄγιον, καὶ στενοχωρεῖ αὐτό. ritum sanctum, et vexat eum. Ἐἴτα πάλιν ὀξύχολία ὅταν κολ- Deinde iterum iracundia quum accesserit homini pro negotio ληθῇ τῷ ἀνθρώπῳ περὶ πράγ- aliquo, vehementer irascitur; et ματός τινος, καὶ λίαν πικρανθῇ, haec ira intrat in praecordia καὶ ποιῆσῃ τι κακὸν, πάλιν ἡ irascentis, et vexatur in negotio λύπη εἰσπορεύεται εἰς τὴν καρ- suo, quod agit, et postea poe- δὴαν τοῦ ἀνθρώπου τοῦ ὀξύ- nitet, quod male fecerit. χολήσαντος, καὶ λυπεῖται ἐπὶ τῇ πράξει αὐτοῦ, ἢ ἔπραξεν, καὶ μετανοεῖ, ὅτι πονηρὸν εἰργάσατο. Αὕτη οὖν ἡ λύπη

1) Ergo non audiunt, quae quis forte de Deo loquitur.

2) Ex Doctr. ad Antioch. l. c. n. 11.

3) Ibidem.

4) Hermas non de tertia persona SS. Trinitatis loquitur, sed de spiritu divino, fidelibus infuso.

virorum justorum, habentium spiritum divinitatis, et oratio illorum fit ad Dominum, exinanitur homo ille, quoniam spiritus ille terrestris fugit ab illo, et ohmutescit, nec quidquam potest loqui. Sicut in apotheca, si <sup>1</sup> obturaveris vinum vel oleum, et inter illa vasa posueris amphoram vacuum, <sup>2</sup> et rursus obturamentum deponere volueris, amphoram illam, quam posuisti, vacuum invenies; sic et Prophetæ vacui, quum venerint inter spiritus justorum, quales veniunt, tales inveniuntur. <sup>3</sup> [Spiritus omnium hominum terrestris est et levis, et virtutem non habet in totum, et multa loquitur.] Et dixi: „quo modo igitur scire potest aliquis <sup>4</sup> eos?“ „Audi,“ inquit, „de utrisque vasis; et sicut dico tibi, sic probabis Prophetam Dei, et falsum Prophetam. Primum itaque proba hominem, qui habet spiritum Dei; quia spiritus, qui desursum est, quietus est et humilis, et recedit ab omni nequitia et desiderio vano hujus seculi, et omni homine se facit humiliorem, et nemini respondet interrogatus, nec singulis respondet; neque quum vult, homini loquitur spiritus Dei, sed tunc loquitur, quum vult Deus. Quum ergo venerit homo, qui habet spiritum Dei, in ecclesiam justorum, habentium fidem Dei, et oratio fit ad Dominum; tunc nuntius sanctus divinitatis implet hominem illum spiritu sancto, et loquitur in turba, sicut Deus vult. Sic ergo dignoscitur spiritus divinitatis <sup>5</sup> in quocumque spiritus divinitatis loquitur. <sup>6</sup> Audi nunc et de spiritu terrestri, vacuo et fatuo, virtutem non habente. <sup>7</sup> Primum autem

- |   |  |
|---|--|
| <p>1) I. e. in vasis reclusum posueris.</p> <p>2) I. e. si amphoram vacuum postea aperies, eam adhuc vacuum reperies.</p> <p>3) <i>Spiritus — Dei Prophetam.</i> Haec uncis inclusa in Mstis (uno excepto) et in Editis infra leguntur Mand. XII, c. 1 et 2, post verba: <i>mortis tradit servos Dei.</i> Hic ea esse inserenda jam Wakius vidit, e Graeco Pseudo-Athanasii et ex Cod. Lamb. id colligens. Adstipulatur ei Gallandius, monens, utriusque sane loci contextum (Mand. XI et XII) id</p> | <p>non postulare tantum, sed et flagitare. — Mss. Angl. exhibent: <i>Primum omnium.</i></p> <p>4) Sc. Prophetas.</p> <p>5) Bodl. et Lamb. <i>quia, quicumque spiritu divinitatis loquitur, loquitur, sicut Dominus vult.</i></p> <p>6) Hic in Editis incipit c. 2. Mand. XII.</p> <p>7) Codex Bodl. sic habet: <i>Primum enim homo, qui putetur spiritum habere, exultat se.</i></p> |
|---|--|

hunc homo putatur spiritum habere; <sup>1</sup> exultat enim se, et vult primam cathedram habere; et improbus est et verbosus; et in deliciis conversatur, et in voluptatibus multis, et mercedem accipit divinationis suae. Quodsi non acceperit, non divinat. Itane spiritus Dei potest mercedes accipere et divinare? Non convenit haec facere Dei Prophetam]. Habes utrorumque Prophetarum vitam. Proba ergo de vita et operibus hominem, qui dicit, se spiritum sanctum habere. Tu autem crede spiritui venienti a Deo, habenti virtutem. Spiritui autem terrestri vacuo, qui a diabolo est, in quo fides non est neque virtus, credere noli. Audi ergo similitudinem, quam tibi dicturus sum. Accipe lapidem, et mitte in coelum; aut iterum accipe siphonem aquae, et ejacula in coelum; et vide, si possis pertundere coelum.<sup>4</sup> „Quo modo,“ inquam, „domine, haec fieri possent? Utraque enim, quae dixisti, fieri non possunt.“ „Sicut ergo,“ inquit, „haec fieri non possunt; sic spiritus terrestris sine virtute est, et sine effectum.“ <sup>2</sup> Accipe nunc virtutem, desursum venientem, in hac similitudine. Grando minimum granum est; et quum cadit super caput hominis, quomodo dolores praestat? Aut iterum, vide stillicidium, quod a tegula cadit in terram, et cavat lapidem. Sic igitur minima, quae desursum cadunt super terram, magnam habent virtutem. Adjunge te ergo huic habenti virtutem, et ab illo vacuo recede.<sup>4</sup>

## Mandatum XII.

*De duplici cupiditate. Dei mandata non esse impossibilia, et diabolum non metuendum credentibus.*

<sup>3</sup> Ἄρον ἀπὸ σοῦ πᾶσαν ἐπι- I. Iterum dixit mihi: <sup>3</sup> „tolle  
θυμίαν πονηρὰν, ἐνδύσαι τὴν a te omnem cupiditatem malam;  
ἐπιθυμίαν τὴν ἀγαθὴν καὶ σεμ- et indue cupiditatem bonam et  
νήν. Ἐνδεδυμένος γὰρ τὴν ἐπι- sanctam. Indutus enim cupidi-

1) Eadem vitia in mendacibus Mon-  
tanistarum Prophetis redarguuntur  
apud Eusebium, hist. eccl. V, 16 et  
18. COTEL.

2) Accipe = aspice, perspice.

3) Ex Doctr. ad Antioch. n. 10.  
p. 256.

θυμίαν ταύτην, μισήσεις τὴν tatem bonam, oderis malam, et  
πονηρὰν ἐπιθυμίαν. refrenabis eam, sicut volueris.

Ἄγρια γὰρ ἐπιθυμία εἰς τὰδε et difficile mitigatur. Horribilis  
ἀνεμπεισεῖ, εἰς λύπην [— εἰὼν est valde et fera, et feritate sua  
μὴ ἦ] συνετοῦς, δαπανᾶται ὑπ' consumit homines; maxime si in-  
αὐτῆς δεινῶς. ciderit in eam servus Dei, et  
nisi sapiens fuerit, consumetur

Δαπανᾷ δὲ τούτους, μὴ ἔχον- ab illa pessime. Consumit autem  
τας ἑνδύμα ἐπιθυμίας ἀγα- tales, qui non habent vestem  
θῆς, ἀλλ' ἐμπεφυρμένους τῷ cupiditatis bonae, et implicat  
αἰῶνι τούτῳ· τούτους οὖν παρα- illos negotiis hujus seculi, et  
δίδωσιν εἰς θάνατον. — Ποῖα, tradit illos morti. „Quae sunt,  
κύριε, εἰσι τῆς ἐπιθυμίας τῆς inquam, „domine, opera cupidi-  
πονηρᾶς, τὰ παραδιδόντα τοὺς tatis malae, quae tradunt homines  
ἀνθρώπους εἰς θάνατον; Γνώ- morti? Demonstra mihi, ut re-  
ρισὸν μοι, ἵνα φήγω ἀπ' ἀν- cedam ab illis.“ „Audi,  
τῶν. Ἄκουσον.“

inquit, „in quibus operibus cupiditas mala morti tradit servos Dei.“

<sup>2</sup> Πρῶτον πάντων ἐπιθυμία II. <sup>2</sup> „Sed cupiditas mala est,  
γυναικὸς, καὶ πολυτέλεια πλού- concupiscere uxorem alienam,  
του, ἣ ἐστὶ φιλαργυρία, καὶ vel mulierem concupiscere virum  
ἐδουλείων πολλῶν καὶ ματαίων, alienum, et laetitias concupiscere  
καὶ μεθύσματος πολλοῦ, δια- divitiarum, et multitudinem ci-  
φόρων γεύσεων, καὶ ἐτέρων τρυ- borum supervacuorum, et ebrie-  
φῶν πολλῶν, καὶ μωρῶν, καὶ tatem multam, et delicias multas.  
δόξης ἀνθρωπίνης καὶ ματαίας. Fatuae enim sunt deliciae mul-  
Πᾶσα τρυφή μωρὰ ἐστὶ καὶ tae, et voluptates multae super-  
κενὴ τοῖς δούλοις τοῦ Θεοῦ. vacuae sunt servis Dei.

Haec ergo cupiditas mala est pernicioza, quae mortificat servos  
Dei. Haec enim cupiditas a diabolo est. Quicumque ergo re-  
cesserint a cupiditate mala, vivent Deo. Nam quicumque sub-

1) Math. 22, 11.

2) Ex Doctr. ad Antioch. l. c.  
Cfr. supra Mand. XI. p. 370. not. 3.  
Male in Codicibus sed legitur, pro:

Primum omnium, quod in Mss. Angl.  
adhuc reservatur, sed loco mutato,  
in superiori Mandato, Not. 3.

jecti fuerint cupiditati malae, in perpetuum morientur; mortifera enim est haec cupiditas mala. Tu ergo indue cupiditatem justitiae; et armatus timore Domini, resiste cupiditati malae. Timor enim habitat in cupiditate bona. Et cupiditas mala, quum viderit te armatum timore Domini, resistantem sibi, fugiet a te longe, et non comparebit ante te, timens arma tua, et obtinebis victoriam, et coronaberis ob illam, et pervenies ad cupiditatem bonam, et trades victoriam Deo, quam acceperis, et servies ei operando, sicut ipse volueris.

<sup>1</sup> Ἐὰν δὲ δουλεύῃς τῇ ἐπιθυμίᾳ τῇ ἀγαθῇ, καὶ ὑποταγῆς αὐτῇ, δύνασαι κατακυριεύσαι τῆς ἐπιθυμίας τῆς πονηρᾶς, καὶ ὑποτάξαι αὐτήν, καθὼς βούλει.

<sup>1</sup> Si autem servieris cupiditati bonae, et subditus ei fueris; poteris dominari super cupiditatem malam, et erit subdita tibi, sicut volueris.

<sup>2</sup> Ἦθελον γινῶναι, ποίοις τρόποις δεῖ με δουλεῦσαι τῇ ἐπιθυμίᾳ τῇ ἀγαθῇ. Ἄκουε ἔργασαι δικαιοσύνην καὶ ἀρετὴν ἀληθείας, καὶ φόβον κυρίου, καὶ πίστιν, καὶ ἀγάπην. Ταῦτα ἐργαζόμενος εὐάρεστος ἔσῃ δοῦλος Θεοῦ. —

III. <sup>2</sup> „Vellem scire, domine, quo modo servire debeam cupiditati bonae.“ „Audi,“ inquit: „habe timorem Dei et fidem in Deo, et veritatem ama, et justitiam dilige, et fac bonum. Haec operando probatus eris servus Domini, et servies Deo; et omnes, quicumque servierint cupiditati bonae, vivent Deo.“

<sup>3</sup> Καὶ συντελέσας τὰς δώδεκα ταῦτας ἐντολὰς λέγει· — πορεύου ἐν ταῖς ἐντολαῖς ταύταις, καὶ παρακάλει καὶ τοὺς ἀκούοντας πορεύεσθαι ἐν αὐταῖς, ἵνα ἡ μετάνοια αὐτῶν καθαρὰ γένηται τὰς λοιπὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτῶν.

<sup>3</sup> Consummatis his mandatis duodecim dixit mihi: „habes haec mandata, ambula in his; et audientes homines hortare, ut poenitentiam agant, et poenitentia eorum munda fiat reliquis diebus vitae eorum.“

Et ministerium hoc, quod tibi do, explica diligenter; et multum consequeris fructum, et invenies gratiam apud omnes, qui poeni-

1) Ibidem.

2) Ex Doctr. ad Antioch. l. c.

3) Ex Doctr. ad Antioch. n. 13.

p. 259.



tentiam agent et credent verbis tuis. Ego enim tecum sum, et cogam illos credere.“ Et dixi illi:

<sup>1</sup> Κύριε, αἱ ἐντολαὶ αὐταὶ μεγάλα καὶ καλὰ καὶ δυναταὶ εἰσιν, δυνάμενοι εὐφραίνειν τὴν καρδίαν τοῦ δυναμένου τηρεῖν αὐτάς. <sup>2</sup> Οὐκ οἶδα, κύριε, εἰ δύνανται αἱ ἐντολαὶ αὐταὶ ὑπὸ πολλῶν φυλαχθῆναι, διότι σκληραὶ εἰσιν. Ἐμβλέψας δὲ αὐτὸν ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ μετὰ πολλῆς ἀσστηρίας εἶπεν· ἀνάνδρε, ἀκηδιαστά, ῥάθυμε καὶ ὀλιγόψυχε, οὐκ οἶδας, ὅτι, εἰ ἐν σοὶ ἐαυτῷ προῦν, ὅτι δύνανται φυλαχθῆναι, εὐκόλως αὐτάς φυλάξεις, καὶ οὐκ ἔσονται σκληραὶ; Εἰ δὲ ἀναβῆ ἔπι τὴν καρδίαν σου, οὐ δύνασθαι αὐτάς ὑπὸ ἀνθρώπων φυλαχθῆναι, οὐ φυλάξεις αὐτάς. Ait mihi: „haec mandata facile custodies, et non erunt dura; sed si tamen in cor tuum posueris, non posse ab homine custodiri, non custodies ea. Nunc autem dico tibi: si non custodieris haec mandata, et omiseris, non eris salvus, neque filii tui, neque domus tua; quia ipse judicaveris, quod non possint haec mandata ab homine custodiri.“

IV. Haec mihi vehementer iracunde locutus est, ita ut conterreret me valde. Vultum enim suum mutaverat, ita ut non posset homo sustinere iram ejus. Et quum vidisset me conturbatum totum et confusum, coepit loqui moderatius et hilarius, dicens: „stulte et insensate, inconstans et

<sup>3</sup> Οὐ νοεῖς τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ, <sup>3</sup> ignorans majestatem Dei, quam πῶς μεγάλη ἐστὶ καὶ ἰσχυρὰ magnus quamque mirabilis sit, καὶ θαυμαστή· ὅτι ἔκτισεν τὸν qui orbem creavit propter homi-

1) Ibid. n. 21. p. 263.

2) Simili errore Trypho Judaeus, disceptans cum Justino Martyre, praecepta Evangelica, quae admiratur et

praedicat, a nemine posse servari suspicatur. COTEL.

3) Ex *Doctr. ad Antioch.* l. c.

κόσμον διὰ τὸν ἄνθρωπον, καὶ τὴν ἐξουσίαν ἅπασαν ἔδωκεν αὐτῷ κυριεύειν πάντων τῶν ἐπὶ τῆς γῆς; Εἰ οὖν πάντων τούτων ὁ ἄνθρωπος κύριός ἐστι, καὶ πάντων δύναται κατακυριεύσαι, πῶς οὐ δυνήσεται καὶ τούτων τῶν ἐντολῶν κατακυριεύσαι; — Ὡστε πασῶν τῶν ἐντολῶν τούτων κατακυριεύσαι ὁ ἄνθρωπος, ὁ ἔχων τὸν κύριον ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. Οἱ δὲ ἐπὶ τὰ <sup>1</sup> χεῖλη ἔχοντες τὸν κύριον, τὴν δὲ <sup>2</sup> καρδίαν πεπωρωμένην, καὶ μακρὰν ὄντες ἀπὸ τοῦ κυρίου διὰ τὴν ἑαυτῶν ἡθυμίαν, ἐκείνοις αἱ ἐντολαὶ αὐταὶ σκληραὶ εἰσιν καὶ δυσκατόρθωτοι. Θεσθε οὖν ὑμεῖς, οἱ ὀλιγόψυχοι καὶ ἕλαφροὶ τῇ πίστει, τὸν κύριον ἀδιαλείπτως εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν, καὶ γνώσεσθε, ὅτι οὐδὲν ἐστὶν εὐκολώτερον τῶν ἐντολῶν τούτων, οὔτε γλακύτερον, οὔτε ἡμερώτερον. — <sup>3</sup> Βλέπε στερεῶς, καὶ ἐξ ὅλης τῆς καρδίας ἐπίστρεφε πρὸς κύριον, καὶ μὴ φοβηθῆς τὸν διάβολον· δύναμις γὰρ ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν κατὰ τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ. Ὁ Θεὸς γὰρ ἔστιν ὁ παρέχων τὴν νίκην. Ὁ διάβολος μόνον φόβον ἔχει· ὁ δὲ φόβος αὐτοῦ τόνους οὐκ

nem, et omnem creaturam subjecit homini, et omnem potestatem dedit illi, ut dominetur horum mandatorum.

Dominari, inquit, potest omnium horum mandatorum, qui habet Dominum in corde suo.

Qui autem habent Dominum in <sup>1</sup> labiis suis, et <sup>2</sup> cor illorum obtusum est, et longe sunt a Domino, illis mandata haec dura sunt et difficilia.

Ponite ergo vobis, qui vacui et leves estis in fide, Dominum Deum vestrum in corde habere; et intelligetis, quod nihil facilius est his mandatis, neque dulcius, neque mansuetius, neque sanctius; <sup>3</sup> et convertite vos ad Dominum Deum, et relinquitte diabolum et voluptates ejus, quia malae sunt et amarae et immundae, et nolite timere diabolum, quia in vobis potestatem non habet. Ego enim vobiscum sum nuntius poenitentiae, qui dominor illius. Diabolus autem timorem facit, sed timor

1) Isai. 29, 13. Matth. 15, 8.

2) Joh. 12, 40. II Cor. 3, 14.

3) Ex *Doctr. ad Antioch.* n. 12. p. 258.

ἔχει. Μὴ φοβηθῆς οὐκ αὐτὸν illius vanus est. Nolite ergo  
καὶ φεύξεται ἀπὸ σοῦ. timere eum, et fugiet a vobis.“

V. Et dixi illi: „domine, audi me pauca verba dicentem tibi.“ „Dic,“ inquit. „Homo,“ inquam, „cupit quidem mandata Dei custodire, et nemo est, qui non petat a Domino, ut possit mandata ejus servare; sed diabolus durus est, et potentia sua dominatur in Dei servos.“ Et dixit:

<sup>1</sup> Οὐ δύναται γὰρ καταδυνα- <sup>1</sup> „non potest dominari in Dei  
στεύειν τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ, servos, qui ex totis praecordiis  
τῶν ἐξ ὅλης καρδίας ἐλπίζόν- in Dominum credunt. Potest  
των ἐπ’ αὐτόν. Δύναται οὖν autem diabolus luctari, sed vin-  
ὁ διάβολος παλαῖσαι: καταπα- cere non potest. <sup>2</sup> Si enim re-  
λαῖσαι δὲ οὐ δύναται. <sup>2</sup> Ἐὰν οὖν sistitis illi, fugiet a vobis con-  
ἀπιστοῦ αὐτόν, νικηθεὶς φεύξε- fusus.  
ται ἀπὸ σοῦ κατηραυγμένως.

Nam quicumque fide pleni non sunt, timent diabolum, quasi potestatem habentem. Diabolus enim tentat servos Dei, et si invenerit vacuos, exterminat. <sup>3</sup> Sicut enim homo, quum implevit amphoras bono vino, et inter illas amphoras paucas semiplenas posuit, et venit, ut tentet et gustet amphoras, non tentat plenas; scit enim, quod bonae sunt; semiplenas autem gustat, ne sint acidae factae, cito enim semiplenae amphorae acescunt, et perdunt saporem vini; sic et diabolus venit ad homines servos Dei, ut tentet illos. Quicumque autem pleni sunt fide, resistunt ei fortiter; et ille recedit ab eis, quia non habet locum intrandi. Tunc vadit ad illos, qui non sunt in fide pleni, et quoniam habet locum, inde intrat in illos, et quaecumque vult, facit illis, et fiunt famuli ejus.“

VI. „Sed vobis dico ego nuntius poenitentiae: ne timeatis diabolum. Missus enim sum, ut vobiscum sim, quicumque ex totis praecordiis egeritis poenitentiam; ut confirmem vos in fide.

<sup>4</sup> Credite ergo, qui propter delicta vestra obliti estis Deum, <sup>5</sup> et

1) Ex *Doctr. ad Antioch.* n.12. p.258.

2) Jac. 4, 7.

3) Hunc locum laudat *Origenes*,  
Comment. in Matth. 24, 42.

4) Ista exscripsit *Antiochus ho-  
mit.* 77.

5) Wakius ita hunc locum restituit:  
*Obliti estis Deum et salutem vo-*

qui salutem vestram objicientes peccatis vestris, gravatis vitam vestram: quodsi conversi fueritis ad Dominum ex totis praecordiis vestris, et servieritis ei secundum voluntatem ipsius, dabit remedium animabus vestris, posthabitis peccatis vestris prioribus; et habebitis potestatem dominandi omnibus operibus diaboli.

<sup>1</sup> Μηδὲ τὴν ἀπειλὴν αὐτοῦ <sup>1</sup> Minas autem illius in totum δειλιάσῃς· ἄτονος γὰρ ὡς νε- timere nolite, sine virtute enim κροῦ νεῦρα. — <sup>2</sup> Μᾶλλον φο- sunt, sicut hominis mortui nervi. βήθητι τὸν κύριον, τὸν δυνά- Audite ergo me, et <sup>2</sup> timete Do- μενον σᾶσαι καὶ ἀπολέσαι. minum omnipotentem, qui potest

vos salvos facere et perdere;

et custodite mandata ejus, ut vivatis Deo.“ Et dixi illi: „do- mine, modo confirmatus sum in omnibus mandatis Domini, quam- diu mecum es; scio, quod confringes omnem virtutem diaboli. Sed et nos exsuperabimus illum, si possumus mandata haec, quae praecepisti, Domino confirmante custodire.“ „Custodies,“ inquit, „si cor tuum purificaveris ad Dominum. Sed et omnes custodient, qui purificaverint corda sua a vanis cupiditatibus hujus seculi, et vivent Deo.“

## LIBER TERTIUS,

QUI INSCRIBITUR:

### SIMILITUDINES.

#### Similitudo I.

*Nos, quia in hoc mundo permanentem civitatem non habemus, debere inquirere futuram.*

Et dixit mihi: „scitis vos, Domini servos in <sup>3</sup> peregrinatione morari? Civitas enim vestra longe est ab hac civitate. Si

*stram; et qui adjicientes peccatis vestris, gravatis vitam vestram. Fortasse leges: qui salutem vestram abjicientes . . . gravatis vitam vestram.*

1) Ex Doctr. ad Antioch. n. 12. p. 258.

2) Matth. 10, 28. Luc. 12, 5.

3) Hebr. 13, 14. Haec laudat Antiochus homil. 15.

ergo scitis civitatem vestram, in qua habitaturi estis; quid heic emitis agros, et apparatus lautitias et aedificia et habitationes supervacuas? Haec enim qui comparat in hac civitate, non cogitat in suam civitatem redire. O stulte, o dubie et miser homo, qui non intelligis, haec omnia aliena esse, et <sup>1</sup> sub alterius potestate! Dicit enim tibi dominus civitatis hujus: aut legibus utere meis, aut recede de civitate mea. Tu ergo quid facies, qui habes legem in civitate tua? Numquid propter agros tuos, aut propter aliquos apparatus tuos, poteris negare legem tuam? Quodsi negaveris, et volueris redire in civitatem tuam, non recipieris, sed excluderis inde. Vide ergo, <sup>2</sup> ut, sicut peregre consistens, nihil amplius compares tibi, quam sit necessarium et sufficiens tibi; et paratus esto, ne, quum voluerit dominus civitatis hujus expellere te, contradicas legi ejus; et eas in civitatem tuam, ut utaris lege tua, sine injuria hilaris. Vos igitur videte, qui servitis Deo, et habetis eum in cordibus vestris: operamini opera Dei, memores mandatorum et promissorum ejus, quae promisit; et credite ei, quod faciet vobis, si mandata ejus custodieritis. Pro agris ergo, quos emere volueritis, redimite animas de necessitatibus, prout quisque potest; <sup>3</sup> et viduas absolvite, orphanis judicate, et opes ac divitias vestras in hujusmodi operibus consumite. In hoc enim vos Dominus locupletavit, ut hujusmodi ministeria expleatis. Multo melius est haec facere, quam agros aut domos emere; quoniam haec omnia peribunt in seculo; at quae pro nomine Dei feceris, invenies in civitate tua, et habebis gaudium sine tristitia et timore. Divitias ergo gentium nolite cupere; perniciosae sunt enim servis Dei: de propriis autem, quas habetis, ea agite, quibus possitis consequi gaudium. <sup>4</sup> Et nolite adulterare, nec alterius uxorem tangere, neque concupiscere: concupisce <sup>5</sup> tuum opus, et salvus eris.“

1) De Hermae doctrina, *bona terrestria sub potestate Diaboli esse*, cfr. Semler. (in Baumgarten, theol. Streit. T. H. p. 14).

2) Ita Editi. Codd. tu.

3) Isai. 1, 17. Cfr. supra Mand. VIII.

4) Matth. 5, 27. 28.

5) I. e. *quod tuum est*.

## Similitudo II.

*Ut vitis ulmo fulcitur, sic dives oratione pauperis juvatur.*

Quum ambulare in agrum, et considerare ulmum et vitem, et cogitare intra me de fructibus earum, apparuit mihi angelus, et dixit mihi: „quid tu intra te cogitas?“ Et dixi illi: „de hac vite et ulmo disputo, domine, quoniam fructus illarum decori sunt.“ Et dixit mihi: „hae duae arbores in exemplum positae sunt servis Dei.“ Et dixi illi: „vellem scire, domine, harum arborum exemplum, quod dicis.“ „Audi,“ inquit: „vides hanc vitem et hanc ulmum?“ „Video,“ inquam, „domine.“<sup>1</sup> „Haec vitis,“ inquit, „fructifera est, ulmus autem lignum sine fructu est; sed vitis haec, nisi<sup>2</sup> applicita fuerit ulmo, et super illam requieverit, non potest multum fructum facere. Jacens enim in terra malos fructus dat, quia non pendet super ulmum; sed si suspensa fuerit vitis super ulmum, et pro se et pro ulmo fructum dat. Vide ergo, quod ulmus fructum dat non minorem, quam vitis, sed potius majorem.“ „Quo modo,“ inquam, „domine, majorem, quam vitis?“ „Suspensa,“ inquit, „ad ulmum fructum multum et bonum dat; jacens autem in terra exiguum et pessimum fructum dat. Haec igitur similitudo posita est servis Dei, pauperi et diviti.“ Respondi inquires: „domine, demonstra mihi.“ „Audi,“ inquit: „dives habet opes, a Domino vero pauper est; distrahitur enim circa divitias suas, et valde exiguum habet orationem ad Dominum; et quam habet, inertem habet, et non habentem virtutem.“<sup>3</sup> Quum igitur dives praestat pauperi, quae illi opus sunt; pauper orat ad Dominum pro divite, et Deus praestat diviti omnia bona, quia pauper dives est in oratione, et virtutem magnam habet apud Dominum oratio ejus. Tunc ergo dives praestat omnia pauperi, quia sentit illum exaudiri a Domino, et libentius ac sine dubitatione praestat ei omnia,

1) Laudat haec *Origenes* homil. X. in Josuam. T. III. p. 423. ed. Ruæ.

2) Ex his quoque verbis elucet, librum nostrum in Italia scriptum esse, cfr. supra p. 326.

3) De satisfactione per elemosynam cfr. *Münscher*, Lehrbuch der Dogmengeschichte T. I. p. 447.

et curat, ne quid ei desit. Pauper Deo gratias agit pro divite, quia opus faciunt a Domino. Apud homines ergo ulmus non putatur dare fructum, et nesciunt, neque intelligunt, quod, si societas advenerit viti, et vitis duplum dat fructum, et pro se et pro ulmo. Sic et pauperes pro locupletibus orantes ad Dominum exaudiuntur, et augentur opes eorum, quoniam praestant pauperibus ex opibus suis. Sunt igitur ambo consortes bonorum operum suorum. Quicumque igitur haec fecerit, non deseretur a Domino, ac erit scriptus in libro vitae. Felices igitur, qui possident, et sentiunt se locupletari; qui hoc enim senserit, poterit aliquid administrare.“

### Similitudo III.

*Ut hyeme virides arbores ab aridis, sic in hoc seculo justi ab injustis internosci non possunt.*

Ostendit mihi arbores multas abjectis foliis, quae mihi velut aridae videbantur; omnes enim similes erant. Et dixit mihi: „vides arbores has?“ „Video,“ inquam, „domine, similes aridis.“ Respondens dixit mihi: „hae arbores in similitudinem sunt hominum, qui in seculo morantur.“ Respondi, inquit: „domine, cur velut aridis similes sunt?“ „Quoniam,“ inquit, „nec justi, nec injusti cognoscuntur, sed similes sunt in hoc seculo. Hoc enim seculum justis hyems est, qui non agnoscuntur, cum peccatoribus habitantes. Sicut in hyeme omnes arbores abjectis foliis aridis similes sunt, nec potest cognosci, quae sunt aridae, aut quae virides; sic et in hoc seculo nec justi nec injusti cognoscuntur, sed similes sunt omnes.“

### Similitudo IV.

*Ut aestate vividae arbores ab aridis fructu et viventibus foliis internoscuntur, sic in futuro saeculo justi ab injustis beatitudine differunt.*

Ostendit mihi iterum arbores multas, quarum aliae frondes emittebant, aliae aridae erant. Et dixit mihi: „videsne has

arbores? Respondi: „video, domine, alias aridas, et alias frondentes.“ „Hae arbores,“ inquit, „quae virides sunt, justi sunt, qui habitaturi sunt in futuro seculo. Illud enim futurum seculum aestas est justis; peccatoribus autem hyems. Quum ergo illuxerit misericordia Domini, tunc declarabuntur, qui serviunt Deo, et omnibus perspicui erunt. Sicut enim in aestate fructus arboris cujuscumque declaratur et patet; sic et justorum factum declarabitur et patebit; et omnes hilares et gaudentes in illo seculo restituentur. Nam caeterae gentes, peccatores scilicet, sicut arbores, quas vidisti aridas, tales inveniuntur aridi, et sine fructu in illo seculo, et sicut arida ligna comburentur<sup>1</sup>; et palam fiet, quoniam male fecerunt in omni tempore vitae suae; <sup>2</sup> et comburentur ideo, quia peccaverunt, et peccatorum suorum non egerunt poenitentiam. Sed et caeterae gentes comburentur, quia <sup>3</sup> non agnoverunt Deum creatorem suum. Tu ergo fac fructum bonum, ut in aestate cognoscatur fructus tuus, et abstine te a multis negotiis, et nihil delinques. Quicumque enim multa negotia agunt, multa delinquant; quia constricti sunt circa negotia sua, et non serviunt Deo. Nam quo modo potest homo, qui non servit Deo, aliquid petere et accipere a Deo? Qui enim serviunt Deo, petunt et accipiunt sua desideria. Quodsi unum negotium tractat aliquis, poterit servire Deo; quoniam non alienatur animus ejus a Domino, sed pura mente servit Deo. Hoc ergo si feceris, poteris in venturo seculo habere fructum; sed et omnes, qui fecerint haec, fructum ferent.“

### Similitudo V.

*De vero jejunio et ejus mercede; tum et de corporis munditia.*

I. Quum jejunarem et sederem in monte quodam, et gratias agerem Deo pro omnibus, quae fecerat mecum, video pastorem illum sedentem juxta me ac dicentem mihi: „quid tam mane huc venisti?“ Respondi: „quoniam, domine, <sup>4</sup> stationem habeo.“

1) Scil. in inferno. *Jachmann.*,  
l. c. p. 88.

2) Matth. 3, 10. 7, 19.

3) Cfr. Rom. 1, 20 et *Jachmann.*,  
l. c. p. 79.

4) Inter Latinos vivens *Hermas*



„Quid est,“ inquit, „statio?“ Et dixi: „jejunium.“ Et dixit: „quid est illud jejunium?“ „Sicut solebam,“ inquam, „sic jejuno.“ „Nescitis,“ inquit, „Deo jejunare; neque est jejunium hoc, quod jejunatis, Deo, nihil proficientes.“ „Quare,“ inquam, „domine, ita dicis?“ „Dico certe,“ inquit, „non esse jejunium hoc, quod putatis vos jejunare; sed ego te docebo, quod sit jejunium plenum acceptumque Deo. Audi,“ inquit: „Dominus non desiderat tale jejunium supervacuum; sic enim jejunando nihil praestas aequitati. Jejuna certe verum jejunium tale. <sup>2</sup> Nihil in vita tua nequiter facias; sed mente pura servi Deo, custodiens mandata ejus, et in praecepta ejus ingrediaris, neque admiseris desiderium nocens in animo tuo. Crede autem Domino, si haec feceris, timoremque ejus habueris, atque abstinueris ab omni negotio malo, Deo te victurum. Haec si feceris, jejunium magnum consummabis acceptumque Domino.“

II. „Audi similitudinem, quam dicturus sum tibi, ad jejunium pertinentem. Quidam, quum haberet fundum servosque multos, in quadam parte fundi sui posuit <sup>3</sup> vineam successoribus; deinde peregre profectus elegit servum, quem habebat fidelissimum ac sibi probatum; eique assignavit vineam, praecipiens, ut vitibus jungeret palos; quod si fecisset, et mandatum suum consummasset, libertatem eidem se daturum promisit. Nec praeterea quidquam aliud praecepit illi, quod in ea faceret; atque ita peregre profectus est. Postquam autem servus ille curam apprehendit, fecit, quaecumque praeceperat dominus. Quumque depalasset vineam illam, et animadvertisset eam herbis repletam; coepit secum ita cogitare, dicens: peregi, quod mihi praeceperat

*στάσις* (*stationis*) vocabulum more illorum usurpavit. Non enim memini me legere jejunium in Graecia sic vocatum fuisse. Interdum *stationem* a *jejuniis* distingui, ut speciem scilicet a genere, atque accipi pro jejunio quartae feriae et sextae, colligitur ex multis locis Tertulliani. COTEL. Cfr. *Augusti*, Handb. d. chr. Archaeologie, T. III. p. 320.

1) De jejuniiis falsis cfr. Barn. Ep. c. 3.

2) De spirituali jejunio Pastoris cfr. infr. c. 3.

3) Parabolas de vinea reperies in Novo Test. Matth. 20 et Luc. 20. In sequentibus similitudo haec duplici modo explicatur: a) sensu morali in capite 3<sup>o</sup> et b) sensu mystico in capite 5.

dominus; fodiam nunc vineam hanc, et erit formosior, quum fuerit fossa, et extractis herbis majorem dabit fructum, et non suffocabitur ab herbis. Adgressus deinde fodit, et omnes herbas, quae in ea erant, extrahit; atque ita evasit vinea speciosissima ac laeta, non suffocata ab herbis. Post aliquantum vero temporis venit dominus ejus, et ingressus est vineam. Quam quum depalatum vidisset decenter, ac circumfossam, et extractas herbas ab ea, et laetas esse vites, ex facto hoc servi sui gaudium cepit. Adhibito itaque filio, quem charum et haeredem habebat, et amicis, quos in consilio advocabat, indicat ea, quae servo suo facienda mandasset, quae praeterea ille fecisset. At illi protinus gratulati sunt servo illi, quod tam plenum testimonium domini sui assecutus fuisset. Ait deinde illis: ego quidem huic servo libertatem promisi, si custodisset mandatum meum, quod dederam; et custodivit illud, et praeterea opus bonum adjecit in vineam, quod mihi quam plurimum plaecit. Pro hoc igitur opere, quod fecit, volo eum filio meo facere cohaeredem; quoniam, quum sensisset, quid esset bonum, non omisit, sed fecit illud. Hoc consilium domini et filius et amici ejus comprobaverunt, ut fieret scilicet hic servus cohaeres filio. Post dies deinde non multos, convocatis amicis, paterfamilias misit de coena sua servo illi cibos complures. Quos quum accepisset ille, sustulit ex eis, quod sufficiebat sibi; reliquum autem conservis suis distribuit. Quibus acceptis illi laetati sunt, et coeperunt illi optare, ut majorem gratiam apud dominum inveniret ob ea, quae fecerat ipsis. Haec omnia quum audisset dominus ejus, percepit iterum maximum gaudium; et convocatis rursus amicis et filio, exponit factum servi sui de cibis suis, quos ei miserat. Illi itaque tanto magis assenserunt patrifamilias, ipsum servum cohaeredem filio debere fieri.“

III. Dico ei: „domine, has similitudines non novi, neque intelligere possum, nisi eas tu mihi exponas.“ <sup>1</sup> „Omnia,“ inquit,

1) In hoc capite *moralis* sensus similitudinis illius explanatur. Quemadmodum servus ille, quia plus peregerit, quam quae ipsi iussa erant, a Domino majori praemio ornatus erat, ita et omnes, qui opera supererogatoria, e. g. jejunia, peragunt, magnam apud Deum gratiam obtinebunt.

„exponam tibi, quaecumque locutus fuero tecum, aut ostendero tibi. Mandata Domini custodi, et eris probatus, et scriberis in numero eorum, qui custodiunt mandata ejus. Si autem praeter ea, quae mandavit Dominus, <sup>1</sup> aliquid boni adjeceris, majorem dignitatem tibi conquires, et honoratior apud Dominum eris, quam eras futurus. Igitur si custodieris mandata Domini, et adjeceris etiam ad ea stationes has, gaudebis; maxime, si secundum mandatum meum servaveris ea.“ Dico ei: „quidquid mihi praeceperis, domine, servabo; scio enim te mecum futurum.“ „Ero,“ inquit, „tecum, qui tale propositum habes. Sed et cum omnibus ero, quicumque idem propositum habuerint. Jejunium hoc, inquit, custoditis mandatis Domini, valde bonum est. Sic igitur servabis illud.

<sup>2</sup> Πρῶτον πάντων φύλαξαι  
νηστεύειν ἀπὸ παντὸς ἡήματος  
πονηροῦ καὶ ἀκοῆς πονηρᾶς·  
καὶ καθάρσιόν σου τὴν καρδίαν  
ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ, καὶ μη-  
σικακίας, καὶ αἰσχροκερδίας.

<sup>2</sup> Primum omnium cave ab omni  
probro et turpi verbo, et ab  
omni noxia cupiditate, et puri-  
fica sensum tuum ab omni vani-  
tate seculi hujus. Si haec custo-  
dieris, erit hoc jejunium justum.  
Sic ergo facies. Peractis, quae  
supra scripta sunt, illo die, quo  
jejunabis, nihil <sup>3</sup> omnino gusta-  
bis, nisi panem et aquam; <sup>4</sup> et  
computata quantitate cibi, quem  
ceteris diebus comesturus eras,  
sumptum diei illius, quem factu-  
rus eras, repones, et dabis vi-  
duae, pupillo aut inopi; et sic  
consummabis humilitatem animae

Καὶ ἐν ἡμέρᾳ, ἣ νηστεύεις,  
ἀρκέσθητι. <sup>3</sup> ἄρτω καὶ λαχάνοις  
καὶ ὕδατι, εὐχαριστῶν τῷ Θεῷ·  
<sup>4</sup> συμψηφίσας δὲ τὴν ποσότητα  
τῆς δαπάνης τοῦ ἀρίστου, οὗ  
ἐμελλες ἐσθίειν κατ' ἐκείνην  
τὴν ἡμέραν, δὸς χήρᾳ ἢ ὀρφάνῳ  
ἢ στερουμένῳ, πρὸς ὃν δὴ σα-  
φῶς ἐμπλήσας τὴν ἑαυτοῦ ψυ-

1) Hermam opera supererogatoria docere annotant *Ittig*, l. c. p. 173; *Müncher*, Lehrb. d. D.G. T. I. p. 475; *ejusdem* Handb. d. D.G. T. II. p. 256 et *Jachmann*, l. c. p. 82.

2) Ex *Doctr. ad Antioch.* n. 16. p. 261. Doctrinam Hermae de spiritali jejunio laudibus extollit *Nean-*

*der*, Kirch.Gesch. edit. II. T. I. p. 479.

3) Pastor maxime austerum genus *Xerophagiae* praecipit. *COTEL.*

4) Hunc locum respicit *Antiochus*, homil. 7. Nihil frequentius inculcant sancti patres, quam praeclaram hanc jejunii cum eleemosyna consociationem. *COTEL.*

χῆν, εὐξεται ὑπὲρ σου πρὸς tuae, ut qui ex eo acceperit,  
 κῆριον. Ἐὰν οὖν τελέσῃς τὴν satiet animam suam, et pro te  
 νηστείαν, ὡς ἐνετειλάμην σοι, adeat Dominum Deum oratio ejus.  
 ἔσται ἡ θυσία σου δεκτή. ἐνώ- Si igitur sic consummaveris je-  
 πιον κυρίου, καὶ ἐγγεγραμμένη junium tuum, quemadmodum  
 ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἐν ἡμέρᾳ τῆς praecipio tibi, erit hostia tua  
 ἀνταποδόσεως τῶν ἡτοιμασμέ- accepta Domino, et scribetur  
 των ἀγαθῶν τοῖς δικαίοις. hoc jejunium tuum.

Haec statio sic acta est bona, hilaris et accepta Domino. Haec  
 tu si servaveris cum liberis tuis et toto domo tua, custoditis  
 his, felix eris. Et quicumque haec audita custodierint, felices  
 erunt; et quidquid petierint a Domino, obtinebunt.“

IV. Et precatus sum eum, ut mihi explanaret hanc simili-  
 tudinem de fundo et domino, ac vinea et servo, qui depalaverat  
 vineam, et herbis, quae extractae de vinea erant, et de filio,  
 et de amicis, quos in consilio adhibuerat. Intellexi enim, esse  
 illud similitudinem. Ait mihi: <sup>1</sup> „valde audax es ad inter-  
 rogandum. Nihil enim debes interrogare; nam si oportuerit  
 demonstrari, demonstrabitur tibi.“ Dico ei: „domine, quaecum-  
 que ostenderis mihi, nec declaraveris, frustra videro illa, si  
 non intellexero, quidnam sint; et similitudines, si quas pro-  
 posueris et non exposueris, frustra audiero eas.“ Respondit  
 mihi rursus dicens: „quicumque Dei servus est, Dominumque  
 habet in praecordiis suis, petit ab eo intellectum, et obtinet; et  
 omnem similitudinem explicat, et intelligit verba Domini, quae  
 inquisitione egent. Quicumque vero inertes sunt et pigri ad  
 orandum, illi dubitant petere a Domino; quum sit Dominus tam  
 profundae bonitatis, ut petentibus a se cuncta sine intermissione  
 tribuat. Tu ergo, qui confirmatus es ab <sup>2</sup> illo venerabili nuntio,  
 et accepisti orationem tam potentem, quum piger non sis, cur  
 jam a Domino intellectum non petis, et accipis?“ Dico ei:  
 „quum te praesentem habeam, necesse est, ut a te petam, et  
 interrogem; tu enim omnia mihi ostendis et loqueris, quum

1) Supra quoque ob interrogationes  
 suas vituperatus est Hermas Vis. III, 3.  
 p. 333.

2) Venerabilis nuntius est Chri-  
 stus, qui Pastorem ad Hermam misit.  
 Cfr. supra p. 345. not. 4.

ades. Nam si sine te ea viderem vel audirem, tunc Dominum rogarem, ut ostendèret mihi.“

V. Et respondit: <sup>1</sup> „dixeram tibi paulo ante, callidum te esse et audacem, qui solutiones similitudinum interrogas. Sed quia ita es <sup>2</sup> pertinax, solvam tibi hanc, quam desideras, similitudinem, ut omnibus notam facias eam. Audi nunc, inquit, et percipe animo. <sup>3</sup> Orbem terrarum fundus ille significat, qui in

1) Vide cap. anteced.

2) De pertinacia in petendo cfr. Luc. 11, 8.

3) Quod nunc sequitur, est explanatio *mystici sensus similitudinis* illius, quam supra capite 2 legimus. *Dominus fundi est = Deus*, qui omnia creavit; *servus*, quem in vineam suam misit, est *Filius Dei* i. e. Christus in terris apparens (de aeterna existentia Filii Dei = τὸν Λόγον hic non est sermo). Servum illum propter labores suos Dominus fundi exaltavit, i. e. peracto opere redemptionis hominum Christus etiam quoad humanam suam naturam a Patre summo honore affectus est. In similitudine autem illa praeter *Dominum* et *servum* etiam de alia quadam persona fit sermo, quae nominatur *Filius* et *haeres*. In explicatione similitudinis hic Filius et haeres summopere discernitur a Filio Dei (i. e. Christo, servo), et vocatur ille *Spiritus sanctus*. Praesente hoc Spiritu sancto et praesentibus angelis servus ille Christus a Domino exaltatur et cohaeres declaratur, cohaeres spiritui sancto, i. e. Christus assumitur in coelos et humana quoque ejus natura (servus) divini honoris fit particeps. — Ex dictis apparet, valde omnes errare, qui contendere velint, *Filium Dei* et *Spiritum sanctum* ab Herma confundi. — Sed fortasse quis

putet, Filium Dei hic *postponi* Spiritui sancto et declarari inferiorem. Haec suspicio tollitur, si illos locos respicias, in quibus de Filio Dei secundum *aeternam* ejus existentiam, i. e. de Λόγο disseritur, e. g. Simil. IX, 12: „Filius Dei omni creatura antiquior est, ita ut in consilio Patri suo adfuerit ad condendam creaturam,“ et ibid. c. 14: „nomen Filii Dei magnum et immensum est, et totus ab eo sustentatur orbis“, et Visio II. 2: „Juravit enim Dominus per Filium suum etc.“ Plura ad explanandam Hermae theologiam et Christologiam infra in notis ad caput sequens demonstrabimus. — Olim cum Grotio, Bullo, Ittigio, Möhlere (Athanas. T. I. p. 17), Baumgarten-Crusio (Lehrbuch der Dogmengesch. T. II. p. 1052), Jachmanno (l. c. p. 70), Schliemann (die Clementinen etc. p. 423) et aliis sub vocabulo *Spiritus sancti* intelligendam esse putavimus *divinitatem Christi, τὸν Λόγον*, qui et alias e. g. a Tertulliano (de orat. c. 1) ab Hippolyto (adv. Noëtum c. 1) et a Theophilo Antiocheno (ad Autolyt. lib. II. c. 10) Spiritus Dei vocatur. Simili modo B. Paulus ad Rom. 1, 3 et 4 distinguit inter Christum κατὰ σάρκα et κατὰ πνεῦμα ἁγιοσύνης. Ille ὁ κατὰ σάρκα est filius hominis, hic ὁ κατὰ πνεῦμα = divi-

similitudinem est positus. Dominus autem fundi demonstratur esse is, qui creavit cuncta, et consummavit, et virtutem illis dedit. Filius autem Spiritus sanctus est. Servus vero ille Filius Dei est. Vineam autem populus est, quem servat ipse. Pali vero nuntii sunt, qui a Domino praepositi sunt ad continendum populum ejus. Herbae autem, quae evulsae sunt de vinea, admissa sunt servorum Dei. Cibi vero, quos de coena misit illi, mandata sunt, quae per Filium dedit populo suo. Amici autem illi, quos in consilio advocavit, angeli sunt sancti, quos primo creavit. Absentia vero illius patrisfamilias tempus est, quod in adventum ejus restat. Dico ei: „domine, magnifice et mire omnia haec se habent, atque honeste: numquid ergo, domine, inquam, haec poteram intelligere? Ne quidem quispiam praeterea homo, tametsi valde prudens sit, poterit intelligere ea. Sed nunc mihi demonstra, domine, quod quaero.“ „Quaere, quod vis,“ inquit. „Quare,“ inquam, „Filius Dei in similitudine hae servili loco ponitur?“

VI. <sup>1</sup> „Audi,“ inquit, „in servili conditione non ponitur Filius Dei, sed in magna potestate et imperio.“ Ei dixi: „quo modo, inquam, domine? Non intelligo.“ „Quoniam,“ inquit, „eis, quos Filio suo tradidit, Filius ejus nuntios prae-  
posuit ad conservandos singulos; ipse autem plurimum laboravit, plurimumque perpressus est, ut aboleret delicta eorum. Nulla enim vinea potest fodi sine labore ac dolore. Deletis igitur peccatis populi sui, ipse eisdem monstravit itinera vitae, data eis lege, quam a Patre acceperat. Vides igitur, esse dominum populi, accepta a Patre suo omni potestate. <sup>2</sup> Quare

nitas Christi. Quam sententiam ut teneremus praesertim nos moverunt ea, quae capite sequenti de *incarnatione Spiritus sancti* dicta videbantur. Sed subtilior capitis sequentis explanatio omnem nodum solvet. Cfr. infra p. 388. not. 1 et *Dorner*, *Lehre von der Person Christi*, edit. II. p. 193—200. *Hilgenfeld*, *die apostol. Väter etc.* p. 145.

1) Sensus est: Filius Dei speciem

quidem servi habebat, revera autem magna potestate erat ornatus. Ipsi enim Pater omnes populos omnemque potestatem tradidit. Ipsi etiam angeli sunt subditi, quos singulis hominibus praeposuit. Speciem autem servi magnus hic Dei filius ideo induendam putavit, ut homines a peccatis et interitu liberaret.

2) Sequentia fortasse varie corrupta

autem Dominus in consilio adhibuerit Filium de haereditate; et bonos angelos? Quia nuntius audit illum Spiritum sanctum, qui

et passim valde obscura sunt. — Pastor nunc respondet secundae interrogationi Hermae. Cum Deus servum (i. e. Christum secundum humanam ejus naturam) exaltaret et divinae gloriae participem faceret, praesentibus Spiritu sancto et bonis angelis id factum est. Quare? Quia servus ille (qui hic ut saepius nuntius vocatur, cfr. p. 385. not. 2) semper *audivit* Spiritum sanctum, i. e. semper obedivit illi. — In sequentibus haec repetens Pastor dicit: „servivit illi Spiritui, neque maculavit illum“, et „servivit Spiritui sancto sine querela“. Aliter Dornerus (l. c. p. 204) locum nostrum explicat. Ipsi nuntius ille est divina Christi natura et persona, ὁ Λόγος, qui Spiritum sanctum *audivit*, i. e. *in consilium vocavit*, cum ipse (ὁ λόγος) corpus humanum (Christi) ad habitaculum Dei (τοῦ λόγου) praepararet. — In prioribus editionibus locum: *audit illum Spiritum etc.* corruptum putantes cum Anonymo quodam (in Halle'sche allg. Literaturzeitung 1840. Nr. 118) restituendum censuimus: *Quia nuntius vadit ille Spiritus sanctus, qui infusus est omnium primo in corpore etc.*; sensum ita explicantes: „Filium in consilio advocavit. Pater; nam filius, i. e. Spiritus ille sanctus, advenire (*vadere*) debebat, ut nuntiaret, seu (c. 7) testimonium referret, quomodo corpus Domini, spiritui huic junctum, ipsi paruisset.“

1) Ad explicanda ea, quae sequuntur, plura moneamus oportet.

α) Ut in N. T. ἡ σὰρχ, ita apud Her-

mam vocabulum *corpus* totam humanam Christi naturam denotat (non humanam *personam*, ut Hilgenfeld l. c. p. 146. not. 2) putavit, quod a sensu N. T. et Patrum plane alienum est.

β) In hac humana Christi natura Deum habitasse, edocemur verbis: „*in quo habitaret Deus.*“

γ) Ab hac *inhabitatione Dei* distinguitur *infusio Spiritus sancti*. Deus Spiritum sanctum infudit corpori Christi, i. e. humanae Christi naturae. Hanc sententiam Hermas pluries offert in sequentibus: „*spiritus sanctus infusus est in corpore*“, „*in hoc corpus inductus est Spiritus sanctus*“, „*hoc corpus possedit in se Spiritum sanctum*“, et „*collocavit eum intellectum* (i. e. τοῦς = Deus, seu ὁ λόγος, σοφία) *in corpore.*“

δ) Non a veritate recedere putamus, si ultima haec verba ita intelligimus: *intellectum*, i. e. τὸν Λόγον seu τὴν Σοφίαν infudisse Spiritum sanctum humanae Christi naturae. Cfr. Dorner, l. c. p. 204 et 205, praesertim ibid. not. 52.

ε) Ex dictis sub lit. γ et δ elucet, a Nostro non doceri *incarnationem Spiritus sancti*, ut male putarunt Baurius (Trinitätslehre, T. I. p. 136) et alii. Dei enim *inhabitatio* (incarnatio) bene distinguitur ab *infusione* Spiritus sancti; et ὁ λόγος seu ἡ Σοφία infundit Spiritum sanctum. Edoemur itaque: in humana Christi natura *inhabitasse* Deum, et praeterea humanae huic naturae *infusum* fuisse spiritum sanctum, simili quodam modo, quo ille infunditur omnibus

<sup>1</sup> infusus est omnium primus in <sup>2</sup> corpore, in quo habitaret Deus. <sup>3</sup> Collocavit enim eum intellectus in corpore, ut ei videbatur. Hoc ergo corpus, in quod inductus est Spiritus sanctus, servivit illi Spiritui, recte in modestia ambulans et caste, neque omnino maculavit Spiritum illum. Quum igitur corpus illud paruisset omni tempore Spiritui sancto, recteque et caste laborasset cum eo, nec succubisset in omni tempore; <sup>4</sup> fatigatum corpus illud serviliter conversatum est, sed fortiter cum Spiritu sancto comprobatum Deo receptum est. Placuit igitur Deo huiusmodi potens cursus; quia maculatus <sup>5</sup> non esset in terra, <sup>6</sup> possidens in se Spiritum sanctum. In consilio advocavit ergo Filium et nuntios bonos, ut et huic,

justis ad opera bona peragenda, ut patet ex Mandat. V, 1. et infra ex nota 9), et ex p. 390. not. 2. Cfr. *Dorner*, l. c. p. 198.

6) Praeterea Hermas aliis locis incarnationem τοῦ Λόγου pronuntiat, praesertim similitudine IX, c. 12, ubi Filius Dei aeternus et Salvator noster in terris clare et plane una eademque persona sunt. Filius Dei ibi est illa *vetus petra, omni creatura antiquior*, simulque illa *porta nova, quae in consummatione in novissimis diebus apparuit*; Filius Dei aeternus simul ille est, *cujus nomen nos (Christiani) ferre debemus*, ipse ille est, per quem salvamur. Cfr. *Dorner*, l. c. p. 196 et 197.

7) Plane injuste Doctor Hilgenfeld (apost. Väter etc. p. 146 et 167) Hermam nostrum haereseos Antitrinitariorum suspectum reddere voluit. Si ipsum audias, Hermas non tres divinas personas, sed unam tantum vim divinam agnoscit, immediate a Deo procedentem = Spiritum sanctum, quamque vim in corpore Christi, i. e. in humana Christi persona (ut Hilgenfeldio videtur) efficacem putat.

Sed cfr. *Dorner*, l. c. p. 193 sq.

9) Denique investigandum est, quid sibi velint verba Pastoris: „*qui (Spiritus sanctus) infusus est omnium primus in corpore*“ etc. Pastor noster Spiritum sanctum distinguit ab aliis spiritibus seu spiritibus sanctis (Simil. IX, 13. 15). Hi spiritus sancti nil sunt nisi *virtutes* hominis Christiani, et *dona* Spiritus sancti (sensu proprio), ideoque Spiritus sanctus primus, i. e. ante hos virtutum spiritus, infusus est humanae Christi naturae.

1) *Infusus*. Plures codices habent *creatus*.

2) *Corpus* = humana natura.

3) Hilgenfeld conjicit: *Collocavit intellectus spiritum* (den Geist der Erkenntniss) in corpore, quod ei videbatur. Forte *intellectus* = Deus, *νοῦς*, seu = *σοφία, λόγος*.

4) *Dorner* (l. c. p. 202) vertit: *Jener Körper ist zwar ermattet und in Knechtsgestalt einhergewandelt* (serviliter conversatum).

5) Scil. *Christus*.

6) *Dornerus* (l. c. p. 203) male legit: *possidens in se Spiritum in consilio*.



scilicet corpori, quod servivit Spiritui sancto sine querela, <sup>1</sup> locus aliquis consistendi daretur, ne videretur mercedem servitutis suae perdidisse. Accipiet enim mercedem omne corpus purum ac sine macula repertum, <sup>2</sup> in quo habitandi gratia constitutus fuerit Spiritus sanctus. Habes et hujus similitudinis expositionem.“

VII. „Percepi,“ inquam, „domine, tuam voluntatem, audita hac expositione.“ „Audi ulterius,“ inquit: „corpus hoc tuum custodi mundum atque purum, ut spiritus ille, qui inhabitabit in eo, testimonium referat illi, et tecum fuisse judicetur. Atque etiam vide, ne quando persuadeatur tibi, interire corpus hoc, et abutaris eo in libidine aliqua. Si enim corpus tuum maculaveris, maculabis etiam eodem tempore et Spiritum sanctum; et si maculaveris Spiritum sanctum, non vives.“ Et dixi: „quid, si per ignorantiam aliquam id admissum est, antequam audirentur verba haec? Quo pacto assequitur salutem is, qui maculavit corpus suum?“ „Prioribus,“ inquit, „rebus, qui per ignorantiam admiserunt, remedium tribuere solus Deus potest; ejus enim est omnis potestas. Sed nunc custodi te; et quum sit Dominus omnipotens et misericors, prioribus admissis remedium dabit, si in futurum non maculaveris corpus tuum et spiritum. Consortes sunt enim ambo, et alteruter sine altero non coinquinatur. Utrumque ergo conserva mundum, et vives Deo.“

### Similitudo VI.

*De duplici genere hominum voluptariorum, et eorum morte, defectione et poenarum duratione.*

I. Quum sederem domi, et glorificarem Dominum pro omnibus, quae videram, et de mandatis cogitarem, ea valde bona esse et magna et honesta ac laeta, et quae possint salutem hominum afferre; intra me ipsum haec dicebam: „felix ero, si in his mandatis ambulavero; et quicumque in his ambulaverit,

1) *Locus consistendi* = ἀνάπαυσις, *selige Vollendung*, ut apud Clementem in II. ad Cor. c. 5. Cfr. Simil. VI. c. 2, ubi graeca verba ἀνάπαυσις αὐτοῖς οὐκ ἐδίδου vertuntur: *nec consistendi eis locum permittebat.*

2) Non solum in corpore Christi, sed et in corporibus hominum Spiritus divinus habitat; cfr. Mandat. V, 1.

vivet Deo.“ Dum haec loquerer mecum, video eum, quem et prius, sedentem juxta me, et haec mihi dicentem: „quid dubitas de mandatis meis, quae tibi praecepi? Bona sunt, nihil omnino dubitaveris; sed indue fidem Domini, et ambulabis in eis. Ego enim in illis dabo tibi vires. Haec mandata utilia sunt his, qui delictorum suorum ante admissorum acturi sunt poenitentiam, si in futurum in iis ambulaverint. Quicumque igitur agitis poenitentiam, abjicite a vobis nequitiam hujus seculi. Induite vero omnem virtutem et aequitatem, et poteritis custodire haec mandata; neque deinceps peccetis. Si enim deinceps non peccaveritis, plurimum ex prioribus reciditis. In mandatis meis ambulate, et vivetis Deo. Haec a me dicta sunt vobis.“ Postquam haec mecum locutus est, ait mihi: „eamus in agrum, et <sup>1</sup> pastores pecorum tibi ostendam.“ „Eamus,“ inquam, „domine.“ <sup>2</sup> Ἠλθον εἰς πεδίον, καὶ <sup>2</sup> Et venimus in quemdam campum; et illic ostendit mihi juvenem pastorem, vestitum <sup>3</sup> σύνθεσιν ἐνδυμάτων κροκαίων, βόσκοντα πρόβατα πολλὰ λίαν: καὶ τὰ πρόβατα ταῦτα ἦν ὡσεὶ τρυφῶντα καὶ λίαν σπαταλῶντα, καὶ ἰλαρὰ, σκιρτῶντα ὡδὲ κἀκεῖ. Καὶ αὐτὸς ὁ ποιμὴν πάνυ ἰλαρὸς ἐπὶ τῷ ποιμνίῳ αὐτῷ ἦν, καὶ περιέτρεχε τὰ πρόβατα. <sup>4</sup> Καὶ ἄλλα πρόβατα σπαταλῶντα καὶ τρυφῶντα ἐν τόπῳ ἐνί, οὐ μέντοι σκιρτῶντα.

1) Quia hisce in Visionibus multi Pastores apparent, eapropter Hermae opus Origenes appellat librum de Pastoribus. COTEL. At Benedictinus editor, lectione hac rejecta, locum Origenis T: I. p. 140. col. 2. D. ex Mas. sic restituit: sed et Pastoris liber. GALLARD.

2) Ex Doctr. ad Antioch. n. 18. p. 261. 262.

3) Recte Pastori Angelo illecebrarum, dulcedinis ac voluptatis datur Synthesis coccinea, quam nemo nescit vestem fuisse preciosam, elegantem, coenatoriam, indicem laetitiae, atque a mollioribus solitum indui. COTEL.

4) Ista Pseudo-Athanasii (doctr. ad

<sup>1</sup> Καὶ λέγει μοι· βλέπεις τὸν ποιμένα τοῦτον; Βλέπω, φημί, κύριε. Οὗτός, φησιν, ἄγγελος τρυφῆς καὶ ἀπάτης ἐστίν· οὗτος ἐκτρίβει τὰς ψυχὰς τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ, καὶ καταστρέφει ἀπὸ τῆς ἀληθείας, ἀπατῶν αὐτὰς ταῖς ἐπιθυμίαις ταῖς πονηραῖς, ἐν αἷς ἀπόλλυνται ἐπιλανθανόμενοι τῶν ἐντολῶν τοῦ ζῶντος τοῦ Θεοῦ, καὶ πορευόμενοι [ἐν] ταῖς ματαίαις τρυφαῖς καὶ ἀπάταις τοῦ βίου τούτου. Διὸ καὶ ἀπόλλυνται ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου τούτου εἰς <sup>2</sup> θάνατον καὶ <sup>3</sup> καταφθοράν. Λέγω αὐτῷ· οὐ γινώσκω, κύριε, τί ἐστίν εἰς θάνατον καὶ καταφθοράν. Καὶ λέγει μοι· ἄκουέ, φησιν. Ἄ εἶδες πρόβατα ἰλαρὰ καὶ σκιρτῶντα, οὗτοι εἰσιν οἱ ἀπεσπασμένοι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς τέλος, καὶ παραδεδωκότες ἑαυτοὺς ταῖς ἐπιθυμίαις τοῦ αἰῶνος τούτου. Ἐν τούτοις μετάνοια ζωῆς οὐκ ἐστίν, ὅτι καὶ τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ δι' αὐτοὺς βλασφημεῖται· τῶν τοιού-

Antioch.): *Aliasque vidi oves, luxuriantes et delicias uno in loco, nec tamen exsultantes*, veteri Interpreti restituenda, e cujus versione librarii incuria videntur excidissē. Apud ipsum namque paullo post haec leguntur: *Quae vero vidisti pecora non exsultantia* etc., quae sane ommissa praecedentia arguunt. GALLAND.

II. <sup>1</sup> Ait mihi angelus: „vidides autem hunc pastorem?“ „Video,“ inquam, „domine.“ Et dixit mihi: „hic nuntius dulcedinis ac voluptatis est. Hic ergo corrumpit mentes servorum Dei, et avertit eos a veritate, oblectans cupiditatibus; et pereunt. Obliviscuntur enim mandata Dei vivi, et in luxuriis conversantur et deliciis vanis, et corrumpuntur ab hoc nuntio malo, aliqui usque ad <sup>2</sup> mortem, aliqui vero usque ad <sup>3</sup> defectionem.“ Dico ei: „domine, non intelligo, quid sit ad mortem, et quid ad defectionem.“ „Audi,“ inquit: „quaecumque pecora vidisti valde laeta et exsultantia, ii sunt, qui in perpetuum a Deo discesserunt, et tradiderunt se desideriiis hujus seculi. Iis ergo non est per poenitentiam regressus ad vitam; quoniam quidem adjecerunt ad reliqua delicta sua; et nomen Domini nefandis insectati sunt verbis. Hujusmodi homines morti

1) Ex Doctr. ad Antioch. n. 18. 19.

2) Sc. ad mortem ii, qui non tantum in voluptates, sed et in abnegationem fidei sunt delapsi.

3) I. e. qui defecerunt, non a fide, sed a virtutibus christianis. Καταφθορά enim, quod adhuc in Graeco legitur, est *perversio vitae*, male a veteri interprete versum.

των ἢ ζωὴ θάνατός ἐστιν. Ἄ sunt destinati. Quae vero vidisti δὲ εἶδες μὴ σικριτῶντα, ἀλλὰ pecora non exsultantia, sed uno καὶ ἐν τόπῳ βοσκόμενα, οὗτοι loco vescentia ii sunt, qui tradi- εἰσιν οἱ παραδεδωκότες μὲν τῇ diderunt se quidem deliciis ac τρυφῇ καὶ ἀπάτῃ ἑαυτοὺς, εἰς voluptatibus, nihil vero nefandum δὲ τὸν κύριον μὴ βλασφημή- in Dominum locuti sunt. Hi igitur σαστες. Οὗτοι οὖν κατεφθαρ- non defecerunt a veritate, ideo- μένοι εἰσὶν ἀπὸ τῆς ἀληθείας· que repositam adhuc habent spem ἐν τούτοις ἐλπὶς ἐστὶ μετανοίας, vitae in poenitentia. Defectio ἐν ἣ θύνανται ζῆσαι. Ἡ κατα- enim habet spem aliquam red- φθορὰ οὖν ἐλπίδα ἔχει ἀνα- integrationis; mors vero perpetuo tenetur interitu.“ Rursum στάσεως ἕως τινός· ὁ δὲ θάνα- progressi sumus paululum, et τος ἀπώλειαν ἔχει αἰώνιον. ostendit mihi pastorem magnum, Πάλιν προέβημεν μικρὸν, καὶ et velut agrestem figuram habent- δεικνύσι μοι ἕτερον ποιμένα- tem, amictum pelle alba caprina, μέγαν, ὡς ἄγριον τῇ ἰδέᾳ, περι- peram gestantem in humero, et κείμενον δέγμα αἶγιον λευκόν, et manu virgam nodosam et valde καὶ πήραν τινὰ εἶχεν ἐπὶ τὸν aspectum autem trucem et sae- ὤμιον, καὶ ὑάβδον σκληρὰν λίαν, vum habebat, ut posset terrere καὶ ὄζους ἔχουσαν, καὶ τὸ βλέμμα aliquos; talis erat aspectus ejus. εἶχεν πικρὸν, ὥστε φοβηθῆναι με Hic ergo accipiebat ab illo ju- αὐτόν. Οὗτος οὖν ὁ ποιμὴν vene pastore ea pecora, quae παρελάμβανε τὰ πρόβατα ἀπὸ juvene pastore ea pecora, quae τοῦ ποιμένος τοῦ πρώτου τοῦ delicias quidem agebant, sed non νεανίσκου, ἐκείνα τὰ σπατα- exsultabant; et compellebat ea in λῶντα καὶ τρυφῶντα, μὴ σικρι- praecipitem locum quemdam ac τῶντα δὲ, καὶ ἔβαλλεν αὐτὰ spinosum tribulisque confertum, εἰς τινὰ τόπον κρημνώδη καὶ usque adeo, ut de spinis et tri- ἀκανθώδη καὶ τριβολώδη· ὥστε bulis se non possent explicare; ἀπὸ τῶν ἀκανθῶν καὶ τριβό- sed implicita ibi pascebantur spi- λων μὴ θύνασθαι ἐκπλέξαι τὰ nis et tribulis, et graves cruci- πρόβατα, ἀλλ' ἐμπλέεσθαι ciatius experiebantur ex verberibus ejus; agebat enim ea, et ταῖς ἀκανθαῖς καὶ τριβόλοις, καὶ λίαν ἐταλαιπύρουν δερό- μενα ὑπ' αὐτοῦ· καὶ ὥδε κακεῖ περιέλαυνεν αὐτὰ· καὶ ὅλως

ἀνάπανσιν αὐτοῖς οὐκ ἐδίδου, nec consistendi eis locum aut οὐδὲ ἴσταντο. tempus permittebat.

<sup>1</sup> Βλέπων οὖν αὐτὰ ἐγὼ οὐ-  
τως μαστιζόμενα καὶ ταλαιπω-  
ροῦντα, ἐλυπούμην ἐπ' αὐτοῖς,  
ὅτι οὕτως ἐβασανίζοντο, καὶ  
ἀνοχὴν ὅλως οὐκ εἶχον. Καὶ  
λέγω τῷ ἀγγέλῳ τῷ μετ' ἐμοῦ  
λαλοῦντι· κύριε, τίς ἐστὶν οὗ-  
τος ὁ ποιμὴν, ὁ ἀσπλαγχνος καὶ  
πικρὸς; Καὶ λέγει μοι· οὗτός  
ἐστὶν ὁ ἀγγελὸς τῆς τιμωρίας.  
<sup>2</sup> ἐκ δὲ τῶν ἀγγέλων δικαίων  
ἐστὶ, τεταγμένους δὲ ἐπὶ τῆς  
τιμωρίας. Παραλαμβάνει οὖν  
τοὺς ἀποπλανηθέντας ἀπὸ τοῦ  
Θεοῦ, καὶ πορευθέντας ἐν ταῖς  
ἐπιθυμίαις αὐτῶν· καὶ τιμω-  
ρεῖται αὐτοὺς, καθὼς ἄξιοί  
εἰσιν, δεινὰς καὶ ποικίλας  
τιμωρίας. Λέγω αὐτῷ· ἦθε-  
λον γινῶναι, κύριε, τὰς ποικί-  
λας ταύτας τιμωρίας, ποταπαί  
εἰσιν. Ἄκουέ, φησὶν· αἱ ποι-  
κίλαι τιμωρίαι καὶ βάσανοι,  
βιωτικά εἰσι βάσανοι. Ἐπὶ  
γὰρ ἀποστῶσι τοῦ Θεοῦ, νομι-  
ζοντες ἐν ἀναπαύσει εἶναι καὶ  
πλούτῳ, τότε τιμωροῦνται οἱ  
μὲν ζημιούμενοι, οἱ δὲ ὑστε-  
ρούμενοι, οἱ δὲ <sup>3</sup> ἀσθενεῖαις  
ποικίλαις περιπίπτοντες, ἄλλοι

III. <sup>1</sup> Quum viderem ergo sic  
ea flagellari et miserias experiri,  
dolebam pro eis, quia valde cru-  
ciabantur, nec ulla requies eis  
dabatur. Dico ad pastorem illum,  
qui erat mecum: „quis est, do-  
mine, hic pastor tam implaca-  
bilis et tam amarus, qui nullo  
modo miseratione movetur ad-  
versus haec pecora?“ „Hic,<sup>2</sup>  
inquit, „pastor, <sup>2</sup> pro justis qui-  
dem nuntius est, sed praepositus  
poenae. Huic ergo traduntur, qui  
a Deo aberraverunt, et servie-  
runt desideriis ac voluptatibus  
seculi hujus. Punit ergo eos,  
sicut meruit unusquisque eorum,  
saevis variisque poenis.“ „Vel-  
lem,“ inquam, „nosse, domine,  
varias has poenas, cujusmodi  
sunt.“ „Audi,“ inquit: „variae  
poenae atque tormenta haec sunt,  
quae homines quotidie in vita sua  
patiuntur. Alii enim detrimenta  
patiuntur, alii inopiam, alii diver-  
sas <sup>3</sup> acrimonias; quidam incon-  
stantiam, alii injurias ab indignis  
patientes, multaque alia exer-  
citia et incommoda.

1) Ex *Doctr. ad Antioch.* n. 19.

2) Vetus interpres vertere debe-  
bat: *unus ex justis.* Cfr. graeca:  
ἐκ δὲ τῶν ἀγγ. δικαίων. Ad hunc locum

respicit *Origenes* hom. I. in Ps. 37.  
T. II. p. 681. ed. Ruae.

3) Editio Oxon. habet *acgritudinis.*  
Sic sane Graeca: *ἀσθενείας.* GALLAND.

ἐν ἀκαταστασίαις, ἕτεροι ὑβρι-  
 ζόμενοι ὑπὸ τῶν ἐλαττόνων, καὶ Plurimi enim inconstanti consilio  
 ἑτέραις ποικίλαις πράξεσι. Πολ- multa conantur, nec quidquam  
 λοὶ γὰρ ἀκαταστάντες ἐν ταῖς conduit eis; et dicunt in actibus  
 βουλαῖς αὐτῶν ἐπιβάλλονται suis, successum se non habere.  
 εἰς πολλὰ πράγματα, καὶ οὐδὲν Succurrunt iis ea, quae nequiter  
 αὐτοῖς ὄλως ὑποβαίνει, καὶ fecerunt, et Dominum causantur.  
 δυσχεραίνουσι, καὶ οὐ γινώσ- Quum igitur perpressi fuerint om-  
 κουσιν, ὅτι διὰ τὰ πονηρὰ, ἃ nem vexationem et omne incom-  
 ἔπραξαν, οὐκ εὐδοῦνται· καὶ modum, tunc traduntur mihi ad  
 λοιπὸν αἰ[τιῶνται] τὸν κύριον, bonam admonitionem, et firma-  
 καὶ οὐκ ἀνέχονται τὰς λοιπὰς tur in fide Domini, et per reli-  
 ἡμέρας αὐτῶν ἐπιστρέψαντες quos dies vitae serviunt Domino  
 δουλεῦσαι τῷ Θεῷ ἐν καθαρᾷ mente pura. Et quum coeperint  
 καρδίᾳ. Ἄν δὲ μετανοήσωσι delictorum agere poenitentiam,  
 καὶ ἀνατήσωσι, τότε συνῶσι, tunc ascendent in praecordia  
 ὅτι διὰ τὰ ἔργα αὐτῶν τὰ πο- eorum opera sua, in quibus se  
 ηρὰ οὐκ εὐδοῦντο· καὶ οὕτως nequiter exercuerunt; et tunc  
 δοξάζουσι τὸν κύριον, ὅτι δι- dant Deo honorem, dicentes,  
 κάσιος κριτῆς ἐστίν, καὶ δικαίως justum judicem eum esse, me-  
 ἔπαθον, καὶ ἐπαιδευθήσαν κατὰ ritoque se omnia esse perpes-  
 τὰς πράξεις αὐτῶν. sos secundum facta sua.

In reliquum vero serviunt Deo mente pura, et successum habent  
 in negotiis suis omnibus, accipientes a Domino, quaecumque  
 poscunt. Et tunc gratias agunt Domino, quod sint mihi traditi;  
 nec jam quidquam crudelitatis patiuntur.

IV. Dicō illi: „etiamnunc, domine, demonstra mihi.“ „Quid,  
 inquiris?“ inquit. Dixi ei: „an per idem tempus crucientur,  
 qui discedunt a timore Dei, quantum usi fuerint falsa dulcedine  
 ac voluptatibus?“ Ait mihi: „per idem tempus etiam cruciantur.“  
 Et dixi ei: „exiguum igitur cruciantur; oportebat autem eos,  
 qui sic percipiunt voluptates, ut Dominum obliviscantur, septies  
 tantum pati poenarum.“ Ait mihi: „fatuus es, nec intelligis hujus  
 poenae virtutem.“ Et dixi: „si enim intelligerem, domine, non  
 interrogarem, ut demonstrares mihi.“

1<sup>η</sup> Ἀκουε οὖν ἀμφοτέρων τὴν <sup>1</sup> „Audi,“ inquit, „quanta sit δύναμιν, τῆς τρυφῆς καὶ τοῦ βασάνου. Τῆς τρυφῆς καὶ τῆς ἀπάτης ὁ χρόνος ὥρα ἐστὶ μία· τῆς δὲ βασάνου ὥραι τριάκοντα ἡμερῶν δύναμιν ἔχουσαι. <sup>2</sup> Ἐὰν οὖν μίαν ἡμέραν τις τρυφήσῃ καὶ ἀπατηθῇ, μίαν δὲ ἡμέραν βασανισθῇ, ἐνιαυτοῦ ὀλοκλήρου ἰσχὺν ἔχει ἢ ἡμέρα ἐκείνη τῆς βασάνου. Ὅσας οὖν ἡμέρας τρυφήσῃ τις, τοσοῦτους ἐνιαυτοὺς βασανισθῆσεται. Βλέπεις οὖν, ὅτι τῆς τρυφῆς καὶ ἀπάτης ὁ χρόνος οὐδὲν ἐστίν, τῆς δὲ τιμωρίας καὶ βασάνου πολὺς.“

V. Dixi ei: „domine, quoniam non intelligo omnia tempora haec dulcedinis, voluptatis ac poenae, lucidius mihi de his expone.“ Respondit mihi dicens: „insipientia tua tibi perseveranter inhaeret. Nonne vis potius mentem tuam purificare, et Deo servire? Vide, ne forte tempore exacto tu insipiens reperiaris. Audi nunc, quemadmodum vis, quo facilius intelligas.

<sup>3</sup> Ὁ τρυφῶν καὶ ἀπατῶμενος, <sup>3</sup> Qui uno die commiserit se καὶ πράσσων, ἃ βούλεται, πολλὴν ἀφροσύνην ἐνδέδεται· ἀντὶ γὰρ τῆς τρυφῆς καὶ ἀπάτης ἐκάστης ἡμέρας ἀποτίσσει βάνων μεγάλῃν, ἐνιαυτὸν τῆ ἡμέρα. enim et voluptas mundana nullam memoriam habent propter stultitiam, quae insita est illis. Quum vero uno die accesserit homini cruciatus ac poena, toto anno torquetur; magnam enim memoriam possidet poena. Toto igitur anno dolens meminit, et tunc recordatur dulcedinis illius vanae ac voluptatis, et sentit,

1) Ex Doctr. ad Antioch. l. c.

2) Laudat hunc locum *Origenes*, hom. 8 in Num. T. II. p. 294. ed. Ruae.

3) Ex Doctr. ad Antioch. l. c.; sed graeca latinis non plane respondent.

propterea se poenas pati. Quicumque igitur se dulcedini et voluptati tali tradiderint, sic puniuntur; quoniam vitam habentes ipsi se reddunt obnoxios morti.“

<sup>1</sup> Καὶ λέγω τῷ ἀγγέλῳ· ποῖαι <sup>1</sup> Dixi ei: „quae sunt, domine, τρυφαὶ εἰσι βλαβεραὶ; Λέγε μοι. voluptates noxiae?“ „Omni,“ in- Πᾶσα πράξις σαρκικῆ τρυφῆ quit, „homini voluptas est, quod- ἐστίν. Νῦν ἡδέως ποιεῖ ἀ- cumque libenter facit. Etenim τήν. [Ὁ γὰρ] ὀξύχολος τῷ iracundus, satisfaciens moribus ἐαυτοῦ πάθει τὸ ἱκανὸν ποιῶν suis, percipit voluptatem suam; τρυφᾷ· ὁμοίως καὶ ὁ μοιχὸς, et adulter et ebriosus et detractor καὶ ὁ μέθυσος, καὶ ὁ κατάλα- et mendax et cupidus et fraudator λος, καὶ ὁ ψεύστης, καὶ ὁ πλε- et quicumque iis simile aliquid νέκτης, καὶ ὁ ἀποστρεφτής, καὶ admittit, morbo suo parens, per- ὄσα τοιαῦτα· τρυφῶσι γὰρ ἐν cipit ex ea re voluptatem. Hae τῇ αὐτῶν πράξει. Αὐταὶ δὲ omnes dulcedines ac voluptates αἱ πράξεις βλαβεραὶ εἰσι τοῖς noxiae sunt servis Dei. Propter δούλοις τοῦ Θεοῦ. Εἰσὶ δὲ καὶ has itaque cruciantur, et patiun- τρυφαὶ σώζουσαι τοὺς ἀνθρώ- tur poenas. Sunt etiam volupta- πους. Πολλοὶ γὰρ ἀγαθὰ ἐρ- tes, salutem hominibus afferentes. γασόμενοι τρυφῶσιν· αὕτη οὖν Multi enim, op̄era bonitatis faci- ἡ τρυφῆ τοῖς δούλοις τοῦ Θεοῦ cientes, percipiunt voluptatem, περιποιεῖται ζωῆν, αἱ δὲ προ- dulcedine sua tracti. Haec ergo εἰρημέναι τρυφαὶ βᾶσανον. voluptas utilis est servis Dei, et vitam parat hujusmodi homini- bus. Hae vero noxiae, quae supra dictae sunt, tormenta et poenas pariunt.

Quicumque vero permanserint in illis, nec admissorum suorum egerint poenitentiam, mortem sibi acquirunt.“

### Similitudo VII.

*Poenitentibus faciendos esse poenitentiae dignos fructus.*

Post dies paucos video illum in eo campo, in quo <sup>2</sup> pastores illos ante videram, et ait mihi: „quid inquiris?“ „Veni,“ inquam,

1) Ex *Doctrina ad Antioch.* l. c. | 2) Vide *Simil.* VI. c. 1.



„rogare te, domine, ut pastorem illum praepositum poenae iubeas de mea domo exire, quia vehementer me adfligit.“ Et respondens, „necesse est,“ inquit, „patiaris incommoda et vexationes; sic enim praepedit de te ille nuntius bonus, quia tentare te vult.“ „Quòd,“ inquam, „domine, tam grave peccatum admisi, ut huic nuntio traderer?“ „Adverte,“ inquit. „Complura quidem habes peccata, sed non tam multa, ut huic nuntio debeas tradi; sed multa delicta et scelera <sup>1</sup> domus tua commisit, ideoque factis eorum ille bonus nuntius exacerbatus jussit te aliquantum temporis vexationem experiri, ut et illi admissorum suorum agant poenitentiam, et abluant se ab omni cupiditate hujus seculi. Quum itaque egerint poenitentiam et purificati fuerint, tunc discedet a te nuntius ille, qui praepositus est poenae.“ Dico ei: „domine, si ita illi se gesserunt, ut exasperarint nuntium bonum, ego quid feci?“ Respondens, „aliter,“ inquit, „non possunt illi vexationem pati, nisi tu, qui caput es totius domus, labores. Quidquid enim tu passus fueris, necesse est, ut et illi sentiant; quamdiu vero tu bene stabilitus fueris, illi nullam vexationem possunt experiri.“ Et dixi: „sed ecce jam nunc, domine, agunt poenitentiam totis praecordiis suis.“ „Et ego scio,“ inquit, „totis praecordiis egs agere poenitentiam. Numquid ergo,“ ait, „protinus putas aboleri delicta eorum, qui agunt poenitentiam? Non proinde continuo; sed oportet eum, qui agit poenitentiam, <sup>2</sup> affligere animam suam, et humilem animo se praestare in omni negotio, et vexationes multas variasque perferre; quumque perpessus fuerit omnia, quae illi instituta fuerint, tunc forsitan, qui eum creavit et qui formavit universa, commovebitur erga eum clementia sua, et aliquod remedium dabit; idque ita, si viderit ejus, qui poenitentiam agit, cor purum esse ab omni operè nequissimo. Tibi autem et domui tuae vexari nunc expedit, et multam vexationem pati necesse est, sicut praepedit nuntius Domini, qui te mihi

1) Vide supra Lib. I. Vis. I, 3 et Handb. d. Dogm.Gesch. T. II. p. 250. Vis. H, 2. Cfr. quoque Semlerum in Baum-

2) Locum nostrum laudat Münscher, garten, theol. Streit. I. c. p. 14. Not. Lehrb. d. Dogm.Gesch. T. I. p. 442 et 16 et 19.

tradidit. Quin potius gratias agas Domino, quod praescius futuri dignum te habuit, cui praediceret tribulationem instare valentibus eam sustinere.“ Dico ei: „et tu, domine, mecum esto; et facile omnem vexationem sustinebo.“ „Ego,“ inquit, ero tecum, sed et rogabo nuntium illum, qui praepositus est poenae, ut levius te affligat; sed et <sup>1</sup> exiguo tempore patieris adversa, iterumque tuo loco restitueris, tantummodo in humilitate animi persevera. Pare Domino mente pura, domusque tua ac nati; et in mandatis ejus ambula, quae praecepit tibi; et poenitentia tua poterit esse firma atque pura. Et si haec custodieris cum domo tua, incommoda a te recedent; sed et ab omnibus, quicumque in his mandatis ambulaverint, omnis vexatio recedet.“

### Similitudo VIII.

*Electorum et poenitentium peccatorum multa sunt genera; omnes autem pro poenitentiae et bonorum operum suorum modo habebunt mercedem.*

I. Ostendit mihi <sup>2</sup> salicem tegentem campos ac montes, sub cujus umbram venerunt omnes, qui vocati erant in nomine Domini. Et juxta salicem illam stabat <sup>3</sup> nuntius Domini valde praeclarus et sublimis; et secabat cum falce magna ab illa <sup>4</sup> salice ramos, et populo illi, qui erat sub umbra salicis illius, exiguas et quasi cubitales virgas <sup>5</sup> porrigebat. Postquam autem accepissent universi, deposuit falcem, et arbor illa integra permansit, sicut antea videram eam; quam ego rem mirabar, atque intra me disputabam. Ait ad me pastor ille: „desine mirari, quod arbor illa tot ramis praecisis permanserit integra; sed exspecta. Nunc demonstrabitur tibi, quid significet angelus

1) Hinc colligit *Morinus*, primis seculis non diuturnam fuisse poenitentiam. Cfr. *Ittig*, l. c. p. 173.

2) Salix haec magna = lex Evangelii, orbi annuntiata.

3) Sc. archangelus Michael, cui Christiani traditi sunt. Cfr. infra c. 3.

4) In Libro IV Esdr. 2, 45 similiter *palmae* populo porriguntur. Cfr. *Jachmann*, l. c. p. 65 et supra Lib. I. Vis. I, 3. p. 325. not. 4.

5) I. e. unicuique Evangelium praedicatum est.

ille, qui populo porrexit virgas.<sup>4</sup> Et rursus eas ab his re-  
 poscebat; et quo quisque eas perceperat ordine, eodem etiam  
 vocabatur ad illum, virgasque reddebat; quas quum acceperat  
 ille, considerabat. A <sup>1</sup> quibusdam enim accipiebat aridas et  
 putridas, velut a tineâ tactas; et jubebat eos, qui hujusmodi  
 virgas tradiderant, secerni et seorsum statui. <sup>2</sup> Alii porrigebant  
 aridas quidem, sed non tactas a tineâ; et hos seorsum statui  
 jubebat. Alii porrigebant <sup>3</sup> semiaridas virgas; et hi quoque  
 seorsum statuebantur. Quidam autem dabant virgas suas <sup>4</sup> semi-  
 aridas et scissuras habentes; et hi seorsum statuebantur. <sup>5</sup> Alii  
 virgas suas adferebant, <sup>6</sup> quarum dimidia pars arida erat,  
 dimidia vero viridis; et hi seorsum statuebantur. Alii <sup>7</sup> virgas  
 suas afferebant, quarum duae partes virides erant, tertia vero  
 arida; et hi seorsum statuebantur. Alii <sup>8</sup> virgas suas afferebant,  
 quarum duae partes erant aridae, tertia vero viridis; et hi  
 seorsum statuebantur. Quidam <sup>9</sup> porrigebant virgas suas pau-  
 lulum aridas, exiguissimum enim aridum erat in virgis eorum,  
 id est, ipsarum cacumen, scissuras vero habebant; et hi seorsum  
 statuebantur. Aliorum autem <sup>10</sup> in virgis exiguum erat viride,  
 reliquum vero aridum; et hi seorsum statuebantur. Alii venie-  
 bant <sup>11</sup> afferentes virgas suas sicut acceperant virides, maximaque

1) Hi sunt ecclesiae *proditores*,  
 qui reliquis delictis suis abnegationem  
 fidei adjecerunt. Cfr. c. 6.

2) Hi sunt *pseudodoctores*. Cfr.  
 infra c. 6.

3) Hi sunt *dubii*. Cfr. infra c. 7.

4) Hi sunt *dubii et maledici*. Cfr.  
 infra c. 7.

5) Conjicit Wakius, ante ista verba:  
*Alii virgas suas etc.*, excidisse libra-  
 rio sequentia: *Alii virgas adferebant,*  
*virides quidem, sed scissuras habentes.*  
 Haec enim memorat Hermas in  
 hac ipsa Similit. cap. 5 et 7. GALLAND.

6) Hi sunt *negotiationibus invo-*  
*luti, neque appliciti sanctis.* Cfr.  
 infra c. 8.

7) Hi sunt ii, qui *compluribus*  
*modis depravati negaverunt Domi-*  
*num, i. e. vitis suis, non abjuratione*  
*fidei, negaverunt Dominum.* Cfr. infra  
 c. 8.

8) Hi sunt *divites et superbi, qui*  
*cum paganis convixerunt.* Cfr. infra  
 c. 9.

9) Hi sunt ii, qui *parumper tan-*  
*tum deliquerunt propter inanem vo-*  
*luptates et minutas cogitationes.*  
 Cfr. infra c. 10.

10) Hi sunt *fideles, in sceleribus*  
*conversati.* Cfr. infra c. 10.

11) Hi sunt *modesti atque just,*  
*qui valde pura mente vixerunt.*  
 Cfr. c. 3.

pars populi hujusmodi virgas porrigebat, et magnum ex his nuntius ille gaudium cepit; et hi seorsum statuebantur. Alii <sup>1</sup> adferebant virgas suas virides, et pampinos habentes, et hi seorsum statuebantur. Et hos quoque nuntius ille magna cum hilaritate excipiebat. Alii afferebant virgas suas virides, ex quibus excreverant pampini earum, qui pampini quosdam fructus adferebant. Qui hujusmodi virgas porrigebant, valde hilares erant vultu; sed et nuntius ipse quidem ex eis magnam laetitiam percipiebat; nec minus pastor ille cum eo ex eadem causa hilaritatem capiebat.

II. Tunc nuntius Domini coronas jussit adferri. Allatae sunt autem coronae velut ex palmis factae, et coronavit eos viros nuntius, in quorum virgis pampinos invenerat et fructum; et jussit eos ire in <sup>2</sup> turrim. Sed et illos viros misit in turrim, in quorum virgis sine fructu invenerat pampinos, dato eis sigillo. Nam vestem eandem habebant, id est, candidam sicut nivem; cum qua jubebat ipsos ire in turrim. Nec minus et eos, qui reddiderant virgas suas sicuti acceperant virides, data eis veste candida; et sic eos dimisit ire in turrim. His consummatis ait ad pastorem illum: „ego vado; <sup>3</sup> tu vero dimitte hos intra muros, in eo loco, quo quisque meruit habitare, consideratis prius virgis eorum diligenter; tamen, ne quis te fallat, considera. Sed et si quis te praeterierit, inquit, ego eos super aram probabo.“ His ad pastorem dictis recessit. Postquam ille discesserat, ait mihi pastor: „accipiamus ab omnibus virgas, et plantemus illas, si possint revirescere.“ Dico ei: „domine, istae, quae sunt aridae virgae, quo modo possunt revirescere?“ Ait mihi: „arbor ista salix est, et semper amat <sup>4</sup> vitam. Si plantatae ergo fuerint hae virgae, exiguumque humoris acceperint, plurimae ex eis revirescent. Tentabo enim et suffundam eis

1) Hi sunt *confessores*, qui vexationes ob fidem perpessi sunt. Cfr. c. 3.

2) Omnes in turrim mittuntur, qui satisfecerunt legi et servaverunt eam. Cfr. c. 3.

3) Pastori, qui est nuntius poeni-

Patres apost. Ed. IV.

tentiae, ii traduntur, quibus poenitentia est agenda. Cfr. c. 3.

4) I. e. *Lignorum salicum natura ea est, ut arefacta licet, si modo aquis adjuvantur, virescant.* S. Hilar. ad Ps. 136.

aquam; et si qua earum potuerit vivere, gratulabor ei; quodsi non, certe non videbor ego negligens fuisse.“ Jussit deinde me vocare eos. Et sicut steterunt quisque eorum, venerunt ordine suo, virgasque suas tradiderunt; quas acceptas ille singulas plantavit ordinibus suis. Et postquam plantasset omnes, aquam multam supereffudit illis, ita ut tegerentur ab aqua, neque ab ea exstarent. Deinde, quum irrigasset illas, ait mihi: „eamus, et post paucos dies revertamur, et visitemus eas. Qui creavit enim hanc arborem, vivere vult omnes eos, qui ex ea acceperunt virgas. Ego autem spero, quum sint aqua superinfusae hae virgae, plurimas victuras humore capto.“

III. Dico ei: „arbor haec, domine, demonstra mihi, quid sit; valde enim moveor, quod tot ramis recisis integra videatur esse, nec omnino quidquam de ea minus videtur esse; quo maxime stupeo.“ „Audi,“ inquit: „arbor haec magna, quae campos tegit ac montes totamque terram, lex est Dei in totum orbem terrarum data. Hac autem lege Filius Dei praedicatus est in omnibus finibus orbis terrae. Populi vero stantes sub umbra ii sunt, qui audierunt praedicationes ejus, et crediderunt. Nuntius autem ille magnificus et bonus <sup>1</sup> Michaël est; qui populi hujus habet potestatem, et gubernat eos. Hic enim in corde eorum, qui crediderunt, inserit legem. Visitat igitur eos, quibus dedit legem, si eam custodierunt. Videt autem uniuscujusque virgam, et ex eis multas labefactas. Illae enim virgae <sup>2</sup> Domini lex sunt. Cognoscit autem deinde omnes eos, qui non servaverunt legem, sciens sedem uniuscujusque eorum.“ Dico ei: „quare, inquam, domine, alios dimisit in turrim, alios tibi heic reliquit?“ „Hi,“ inquit, „quicumque supergressi sunt legem, quam ab eo acceperunt, in mea relictis sunt potestate, ut admissorum suorum agant poenitentiam; qui autem satisfecerunt legi et servaverunt eam, sub illius potestate sunt.“ „Qui sunt, ergo, domine,“ inquam, „in turrim euntés coronati?“ Ait mihi: „quicumque luctati cum diabolo vicerunt eum, illi sunt coronati. Illi autem sunt, qui, ut servarent legem, perpassi sunt iniqua. Illi vero,

1) Cfr. *Semler*. in Baumgarten, theol. Streit. I. c. p. 8. Not. 10.

2) *Singulae* virgae significant legem Evangelii a *singulis* receptam.

qui virides virgas pampinosque sine fructu habentes tradiderunt, propter eandem quidem legem vexationem sustinuerunt, non obierunt autem mortem; sed nec abnegaverunt sanctam legem. Hic vero, qui virides, sicut acceperant, tradiderunt, modesti sunt atque justi, et qui valde pura mente vixerunt, et custodierunt mandata Dei. Reliqua autem scies, quum consideravero illas virgas, quas plantavi et irrigavi.“

IV. Post paucos vero dies reversi sumus; eodemque loco consedit nuntius ille magnificus, ego autem adstiti ei. Tunc ait mihi: „succinge te <sup>1</sup> sabano, et ministra mihi.“ Succinxit me sabano mundo, quod erat factum ex sacco. Ut autem vidit me cinctum et paratum illi ministrare, ait: „voca viros illos, quorum virgae plantatae sunt, suo quemque ordine, sicut porrexerunt illas.“ Et duxit me in campum; et vocavi omnes, qui etiam universi constiterunt ordinibus suis. Ait deinde ad illos: „quisque virgam suam extrahat, et ad me afferat.“ Et primo tradiderunt, qui aridas et putridas habuerunt. Et quorum putridae et aridae repertae sunt virgae, jussit eos stare seorsum. Deinde porrexerunt, qui aridas quidem, sed non putridas habuerunt. Aliqui eorum tradiderunt virgas virides, quidam vero aridas et putridas, velut a tineas tactas. Eos, qui virides tradiderunt, jussit seorsum stare; illos vero, qui aridas et putridas tradiderunt, cum primis stare jussit. Porrexerunt deinde illi, qui semiaridas habuerant, et scissuras habentes; multi ex illis <sup>2</sup> virides porrexerunt, nec scissuras habentes; quidam vero virides, pampinos habentes et in pampinis fructum; sicut illi, qui in turrim iverunt, coronati. Alii porrexerunt aridas, et non putridas; quidam vero, sicut fuerant, semiaridas et scissuras habentes. Jussit unumquemque eorum seorsum stare, alios suo quemque ordine, alios seorsum.

V. Deinde porrexerunt, qui <sup>3</sup> habuerant virides quidem virgas, sed scissuras habentes. Hi omnes <sup>4</sup> virides tradiderunt,

1) Usitatam Graecis vocem *ασβανον*, quae linteum sive linteamen denotat, vetus Interpres haec in sua versione retinuit. GALLAND.

2) Sc. *nunc*.

3) Sc. *prius*.

4) Sc. *nunc* virides virgas sine scissuris tradebant.

suoque ordine steterunt. Gaudium autem ex his percepit hic pastor, quod omnes politae essent, et deposuissent scissuras suas. Deinde porrexerunt, qui dimidiam viridem, et dimidiam aridam habuerant; quorundam vero inventae sunt totae virides, aliorum semiaridae, aliorum virides et pampinos habentes. Hi omnes dimissi sunt, unusquisque in suum ordinem. Tradiderunt deinde, qui habuerant duas partes virgarum suarum virides, tertiamque aridam; multi ex eis virides porrexerunt, multi semiaridas, caeteri vero aridas et non putridas. Hi omnes dimissi sunt in suum quisque ordinem. Deinde porrigebant, qui habuerant in virgis suis duas partes aridas, tertiamque viridem; multi quoque ex eis porrexerunt semiaridas, quidam vero aridas et putridas, alii autem semiaridas et scissuras habentes, pauci vero virides. Hi igitur omnes constiterunt in suo quisque ordine. Deinde porrexerunt, qui tertium habuerant viride, reliquum vero aridum. Horum virgae majori ex parte inventae sunt virides, ramusculos habentes, et in eis ramusculis fructum; et reliquae virides totae. Ex his virgis gaudium vehementer percepit pastor ille, quia sic invenerat eas. Abierunt et illi in ordines suos.

VI. Postquam autem omnium virgas considerasset, ait mihi: <sup>1</sup> „dixeram tibi, arborem hanc diligere vitam. Vides, quod multi egerunt poenitentiam, et assecuti sunt salutem.“ „Video,“ inquam, „domine.“ „Ut scias,“ inquit, „bonitatem et clementiam Domini magnam et honorandam esse, qui dedit spiritum iis, qui digni erant agere poenitentiam.“ Et dixi: „quare ergo, domine, non omnes egerunt poenitentiam?“ Ait mihi: <sup>2</sup> „quorum viderat Dominus puras mentes futuras, et servituros ei ex totis praecordiis, illis tribuit poenitentiam. At quorum aspexit dolum et nequitas, et animadvertit, ad se fallaciter reversuros, negavit

1) Cfr. supra c. 2. p. 401. not. 4.

2) Cfr. Simil. IX, 33: *quumque vidisset Dominus bonam atque puram poenitentiam eorum, et posse eos in ea permanere, jussit priora peccata eorum deleri.* Hermas docet, arbitrium hominis esse liberum, Deumque eos praedestinare, quos

gratiae suae assentientes seu cooperantes praesciverit. Cfr. *Ittig*, l. c. p. 171. *Münscher*, Lehrb. d. Dogm.-Gesch. I. p. 358 et 368. *Jachmann*, l. c. p. 76. Theoriam de scientia media hunc locum sancti Hermae in suos usus convertere posse monet *Münscher*, Handb. d. Dogm.-Gesch.

iis ad poenitentiam regressum, ne rursus legem ejus nefandis maledicerent verbis.“ Dico ei: „nunc mihi, domine, demonstra, qualis sit locus cujusque eorum, qui virgas reddiderunt, et sedes eorum; ut auditis his et creditis, ii, qui non custodierunt integrum, sed dissipaverunt sigillum, quod acceperunt, agnitis suis factis poenitentiam agant, et accepto a te sigillo Domino dent honorem, quod sit super eos motus clementia sua, et miserit te, ut spiritus eorum renoves.“ „Audi,“ inquit: <sup>1</sup> „quorum virgae aridae et putridae repertae sunt, et velut a lineae tactae; hi sunt transfugae et ecclesiae proditores, qui inter reliqua sua delicta nefandis verbis Dominum insectati; <sup>2</sup> *nomen ejus negaverunt, quod super eos erat invocatum.* Hi igitur omnes mortui sunt Deo, atque etiam neminem eorum vides egisse poenitentiam, tametsi audierint mandata mea, quae tu eis protulisti; ab hujusmodi ergo hominibus abest vita. Hi quoque, qui aridas et non putridas tradiderunt, non procul ab illis fuerunt; ficti enim erant, et doctrinas pravas intulerunt, et perverterunt servos Dei, praecipue eos, qui peccassent, non sinentes eos <sup>3</sup> ad poenitentiam redire, sed doctrinis fatuis detinentes. Hi ergo habent ad spem regressum; atque etiam multos vides agere poenitentiam, ex quo eis mandata mea protulisti; et adhuc agent poenitentiam. Quicumque vero non egerint poenitentiam, ii et <sup>4</sup> patientiam perdiderunt, et vitam suam amittent. At his, qui egerint, murus imprimis coepit esse sedes eorum; quidam vero etiam in turrim ascenderunt. Vides igitur, inquit, in poenitentia peccantium inesse vitam, non agentium vero poenitentiam mortem paratam.“

VII. „De his vero, qui semiaridas virgas porrexerunt, et scissuras habuerunt, audi. Quorum tantummodo semiaridae erant virgae, hi dubii sunt; nec enim vivi sunt, nec mortui. At hi, qui semiaridas et scissuras habentes tradiderant, et dubii sunt et maledici, de absentibus detrahentes, et numquam inter se pacem habentes, et inter se invidentes. Et iis quidem proposita est poenitentia; vides enim ex his aliquos poenitere. Quicumque vero eorum cito egerunt poenitentiam, hi in turri habent sedem;

1) Cfr. supra c. 1. p. 400. not. 1. | 3) Ut Montanistae.

2) Jac. 2, 7.

4) Al. *poenitentiam.*



at ii, qui tarde egerunt, in muris habitant. Qui vero non egerunt poenitentiam, sed in suis permanserunt factis, morte morientur. <sup>1</sup> At vero hi, qui virides quidem virgas, sed scissuras habentes tradiderunt, fideles semper fuerunt et boni, sed habentes inter se quamdam invidiam et zelum de principatu et dignitate. Verum omnes hujusmodi insipientes sunt et fatui, qui habent inter se aemulationem de principatu. Attamen hi, quum sint alioqui boni, si auditis mandatis istis emendaverint se, et cito per suasionem meam egerint poenitentiam, in turri denique incipient habitare, sicut et hi, qui egerunt digne poenitentiam. Quodsi quis eorum rursus ad dissensionem redierit, repelletur a turri, et vitam suam perdet. Vita enim eorum, qui custodiunt mandata Domini, in mandatis consistit, non in principatu, aut aliqua dignitate. Per patientiam enim et humilitatem animae vitam homines consequentur; per seditiones vero et contemptum legis mortem sibi acquirunt.<sup>4</sup>

VIII. „Qui vero in virgis suis dimidium aridum habebant, et dimidium viride, hi sunt negotiationibus involuti, neque appliciti sanctis; ideoque etiam dimidium eorum vivit, dimidium vero mortuum est. Multi igitur ex illis, auditis mandatis, egerunt poenitentiam, et in turri habitare coeperunt; quidam vero eorum in totum destiterunt. His igitur non est locus poenitentiae; <sup>2</sup> a negotiatione enim sua nefanda in Dominum locuti sunt, et eum abnegaverunt. Propter hanc igitur nequitiam amiserunt vitam. Multi vero ex his dubiam mentem induerunt. Adhuc et iis est regressus; qui, si cito poenitentiam egerint, in turri sedem habebunt; si vero tardius egerint, in muris habitabunt; si autem non egerint, mortem sibi acquirunt. At hi, qui duas partes virgarum suarum virides habuerunt, et tertiam aridam, compluribus modis depravati negaverunt Dominum. Ex his igitur multi egerunt poenitentiam, atque ita in turri habitare coeperunt; et multi a Deo in perpetuum recesserunt. Illi igitur in totum amiserunt vitam. Quidam vero, dubia mente concepta, dissensiones concitaverunt; iis adhuc regressus est, si cito egerint

1) Cfr. supra c. 1. p. 400. not. 5. | 2) I. e. *ob negotiationem suam*.

poenitentiam, nec voluptatibus suis remorati fuerint; si autem permanserint in factis suis, mortem sibi acquirunt.“

IX. „Qui vero porrexerunt virgas suas, quarum duae partes aridae fuerant, et tertia viridis, fideles quidem fuerunt, sed locupletati et exsaturati bonis; apud exterās gentes celebriores esse cupierunt, et in superbiam magnam inciderunt, et sublimia coeperunt spirare, et veritatem deserere; neque appliciti sunt justis, sed cum exteris gentibus convixerunt; et haec illis vita dulcior visa est; a Deo tamen non recesserunt, et in fide perseveraverunt, sed opera fidei non exercuerunt. Multi igitur ex illis egerunt poenitentiam, et sedes eorum in turri esse coeperunt. Alii vero viventes cum exteris gentibus, et elati vanitatibus suis, in perpetuum a Deo defecerunt, nationum facinoribus et operibus servientes. Hujusmodi ergo homines adnumerati sunt exteris nationibus. Alii ex his dubiam mentem habere coeperunt, non sperantes, se propter facta sua assequi posse salutem; alii dubii facti, dissensiones excitaverunt. His igitur et illis, qui propter facta sua dubii esse coeperunt, adhuc est regressus; sed haec poenitentia cita esse debet, ut sit in turri sedes eorum. His vero, qui non agunt poenitentiam, sed permanent in voluptatibus suis, mors prope est.“

X. „At hi, qui virgas virides porrexerunt, exceptis cacaminibus earum, quae sola arida erant, et scissuras habebant, semper boni atque fideles et probi erga Deum fuerunt, sed parumper deliquerunt propter inanes voluptates et minutas cogitationes, quas intra se habuerunt. Auditis ergo verbis meis plurimi egerunt poenitentiam celeriter, et in turri habitare coeperunt. Quidam autem ex his evaserunt dubii; quidam adjecerunt ad dubiam mentem etiam dissensiones movere. In his igitur etiam nunc spes est regressus, quia boni semper fuerunt; difficile autem movebuntur. Qui vero virgas suas aridas porrexerunt, exceptis cacaminibus earum, quae sola erant viridia, crediderunt quidem Deo, in sceleribus vero conversati sunt, numquam tamen a Deo recesserunt, sed semper nomen Domini libenter tulerunt, et libenter in hospitibus suis Dei servos susceperunt. Audito igitur hoc, regressi, sine mora egerunt poenitentiam, et omnem virtutis

aequitatem exercuerunt. Aliqui vero eorum mortem obierunt, et alii libenter adversa passi sunt, memores factorum suorum.“

XI. Postquam finisset omnium virgarum explanationes, ait mihi: „vade, et die omnibus, ut agant poenitentiam, et vivent Deo; quia motus dominus magna clementia sua misit me, ut poenitentiam nuntiarem omnibus, his etiam, qui non merentur propter facta sua assequi salutem. Sed patiens est Dominus, et invitationem per Filium suum factam vult conservare.“ Dico ei: „spero, domine, fore, ut auditis his universi agant poenitentiam. Credo enim, unumquemque, agnitis suis factis et accepto Dei timore, ad poenitentiam regressurum.“ Ait mihi; <sup>1</sup> quicumque toto corde egerint poenitentiam, et purificaverint se ab omni nequitia, quae supra dicta est, et non adjecerint adhuc ad delicta sua quidquam, accipient a Domino remedium priorum peccatorum suorum, si nihil dubitaverint de mandatis his; et vivent Deo. Qui vero adjecerint, inquit, ad delicta sua, et conversati fuerint in cupiditatibus seculi hujus, damnabunt se ipsos ad mortem. Tu vero ambula in mandatis istis, et vives Deo; et quicumque ambulaverint in his, et recte ea exercuerint, vivent Deo.“ Postquam vero haec omnia mihi ostendit, ait mihi: „reliqua post dies paucos tibi ostendam.“

### Similitudo IX.

#### *Aedificandae militantis et triumphantis ecclesiae mysteria maxima.*

I. Postquam scripsi mandata et similitudines pastoris illius, nuntii poenitentiae, venit <sup>2</sup> ad me, et dixit mihi: „volo ostendere tibi, quaecumque <sup>3</sup> spiritus tibi ostendit, qui in effigie ecclesiae

1) Hoc quoque loco libertas humani arbitrii a Patre nostro docetur. Cfr. supra c. 6. p. 404. not. 2 et *Jachmann.*, l. c. p. 77.

2) *Sc. nuntius poenitentiae.*

3) Spiritus Dei, i. e. Filius Dei, in Visionibus per figuram Ecclesiae my-

steria sua Hermae aperuisse contentur. Cfr. *Vis. IV, 1*: ubi *Dominus* revelationes per *ecclesiam* ostendisse dicitur. Nunc Pastor eadem per figuram *turris aedificandae* (cfr. infra c. 3 sqq.) Hermae ostendit,

locutus est tecum. <sup>1</sup> Ille enim spiritus Filius Dei est. Et quia infirmior eras corpore, <sup>2</sup> non ante per nuntium declaratum est tibi, quam firmatus es a spiritu, auctusque viribus, ut etiam nuntium possis videre. Tunc enim bene quidem ac magnifice aedificatio turris ab ecclesia tibi ostensa est; sed ut a virgine monstrata cuncta vidisti. Nunc autem per nuntium illustraris, <sup>3</sup> per eundem quidem spiritum. Sed oportet te omnia diligenter videre; idcirco enim in domum tuam missus sum habitare ab illo nuntio <sup>4</sup> venerando, ut, quum omnia potenter videris, nihil ut prius expavescas. <sup>5</sup> Et duxit me in ascensum montis <sup>6</sup> Arcadiae; et consedimus in cacumine ejus. Et ostendit mihi campum magnum, et circa eum <sup>7</sup> duodecim montes, alia atque alia figura. <sup>8</sup> Quorum primus niger erat sicut fuligo; <sup>9</sup> secundus glabrus sine herbis; <sup>10</sup> tertius spinis et tribulis plenus; <sup>11</sup> quartus habebat semiaridas herbas; quarum superior pars erat viridis, proxima autem a radicibus arida; quaedam etiam herbae, quum sol incanduisset, aridae fiebant. <sup>12</sup> Quintus mons asperissimus erat, sed herbas virides habebat. <sup>13</sup> Sextus mons scissuris erat plenus, quibusdam minoribus, quibusdam vero majoribus; sed in illis scissuris erant herbae non valde quidem <sup>14</sup> laetae, sed velut marcidae esse videbantur. <sup>15</sup> Septimus vero mons delectabiles habebat herbas, et totus fertilis erat; et omne genus pecudum et volucrum coeli pabulum carpebant ex illo; et quantum vesce-

1) Spiritus filius Dei = *ὁ ἄλογος* cfr. supra p. 408. not. 3.

2) Sensus est: *priori tempore, antequam firmatus eras a spiritu, non Dominus ipse* (venerabilis ille nuntius cfr. p. 345 et 385) tibi apparuit, sed per figuram ecclesiae ille ad te locutus est. Nunc nuntius ille ipse tecum loquetur.

3) I. e. Christus Dominus ipse *ὁ ἄλογος* est.

4) I. e. *Filio Dei*.

5) Similiter Esdras (IV Esr. 2, 33) praeceptum accepit a Domino in monte

*Horeb*. Cfr. *Jachmann*, l. c. p. 65. et supra Vis. I, 3. p. 325. not. 4.

6) De his montibus = *gentibus*, quibus Evangelium praedicatum est, cfr. infra c. 17 sqq.

7) Mons hic fusius describitur infra c. 19.

8) *Ibidem*.

9) Vide infra c. 20.

10) Vide infra c. 21.

11) Vide infra c. 22.

12) Vide infra c. 23.

13) Ita *Mss. Lamb. Vict. et Carm. Al. laetae*. GALLAND.

14) Vide infra c. 24.

bantur ex illo, tanto laetiores herbae crescebant. <sup>1</sup> Octavus mons fontibus erat repletus, et ex illis fontibus adequabatur omne genus creaturae Dei. <sup>2</sup> Nonus mons nullam omnino aquam habebat, et totus destitutus erat; sed et mortiferos serpentes alebat, et hominibus perniciosos. <sup>3</sup> Decimus mons proceras arbores continebat, totusque erat umbrosus; et sub umbra pecudes jacebant requiescentes ac ruminantes. <sup>4</sup> Undecimus mons densissimis arboribus repletus erat; et arbores illae aliis atque aliis oneratae videbantur fructibus, ut, quisquis videret, cuperet edere de fructibus earum. <sup>5</sup> Duodecimus mons candidus erat totus, et aspectum habebat delectabilissimum, et ipse sibi summum praestabat decorem.

II. In medio vero campo candidam et ingentem <sup>6</sup> petram mihi ostendit, quae de ipso campo surrexerat; et petra illa altior montibus illis erat, et quadrata erat, ita ut posset totum orbem sustinere. <sup>7</sup> Vetus autem mihi videbatur esse, sed habebat <sup>8</sup> novam portam, quae nuper videbatur exsculpta. Et porta illa <sup>9</sup> clariorem splendorem quam sol habebat; ita ut mirarer vehementer lumen ejus. Circa vero portam illam stabant <sup>10</sup> virgines duodecim; ex quibus quatuor, quae obtinebant angulos portae, digniores mihi videbantur esse, sed et caeterae dignae erant; stabant autem in quatuor partibus portae. Erat autem et id ad <sup>11</sup> gratiam illarum virginum, quod illae binae et binae vestitae erant linteis tunicis, et decenter succinctae, exertis brachiis dextris, tamquam fascem aliquem levaturae. Sic erant paratae; vehementer enim hilares erant, atque promptae. Haec quum vidissem, mecum ipse mirabar, quod tam magnas et praeclaras

1) Vide infra c. 25.

2) Vide infra c. 26.

3) Vide infra c. 27.

4) Vide infra c. 28.

5) Vide infra c. 29.

6) Petra haec Christus est. Vide infra c. 12.

7) Petra *vetus* dicitur, quia Filius Dei omni creatura antiquior est. Vide infra c. 12.

8) Porta haec *nova* Christus est,

in novissimis diebus apprensus. Vide infra c. 12.

9) Hic divinitas Christi doceri videtur.

10) Virgines hae dona sunt Spiritus sancti, seu virtutes christianae. Vide infra c. 13 et 15 et Vis. III, 8. Laudant hunc locum *Origenes*, hom. 13 in Ezech., et Auctor *operis imperfecti* in Matth. 19, 28.

11) I. e. *ad decorem*.

res viderem. Et rursus mirabar propter virgines illas, quod tam decorae et delicatae essent, et ita constanter ac fortiter starent, tamquam totum coelum portaturae. Et quum haec intra me cogitarem, ait ad me pastor ille: „quid intra te disputas atque torqueris, et ipse tibi sollicitudinem adjicis? Quaecumque non potes intelligere, noli attendere, tamquam si sapiens sis; sed roga Dominum, ut accepto sensu intelligas ea. Quaecumque post te sunt, non potes videre; quae vero sunt ante te, vides. In his igitur, quae non potes videre, noli torqueri; et eorum intelligentiam cape, quae tu vides. Desine esse curiosus. Ego autem demonstrabo tibi cuncta, quaecumque debeo ostendere; nunc autem reliqua considera.“

III. Et quum haec dixisset mihi, suspexi; et ecce, vidi venisse <sup>1</sup> sex viros excelsos ac venerandos, et omnes similes vultu; et vocasse <sup>2</sup> quamdam multitudinem virorum; et hi, qui venerant vocati ab illis, et ipsi quoque excelsi et fortes erant. Jusserunt autem illi sex eos <sup>3</sup> turrim quamdam <sup>4</sup> super eam portam aedificare. Magnus vero tunc fremitus coepit esse decurrentium circa portam huc atque illuc, eorum virorum, qui ad aedificandam turrim convenerant. Virgines vero illae, quae stabant circa portam, jubebant eis aedificationem turris accelerare. Ipsae autem exporrexerunt manus suas, tamquam aliquid accepturae ab illis. Tunc illi sex jusserunt, ut ex quodam profundo lapides attollerent, et in aedificationem turris praepararent. Et elevati sunt <sup>5</sup> decem lapides candidi, quadrati, <sup>6</sup> [nec] circumcisi. Postquam vero sex illi advocaverunt has virgines, jusserunt eas universos lapides, quicumque in turris aedificationem mittendi

1) Hi sex viri exce- = nuntii sunt Filii Dei, ipsum circumstantes. Vide infra cap. 12. De sex juvenibus cfr. Vis. IH, 2 et 4.

2) Illi sex viri advocarunt multitudinem.

3) Turris haec Ecclesia est. Vide infra c. 13.

4) Turris super petram et portam aedificatur, quia Christus fundamentum

est Ecclesiae et omnium fidelium. Cfr. infra c. 14.

5) Hi decem lapides = viri justii, primo seculo mundi (non ecclesiae) viventes. E profundo illi attolluntur, quia hi jam ante adventum Domini sunt mortui. Vide infra c. 15 et 16.

6) Addendum esse nec ex cap. 5 et 16 conjecit Cotelerius.

essent, portare, et translatos per portam tradere eis, qui aedificaturi erant turrim illam. Continuo hae virgines eosdem lapides, qui prius elevati erant de profundo, inter se elevare coeperunt pariter omnes.

IV. <sup>1</sup> Qui autem steterunt circa portam, sic etiam portabant<sup>2</sup>, ut, qui videbantur esse fortiores, ad angulos ponerentur; caeteri vero lapides ad latera subiciebantur. Atque ita universos lapides pertulerunt<sup>3</sup>, eosque per portam translatos aedificantibus, sicut<sup>4</sup> jussae erant, tradiderunt. Illi vero excipientes exstruxerunt illos. Haec autem aedificatio super illam petram magnam et portam fiebat, atque ab iis tota turris sustentabatur. Horum autem decem lapidum structura totam portam illam replevit, quae in fundamento turris illius esse coepit. Post illos vero decem lapides alii<sup>5</sup> viginti quinque elevati sunt de profundo; et hi structi sunt in aedificationem turris ejusdem, per illas virgines levati, sicut priores. Post hos<sup>6</sup> alii triginta quinque elevati sunt; et hi similiter in eodem opere aptati sunt. Post hos<sup>7</sup> quadraginta lapides ascenderunt; et hi omnes adjecti sunt in structuram turris illius. Quatuor ergo ordines coeperunt esse in fundamento turris illius; desierunt enim lapides extrahi de profundo; paulisper et hi, qui aedificabant, quieverunt. Iterum illi sex viri multitudini illi imperaverunt, ut de illis duodecim<sup>8</sup> montibus adportarent lapides ad aedificationem turris ejusdem. Illi autem excidebant de universis montibus variorum colorum lapides, et deferentes eos porrigebant virginibus; quos illae

1) Et viri et virgines circa portam steterunt. Cfr. supra c. 3.

2) Sc. lapides.

3) Sc. virgines, jussae (c. 3) ex profundo lapides attollere.

4) Mss. Angl. *jusserant*, sc. illi sex viri excelsi (c. 3).

5) Hi sunt = *secundum seculum* virorum justorum ante Christum. Vide infra c. 15.

6) Hi sunt *Prophetae Dei ac mi-*

*nistri* Veteris Testamenti. Vide infra c. 15.

7) Hi sunt Apostoli et doctores praedicationis Filii Dei. Vide infra c. 15 et Vis. III, 5, p. 334. not. 3.

8) Cfr. supra c. 1. p. 409. not. 6. Postquam ii lapides, qui justos demortuos *ante* adventum Christi significant, in structuram turris positi erant, Dominus etiam lapides e montibus, i. e. fideles e populia christianis, apportari jussit.

accipientes transferebant, et in aedificationem turris porrigebant. In qua quum structi essent illi, candidi variique fiebant; et similiter omnes priores mutabant colores. Quidam vero ab ipsis viris porrigebantur; qui quum in eam aedificationem venissent, quales ponebantur, tales et permanebant. Hi nec candidi fiebant, nec varii; quoniam non erant a virginibus per portam translati. Hi ergo lapides deformes erant in aedificatione. Quos quum animadvertissent illi sex viri, jusserunt tolli, et suo loco reponi, unde delati fuerant. Et dicunt ad illos, qui lapides illos adferebant: „omnino vos nobis ad aedificationem hanc lapides porrigere nolite, sed juxta turrim ponite eos, ut hae virgines translatos porrigant; nisi enim ab his virginibus translati fuerint per hanc portam, colores suos mutare non possunt; nolite igitur frustra laborare.“

V. <sup>1</sup> Effecta est autem structura illo die, sed turris consummata non est; futurum enim erat, ut aedificaretur, propterea etiam nunc et quaedam dilatio facta est. Et jusserunt illi sex eos, qui aedificabant, abire, et veluti aliquamdiu quiescere; illis vero virginibus praeceperunt, ne a turri discederent. Propterea autem videbantur mihi relictæ, ut custodirent turrim illam. Postquam autem recesserunt, dico ad pastorem illum: „quare, domine, non est peracta aedificatio turris?“ „Non enim,“ inquit, „ante consummari potest, quam veniat dominus ejus, et structuram hanc probet, ut, si quos lapides non bonos in ea invenerit, mutantur; ad voluntatem enim ejus aedificatur haec turris.“ „Vellem,“ inquam, „domine, scire, quid significet aedificatio turris hujus, et de hac petra et de hac porta cognoscere, et de montibus et de virginibus et de lapidibus, qui extracti sunt de profundo, nec circumcisi sunt, sed sicut ascenderunt, sic missi sunt in structuram; et quare primum lapides decem in fundamento structi sunt, deinde viginti quinque, deinde triginta quinque, deinde quadraginta; item de illis lapidibus, qui positi sunt in structuram, iterumque sublati, et in locum suum relati. De omnibus his, domine, desiderium animae meae comple, et omnia mihi demonstra.“

1) I. e. nunc *incepta* et ad *ter-* | *consummata* illo die aedificatio turris  
minum quædam *producta*, sed non | *erat*.



Et dixit mihi: „si arduus nōn fueris, omnia cognosces, et videbis reliqua, quae futura sunt huic turri, et omnes similitudines diligenter cognosces.“ Et venimus post dies paucos in eundem locum, ubi sederamus, et dixit mihi: „perveniamus ad turrin; dominus enim ejus venturus est, ut consideret eam.“ Venimus igitur illuc, et neminem alium, quam virgines illas invenimus. Et interrogavit eas, an affuisset ibi dominus turris illius? Et responderunt, continuo eum adfuturum, ut consideret structuram illam.

VI. Post pusillum vero video multitudinem virorum magnam venientem, et in medio eorum ita <sup>1</sup> excelsum virum, ut magnitudine sua ipsam turrin superaret; et circa eum sex illos, quos in aedificatione imperare videram, et eos omnes, qui aedificaverunt turrin illam, et praeterea alios quamplures dignitate splendidos viros. Virgines vero illae, quae custodiebant turrin illam, adcurrerunt, et osculae sunt eum, et prope eum coeperunt ambulare. Ille autem tam diligenter considerabat structuram illam, ut singulos lapides contrectaret; quin etiam singulos virga, quam in manu tenebat, feriebat. Ex quibus quidam, quum essent percussi, <sup>2</sup> nigri fiebant velut fuligo; quidam autem tamquam scabri; quidam quasi scissuras habentes; quidam curti; quidam nec nigri, nec albi; quidam asperi, nec cum caeteris lapidibus convenientes; quidam plurimas maculas habentes. Hae sunt varietates lapidum illorum; qui in structura illa non idonei reperti sunt. <sup>3</sup> Jussit eos dominus omnes de turri deponi, et juxta eam relinqui, et alios lapides afferri, et loco eorum reponi. Et interrogaverunt eum, qui aedificabant, ex quo monte vellet afferri, et reponi in locum ejectorum? De montibus quidem vetuit afferri, sed ex <sup>4</sup> campo quodam, qui prope erat, jussit afferri. Foderunt enim campum illum, et invenerunt lapides splendidos, quadratos, quosdam vero etiam <sup>5</sup> rotundos. Quicumque autem erant in illo campo, omnes allati sunt, et per portam transportati a virginibus

1) Is est Filius Dei. Vide supra c. 3. p. 411. not. 1 et infra c. 12. lapides = fideles vitis dediti. Cfr. Vis. III, 5. 6.  
 2) I. e. proditores, qui fidem abnegaverunt. Vide infra c. 19. 4) Vide infra c. 29 et c. 30.  
 3) Cfr. infra c. 13. Reprobati hi 5) Vide infra c. 30.

illis; et qui ex eis quadrati erant, <sup>1</sup> deformati sunt, et positi in loco ejectionum. At vero qui rotundi, non sunt adjecti in structuram; quoniam duri erant, et longum esse videbatur, circumcidere eos; sed positi sunt circa turrim, tamquam futurum esset, ut circumciderentur, et in structuram mitterentur; valde enim splendidi erant.

VII. Haec quum vidisset vir ille dignitate praecipuus, et dominus totius turris, vocavit hunc pastorem, et tradidit ei lapides, qui reprobati erant, et positi circa turrim; et ait ad illum; „communda diligenter lapides hos, et apta in structuram turris, ut cum caeteris possint convenire, eos autem, qui non conveniunt, longe a turri projicies.“ Haec quum praecepisset ei, cum omnibus, cum quibus venerat ad turrim, abiit. Virgines autem illae steterunt circa turrim, custodientes eam. Et dixi ad pastorem illum: „quonam modo possunt lapides hi in structuram hujus turris, quum reprobati sint, redire?“ Et dixit mihi: „ego de lapidibus istis majorem partem circumcidam, et adjiciam in structuram, et convenient cum caeteris.“ Et dixi: „quomodo, domine, possunt circumcisi eundem locum implere?“ „Quicumque,“ inquit, „minores inventi fuerint, in mediam structuram ibunt; majores vero de foris ponentur, et continebunt eos.“ Haec quum dixisset mihi, „eamus,“ inquit, „et post triduum revertamur; et emundatos hos lapides in structuram adjiciam.“ Ea enim, quae sunt circa turrim, commundari debent omnia; ne forte subito paterfamilias superveniat, et immunda ea, quae circa turrim sunt, inveniat, et ita aspernetur; et hi lapides non mittantur in structuram turris hujus, et ego negligens <sup>2</sup> paterfamilias videar esse.“ Post triduum autem quum venissemus ad eandem turrim, ait mihi: „consideremus hos lapides omnes, et videamus, qui ex eis possunt in structuram ire.“ Dico ei: „consideremus, domine.“

VIII. Primum omnium coepimus considerare eos, qui nigri fuerant. Quales enim a structura depositi fuerant, tales sunt reperti. Jussit eos a turri moveri, et seorsum reponi. Deinde consideravit eos, qui scabrosi fuerant; et multos ex eis circumcidi

1) I. q. *in formam redacti*; cfr. | 2) Ita leg. Codices male habent:  
c. 8. p. 416. not. 1. | *paterfamilias.*

jussit, et per virgines eos in structuram turris aptari; illae autem sublato eos aptaverunt in media structura. Reliquos autem jussit cum illis nigris reponi; nam et hi evaserunt nigri. Deinde considerabat eos, qui scissuras habebant; et ex illis multos circumcidi jussit, et per illas virgines adjici in structuram. Hi deforis positi sunt, quoniam integri inventi sunt; reliqui autem propter multitudinem scissurarum non potuerunt <sup>1</sup> deformari; propterea projecti sunt ab aedificatione turris. Deinde considerabat eos, qui curti facti erant; multi ex illis scissuras habebant, et nigri evaserant; alii vero scissuras magnas habebant, quos jussit aponi cum illis, qui ejecti erant; reliquos autem commundatos et <sup>2</sup> deformatos adjici jussit in structuram, quos sublato virgines illae in media structura aptaverunt; infirmiores enim erant. Deinde considerabat eos, qui dimidii quidem albi, dimidii autem nigri fuerant reperti; et multi ex illis nigri inventi sunt. Jussit et hos transferri ad illos, qui rejecti erant. Reliqui vero toti candidi inventi sunt; et hi sublato sunt a virginibus et aptati in eadem turri. Exteriores autem positi sunt, qui integri inventi sunt, ita ut possent continere eos, qui in medio constructi erant; nihil enim eis recisum est. Deinde considerabat eos, qui duri et asperi fuerunt. Pauci ex his adjecti sunt, quoniam non poterant circumcidi, valde enim duri reperti sunt; reliqui autem formati sunt, et in media structura a virginibus aptati; infirmiores enim erant. Deinde considerabat illos, qui maculas habebant; et ex eis pauci reperti sunt nigri, et hi ad caeteros adjecti sunt. Qui vero superfuerant, candidi et integri inventi sunt; et hi a virginibus in structuram aptati sunt, et deforis positi, propter fortitudinem suam.

IX. Venit deinde, ut consideraret eos lapides, qui candidi et rotundi erant; et ait mihi: „quid faciemus de his lapidibus?“ Et ego dixi: „domine, nescio.“ „Nihil ergo,“ inquit, „excogitas de his?“ „Ego,“ inquam, „artem hanc, domine, non novi, nec lapidarius sum, nec possum intelligere quidquam.“ Et dixit:

1) Ita legendum esse monet Clericus, non *afformari*, quae est inepta et inusitata vox. *Deformare* autem = *mutare formam in quamvis aliam*. Cfr. supra c. 6. p. 415. not. 1.

2) Cfr. not. praecedentem.

„non vides, eos valde rotundos esse? Quodsi voluero eos quadratos redigere, plurimum mihi ex his recidendum est; sed necesse est aliquos ex his in structuram turris transire.“ Et dixi: „si necesse est, quid igitur te implicas, et non eligis, si quos habes eligere; et aptas in structuram illam?“ Et elegit, quos vidit maximos et splendidissimos, et <sup>1</sup> deformavit eos; quos sublatis virgines illae in exterioribus partibus structurae posuerunt. Reliqui vero, qui superfuerunt, repositi sunt in eundem campum, unde sumpti erant; abjecti vero non sunt, „quoniam,“ inquit, „adhuc exiguum deest huic turri, quod aedificandum erit, et forsitan vult dominus hos lapides aptari in ea structura, quia valde candidi sunt.“ Vocatae sunt deinde <sup>2</sup> mulieres speciosissimae duodecim, nigra veste vestitae, incinctae, et exertis humeris, capillisque solutis. Videbantur autem mihi hae mulieres agrestes esse. Et iussit eas pastor ille tollere lapides illos, qui de structura ejecti erant, et eos referri in montes, unde ablati fuerant. Et illae gaudentes sustulerunt omnes, et reportaverunt eos, unde extracti fuerant. Postquam autem nullus lapis circa turrin jaceret, ait mihi: „circumeamus hanc turrin, et videamus, numquid aliquid desit illi.“ Coepimus ergo circumire eam. Et ut vidit eam decenter aedificatam, coepit valde hilaris esse; ita enim decenter aedificata fuerat, ut, qui vidisset, concupisceret structuram ejus; <sup>3</sup> quoniam quasi de uno lapide videbatur esse, nec usquam commissura apparebat, sed ex petra una videbatur exsculpta.

X. Ego autem hujusmodi turrin attente considerans valde laetabar. Et ait mihi: „affer calcem et testas minutas, ut formas eorum lapidum, qui sublatis sunt de structura et iterum repositi, expleam; ea enim, quae circa turrin sunt, omnia aequari debent.“ Et feci, sicut iussit mihi, et attuli ad eum. Et ait mihi: „praesto adsis mihi; et cito hoc opus perficietur.“ Complevit ergo formas illorum lapidum, et iussit locum mundari circa turrin. Tunc virgines illae apprehenderunt scopas, et mundaverunt totum, et

1) Ita recte codex Lamb. Alii sunt daemones, spiritus maligni = affirmavit. Cfr. supra c. 6 et 8. vitia.

2) Cfr. infra c. 13. p. 421. not. 5, 3) Laudat h. l. Origenes, Comment. c. 15 et c. 18. Mulieres hae in Osee. T. II. p. 439. ed. Ruae.

sustulerunt excrementa, et sparserunt aquam; quo completo factus est locus delectabilis, et turris decora. Ait deinde mihi: „omnia commundata sunt; si venerit Dominus hanc turrim consummare, nihil inveniet, quod de nobis queratur.“ Haec quum dixisset, volebat abire. At ego apprehendi peram ejus, et coepi rogare eum per Dominum, ut mihi omnia, quae ostenderat, explicaret. Ait mihi: „habeo modicam occupationem, at omnia tibi explicabo; exspecta autem me heic, dum venio.“ Dico ei: „domine, quid heic solus faciam?“ Respondit: „non es solus, omnes enim virgines tecum sunt.“ Et dixi: „trade me, domine, ergo eis.“ At ille vocavit illas, et dixit eis: „commendo vobis hunc, donec venio.“ Remansi igitur cum virginibus illis. Illae autem hilares erant, et affabiles mihi, praecipue tamen quatuor, quae caeteras praecedebant dignitate.

XI. Dicunt mihi deinde virgines illae: „hodie pastor ille huc venturus non est.“ Et ego dixi: „quid ergo ego faciam?“ Et dicunt mihi: „usque in vesperam exspecta, si forsitan venerit et loquetur tecum; sin minus, nobiscum, dum veniat, manebis.“ Dixi eis: „exspectabo eum usque ad vesperam; quodsi non venerit, domum ibo, et revertar mane.“ Responderunt mihi: „nobis assignatus es; non potes recedere a nobis.“ Et dixi: „ubi manebo?“ Dicunt mihi: „nobiscum <sup>1</sup> dormies ut frater, non ut maritus; frater enim noster es, et de caetero tecum habitare paratae sumus; valde enim charum te habemus.“ Ego autem erubesceram cum eis manere. Ea vero, quae ex illis <sup>2</sup> prima esse videbatur, amplexata me est, et osculari me coepit. Caeterae vero, quum vidissent me amplexari ab illa, et ipsae coeperunt me ut fratrem osculari, et ducere circa turrim, et ludere mecum. Quaedam autem ex illis psalmos canebant, quaedam choros ducebant. Ego autem circa turrim in silentio laetus cum eis ambulabam, et videbar mihi junior factus esse. Postquam vero vespera esse coepit, domum repente abire volebam; illae autem retinuerunt me, et non permiserunt abire. Mansi ergo

1) Hinc colligi potest, morem cum apostolicis, sed secundo demum subintroductis vivendi jam invaluisse; saeculo exaratum esse.  
et librum nostrum non temporibus

2) Haec est fides. Vide infra c. 15.

illa nocte cum eis juxta eandem turrin. Straverunt autem tunicas suas linteas in terram, et me in medio collocaverunt, nec quidquam aliud faciebant, nisi quod orabant. Sed et ego cum illis sine intermissione orabam, neque minus, quam illae. Quae quum me sic orantem vidissent, ingens gaudium perceperunt; et cum eis illi<sup>c</sup> fui usque ad diem posterum. Et quum adorassemus Dominum, tunc venit pastor ille, et ait ad illas: „nullam ei fecistis injuriam?“ Et dixerunt ei: „ipsum interroga.“ Dico ei: „domine, magna voluptas me cepit, quod mansi cum eis.“ Et dixit mihi: „quid coenasti?“ Et dixi: „coenavi, domine, tota nocte verba Domini.“ „Bene,“ inquit, „te acceperunt?“ Et dixi: „bene, domine.“ „Numquid vis nunc audire?“ Et dixi: „volo, domine; et primum, sicut te interrogavero, rogo, ut sic mihi demonstres.“ „Quemadmodum vis,“ inquit, „sic tibi rem explanabo, nec quidquam te celabo.“

XII. „Primum omnium, domine,“ inquam, „hoc mihi demonstra; petra haec et porta quid sunt?“ „Audi,“ inquit: <sup>2</sup> „petra haec et porta Filius Dei est.“ „Quonam pacto,“ inquam, „domine, petra vetus est, porta autem nova?“ „Audi,“ inquit, „insipiens, et intellige. Filius quidem Dei <sup>3</sup> omni creatura antiquior est, ita ut in consilio Patri suo adfuerit ad condendam creaturam. Porta autem propterea nova est, quia in consumptione in novissimis diebus <sup>4</sup> apparuit, ut, qui assecuturi sunt salutem, per eam intrent in regnum Dei. Vidisti,“ inquit, „lapides illos, qui per portam translati sunt, in structuram turris collocatos; eos vero, qui non erant translati per portam, abjectos in locum suum?“ Et dixi: „vidi, domine.“ „Sic,“ inquit,

1) Nonnullos priscos fideles *totas* noctes in oratione et cantu psalmodiarum transegisse notum est.

2) Sic in sacris litteris Dominus *Petra* et *Janua* dicitur. I Cor. 10, 4. Joh. 10, 7. 9. GALLAND. *Baumgarten-Crusius* (Lehrbuch der Dogm.-Gesch. T. II. p. 1052. Not. \*\*) male contendit, *filium Dei* hic significare (omnem) hominem a Deo ex-

citatum et virtutibus ornatum. Hermas de *Christo* loquitur.

3) Hermam hic ad modum S. Joannis (1, 1-3, 10) De Filio Dei disse-rere, monet *Jachmann* l. c. p. 70.

4) Mss. Angl. et Carm. *apparuit*. Vulgata lectio *apparebit* fortasse confirmari potest ex Hebr. 10, 28. Altera vero ex Hebr. 1, 1. 2. GALLAND. Cfr. *Dorner*, l. c. p. 194.

„nemo intrabit in regnum Dei, nisi qui acceperit nomen Filii Dei. Si enim in civitatem aliquam volueris intrare, et civitas illa cincta sit muro, et unam habuerit tantummodo portam, numquid poteris aliunde intrare civitatem illam, nisi per portam, quam habet?“ „Et quonam modo,“ inquam, „domine, aliter fieri potest?“ „Sicut ergo,“ inquit, „in illam urbem non potest intrari, quam per portam ejus; ita nec in regnum Dei potest aliter intrari, nisi per nomen Filii ejus, qui est ei charissimus.“ Et dixit mihi: „vidisti turbam eorum, qui aedificabant turrim illam?“ „Vidi,“ inquam, „domine.“ Et dixit: „illi omnes nuntii sunt dignitate venerandi. His igitur veluti muro cinctus est Dominus. <sup>1</sup> Porta vero Filius Dei est, qui <sup>2</sup> solus est accessus ad Deum. Aliter ergo nemo intrabit ad Deum, nisi per Filium ejus. Vidisti,“ inquit, „illos sex viros, et in medio eorum praecelsum virum illum ac magnum, qui circa turrim ambulavit, et lapides de structura reprobavit?“ „Vidi,“ inquam, „domine.“ „Ille,“ inquit, „praecelsus Filius Dei est; et illi sex nuntii sunt dignitate conspicui, dextra laevaue eum circumstantes. Ex his,“ inquit, „excellentibus nuntiis nemo sine eo intrabit ad Deum.“ Et dixit: „quicumque ergo nomen ejus non acceperit, non intrabit in regnum Dei.“

XIII. <sup>3</sup> Et dixit: „quid est deinde haec turris?“ „Haec,“ inquit, „ecclesia est.“ „Et virgines hae, quae sunt, domine?“ Et dixit mihi: „hae,“ inquit, <sup>4</sup> „spiritus sancti sunt; non aliter enim homo potest in regnum Dei intrare, nisi hae induerint eum <sup>5</sup> veste sua. Etenim nihil proderit tibi accipere nomen Filii Dei, nisi etiam et vestem earum acceperis ab eis. Hae namque vir-

1) Hinc nonnulli deducere conati sunt, Hermam doctrinae de *δημοκρατία* contradicere. Cfr. *Jachmann* l. c. p. 71. Simili figura de *porta* seu *ostio* Dominus ipse usus est. Joh. 10, 9.

2) Cfr. Joh. 14, 6.

3) Simili modo similitudines in IV Esdrae 2, 44—48 explicantur. Cfr. *Jachmann* l. c. p. 64 et *Vis*. I, 3. p. 325. not. 4.

4) I. e. dona Spiritus sancti, seu virtutes christianae. Male de hoc loco disputavit *Jachmannus* p. 72, orthodoxiam Hermae in dubium vocans. De virginibus cfr. *Vis*. III, 8 et infra c. 15, ubi nomina earum reperies.

5) Cfr. de veste nuptiali *Math.* 22, 11. Apostolus Paulus jubet *Christum induere*; *Rom.* 13, 14.

gines potestates sunt Filii Dei. Ita frustra nomen ejus portabit quis, nisi etiam potestates ejus portaverit.“ Et dixit mihi: „vidisti lapides illos, qui abjecti sunt? Illi enim nomen quidem portarunt, vestem autem illarum non induerunt.“ Et dixi: „quae est vestis earum, domine?“ „Ipsa,“ inquit, „nomina vestis earum est. Quicumque ergo,“ inquit, <sup>1</sup> „nomen Filii Dei portat, harum quoque nomina portare debet; nam et Filius nomina portat earum. Quoscumque,“ inquit, „lapides vidisti in structura remansisse per manus harum traditos, earum potestate vestiti sunt. <sup>2</sup> Ideoque totam turrim concordem vides cum petra, et velut ex uno lapide factam. Sic quoque ii, qui crediderunt Deo per Filium ejus, induti sunt <sup>3</sup> spiritum hunc. Ecce unus erit spiritus, et unum corpus, et unus color vestium eorum; sed et illi assequentur ista, qui portaverint nomina virginum harum.“ Et dixi: „quare ergo, domine, <sup>4</sup> abjecti sunt lapides, qui reprobati fuerunt, quum ipsi per portam translati fuerint, et traditi per manus virginum harum in structuram turris hujus?“ „Quoniam,“ inquit, „cura tibi est, omnia diligenter inquirere, audi de iis lapidibus, qui abjecti sunt. Hi omnes nomen Filii Dei acceperunt, sed et potestatem virginum harum. His ergo spiritibus acceptis consummati fuerunt, et in numerum servorum Dei redacti, et unum corpus eorum esse coepit atque una vestis; eandem enim sentiebant aequitatem, quam pariter exercebant. At vero postquam viderunt <sup>5</sup> mulieres illas, quas advertisti nigra veste vestitas, exertis humeris et solutis crinibus, concupiverunt sollicitare illas ob pulchritudinem earum, et induti sunt potestate earum; virginum vero projecerunt amictum. Hi igitur abjecti sunt a domo Dei, et traditi mulieribus illis. At hi, qui non sunt corrupti pulchritudine earum, in domo Dei re-

1) Cfr. Apoc. 3, 12; 14, 1. Num Hermae apocalypsin S. Joannis imitari voluerit, dubium est. Cfr. *Jachmann*. I. c. p. 62.

2) Hermae de *unitate ecclesiae* loqui monet *Rothe*, *Anf. d. christl. Kirche* p. 596.

3) I. e. Spiritum divinum, qui est fons virtutum christianarum.

4) Cfr. supra c. 6. p. 414. not. 3 et Vis. III, 5.

5) De his mulieribus vide supra c. 9. p. 417. not. 2 et infra c. 15, ubi earum nomina invenies.



manserunt. Habes,“ inquit, „horum lapidum, qui abjecti sunt, explicationem.“

XIV. Et dixi: <sup>1</sup> „si qui ergo, domine, hominum, qui hujusmodi sunt, egerint poenitentiam, et abjecerint cupiditatem mulierum illarum, et conversi redierint ad virgines, et earum potestatem induerint, nonne intrabunt in domum Dei?“ „Intrabunt,“ inquit, „si abjecerint omnia opera mulierum illarum, et harum virginum resumpserint potestatem, et in operibus earum ambulaverint. Et ideo intermissio facta est struendi, ut, si hi egerint poenitentiam, adjiciantur in structuram turris, si autem non egerint poenitentiam, alii struantur loco eorum, et illi tunc abjiciantur in toto.“ Ad haec omnia gratias egi Domino, quod in omnes, in quibus invocatum est nomen ejus, motus clementia miserit praesidem nuntium poenitentiae ad nos, qui deliquimus ei; et quod renovaverit spiritus nostros jam certe deficientes, neque habentes spem salutis, nunc vero recreatos ad redintegrationem vitae. Et dixi: „nunc, domine, demonstra mihi, <sup>2</sup> quare non in terra aedificatur haec turris, sed supra petram et portam?“ „Quoniam,“ inquit, „insipiens et sine intellectu es, ideo interrogas.“ Et dixi: „necesse habeo, domine, omnia te interrogare, quoniam nihil omnino intelligo; responsa enim omnia magna et praeclara sunt, et quae homines vix intelligere possunt.“ „Audi,“ inquit: <sup>3</sup> „nomen Filii Dei magnum et immensum est, <sup>4</sup> et totus ab eo sustentatur orbis.“ „Si ergo,“ inquam, „omnis Dei creatura per Filium ejus sustentatur, cur non et eos sustinet, qui invitati sunt ab eo, et nomen ejus ferunt, et in praeceptis ejus ambulant?“ „Nonne etiam vides,“ inquit, „quod sustinet eos, qui ex totis praecordiis portant nomen ejus? Ipse igitur fundamentum est eorum, et libenter portat eos, qui non negant nomen ejus, sed libenter sustentant <sup>5</sup> illud.“

1) Similia leguntur Libr. I. Vis. III, 7.

2) Cfr. supra c. 3.

3) Hic locus testimonium orthodoxiae Hermae nominari potest.

*Baumgarten-Crusius* hunc quoque locum male explicat. Cfr. supra c. 12. p. 419. not. 2.

4) Cfr. Hebr. 1, 3.

5) Ita codex Lamb. Ceteri: *illum*.

XV. Et dixi: „demonstra mihi, domine, nomina virginum harum et mulierum illarum, quae nigra veste sunt indutae.“ „Audi,“ inquit: <sup>1</sup> „nomina virginum, quae potentiores sunt, quae obtinuerunt angulos portae, haec sunt: prima vocatur *fides*, secunda *abstinentia*, tertia *potestas*, quarta *patientia*. Caeterae autem, quae infra has consistunt, his nominibus vocantur: *simplicitas*, *innocentia*, *castitas*, *hilaritas*, *veritas*, *intelligentia*, *concordia*, *charitas*. Quicumque itaque portant haec nomina et nomen Filii Dei, in regnum Dei poterunt intrare. <sup>2</sup> Audi nunc mulierum nomina, quae nigra veste vestitae sunt. Ex his quatuor potentiores sunt: quarum prima *perfidia*, secunda *intemperantia*, tertia *incredulitas*, quarta *voluptas* nominatur. Sequentes vero harum sic nominantur: *tristitia*, *malitia*, *libido*, *iracundia*, *mendacium*, *stultitia*, *inflatio*, *odium*. Hos spiritus qui portat Dei servus, regnum Dei videbit quidem, sed non intrabit in illud.“ „Lapides vero illi, domine, qui de profundo in structura aptati sunt, qui sunt?“ <sup>3</sup> „Decem,“ inquit, „qui in fundamentis collocati sunt, primum seculum est; <sup>4</sup> sequentes viginti quinque, <sup>5</sup> secundum seculum est justorum virorum. Illi autem <sup>6</sup> triginta quinque, Prophetae Domini ac ministri sunt. <sup>7</sup> Quadraginta vero Apostoli et doctores sunt praedicationis Filii Dei.“ Et dixi: „cur ergo, domine, virgines illae etiam hos lapides in structuram turris porrexerunt, translatos per portam?“ Et dixit: „hi enim primi spiritus illos portaverunt, et omnino alius ab alio non recesserunt, nec spiritus ab hominibus, nec homines a spiritibus; sed juncti fuerunt hi spiritus eis usque ad diem quietis; qui nisi hos spiritus secum habuissent, non fuissent utiles structurae turris hujus.“

1) Cfr. nomina virginum similium Vis. 3, 8. Laudant h. l. *Origenes*, hom. 13 in Ezech. et Auctor operis imperf. in Matth. 19, 28.

2) Cfr. supra c. 13. p. 421. not. 5.

3) Vide supra c. 3.

4) Vide supra c. 4.

5) Hinc concludit *Jachmannus* p. 32, Hermam seculo secundo post

Christum vixisse. Male. Non enim de seculo secundo *ecclesiae*, sed de seculo secundo virorum justorum *Veteris Testamenti* auctor noster loquitur, quod facile ex cap. 16 perspicitur.

6) Vide supra c. 4.

7) *Ibid.* p. 412. not. 7.

XVI. Et dixi: „etiam nunc, domine, demonstra mihi.“ „Quid quaeris?“ inquit. „Quare,“ inquam, „de profundo <sup>1</sup> hi lapides ascenderunt, et positi sunt in structuram turris hujus, <sup>2</sup> quum jam pridem portaverint spiritus justos?“ „Necesse est,“ inquit, „ut per aquam habeant ascendere, ut requiescant. Non poterant enim in regnum Dei aliter intrare, quam ut deponerent mortalitatem prioris vitae. Illi igitur defuncti <sup>3</sup> sigillo Filii Dei signati sunt, <sup>4</sup> et intraverunt in regnum Dei. <sup>5</sup> Antequam enim accipiat homo nomen Filii Dei, morti destinatus est; at ubi accipit illud sigillum, liberatur a morte, et traditur vitae. Illud autem sigillum aqua est, in quam descendunt homines morti obligati, ascendant vero vitae assignati; et illis igitur praedicatum est illud sigillum, et usi sunt eo, ut intrarent in regnum Dei.“ Et dixi: „quare ergo, domine, et illi quadraginta lapides ascenderunt cum illis de profundo, jam habentes illud sigillum?“ Et dixit: <sup>6</sup> „quoniam hi Apostoli et doctores, qui praedicaverunt nomen Filii Dei, quum habentes fidem ejus et potestatem defuncti essent, praedicaverunt illis, qui ante obierunt, <sup>7</sup> καὶ αὐτοὶ ἔδωκαν αὐτοῖς τὴν <sup>7</sup> et ipsi dederunt eis illud σημεῖον τοῦ κηρύγματος. Κατ- signum. Descenderunt igitur

1) Ex profundo allati sunt lapides 10 et 25 et 35 et 40, i. e. viri justi primi et secundi seculi, Prophetae V. T., et Apostoli N. T. Cfr. supra c. 3 et 4. Cur et Apostoli N. T. ex profundo adducti fuerint, mox perspicies.

2) Sensus est: *cur viri probi Veteris Testamenti novae ecclesiae adaptantur, quum ipsi jam dudum ante adventum Christi in justitia sint mortui?* Respondetur: *baptismo illi indigebant.*

3) I. e. *baptizari debent.*

4) I. q. *ut intrare possent.*

5) Hermas necessitatem baptismi testificatur. Cfr. *Münscher*, Lehrb. der Dogm. Gesch. T. I. p. 464 et

*Permaneder*, Biblioth. Patristica T. I. p. 209.

6) Hermas docet, Apostolos ad inferos descendisse, ut viros justos Veteris Testamenti baptizarent. Cfr. *Semler*, in Baumgarten, theol. Streit. T. II. p. 14. Not. 17. *Ittig*, l. c. p. 176. *Tillemont*, Mémoires etc. T. II. p. 521. edit. Venet. *Jachmann*, l. c. p. 87. Hermas male intelligens verba Apostoli I Petr. 3, 19 haec scripsisse videtur. Monendum quoque, auctorem nostrum, de morte Apostolorum verba facientem, non ante seculum secundum librum suum exarasse.

7) *Clem. Alex.* Strom. II, 9. p. 452. ed. Venet. Cfr. Strom. VI, 6. p. 764. ed. Venet.

έβησαν οὖν μετ' αὐτῶν εἰς τὸ ἕδωρο, καὶ πάλιν ἀνέβησαν. Ἄλλοι ζῶντες κατέβησαν, καὶ πάλιν ζῶντες ἀνέβησαν. Ἐκεῖνοι δὲ, οἱ προκεκοιμημένοι, νεκροὶ κατέβησαν, ζῶντες δὲ ἀνέβησαν. Διὰ τούτων οὖν ἐζωοποιήθησαν, καὶ ἐπέγνωσαν τὸ ὄνομα τοῦ υἱοῦ Θεοῦ. διὰ τοῦτο καὶ συνανέβησαν μετ' αὐτῶν, καὶ συνήρμισαν εἰς τὴν οἰκοδομὴν τοῦ πύργου, καὶ ἀλατόμαστοι συναφκοδομήθησαν. ἐν δικαιοσύνῃ ἐκοιμήθησαν καὶ ἐν μεγάλῃ ἀγνείᾳ. μόνον δὲ τὴν σφραγίδα ταύτην οὐκ ἔσχον.

in aquam cum illis, et iterum ascenderunt. Sed hi vivi ascenderunt; at illi, qui fuerunt ante defuncti, mortui quidem descendunt, sed vivi ascenderunt. Per hos igitur vitam receperunt, et cognoverunt Filium Dei; ideoque ascenderunt cum eis, et convenerunt in structuram turris; nec circumcisi, sed integri aedificati sunt, quoniam aequitate pleni cum summa castitate defuncti sunt; sed tantummodo hoc sigillum defuerat eis. Habes horum explanationem."

XVII. Et dixi: „nunc iterum, domine, et de montibus illis mihi demonstra, quare varii, et alia atque alia sunt figura.“ „Audi,“ inquit: „hi duodecim montes, quos vides, duodecim sunt gentes, quae <sup>1</sup> totum obtinent orbem. Praedicatus est ergo in eis Filius Dei per eos, quos ipse ad illos misit.“ „Quare autem,“ inquam, „varii sunt, et alia atque alia figura?“ „Audi: hae duodecim gentes, quae totum obtinent orbem, duodecim nationes sunt; et sicut eos montes vidisti varios, ita et hae gentes. Sensus quoque et actus uniuscujusque montis te docebo.“ „Prius,“ inquam, „domine, hoc mihi demonstra: quum sint tam varii hi montes, quonam pacto in structuram hujus turris convenerint, <sup>2</sup> unoque redigantur colore, et non minus splendidi sint, quam qui ascenderunt ex profundo?“ „Quoniam,“ inquit, „universae nationes, quae sub coelo sunt, audierunt et crediderunt, et uno nomine Filii Dei vocati sunt. Accepto igitur ejus sigillo, eandem omnes prudentiam eundemque sensum acceperunt; et una fides atque charitas eorum fuit, et spiritus

1) Hermas ecclesiam *universalem* praedicat. Cfr. *Bothe*, Anfänge p. 577. *Hilgenfeld*, l. c. p. 154. not. 17.

2) Cfr. supra c. 4. p. 412 sq.: *illi autem excidebant variorum colorum lapides* etc.

virginum harum cum ejus nomine ferebant. Ideoque structura turris hujus concolor videbatur, et fulgebat usque ad solis claritatem. At vero, postquam ita senserunt, unum corpus eorum coepit esse omnium. Quidam tamen ex eis macularunt se, et projecti sunt de genere justorum, et iterum redierunt ad statum pristinum, atque etiam deteriores quam prius evaserunt.“

XVIII. „Quo modo,“ inquam, „domine, deteriores, qui cognoverunt Dominum?“ Et dixit: „is quidem, qui non novit Dominum, si nequiter vivit, manet in eo nequitiae suae poena. At qui novit Dominum, omnino abstinere se debet ab omni nequitia, et magis magisque servire bonitati. Nonne ergo ille, qui bonitatem sequi debebat, si nequitiae praeferat partes, plus peccare videtur, quam is, qui deliquit ignorans Dei virtutem? Ideoque hi quidem morti destinati sunt; at vero hi, qui cognoverunt Dominum, atque ejus mirabilia opera viderunt, si nequiter vivunt, duplo amplius punientur, et ipsi moriuntur in aevum. Sicut ergo vidisti, postquam <sup>1</sup> ejecti sunt lapides de turri, qui reprobati erant, traditi sunt <sup>2</sup> spiritibus perniciosis atque saevis; et ita purificatam turrim vidisti, ut crederetur ex uno lapide esse tota; ita et ecclesia Dei, quum purificata fuerit, ejectis ex ea malis atque fictis, scelerstis et dubiis, et quicumque nequiter in ea se gesserunt, ac variis nequitiae peccatorum generibus, erit <sup>3</sup> unum corpus ejus, unus intellectus, unus sensus, una fides eademque charitas; et tunc Filius Dei laetabitur inter illos, et recipiet voluntate pura populum suum.“ Et dixi: „domine, magnifice et honorifice se habent cuncta. Nunc mihi demonstra effectum et vim uniuscujusque montis, ut omnis anima in Domino fidens auditis his honoret magnum ac mirabile et sanctum nomen ejus.“ „Audi,“ inquit, „varietatem horum montium, id est, duodecim gentium.“

XIX. „De primo monte nigro: <sup>4</sup> qui crediderunt, transfugae

- |   |  |
|---|--|
| <p>1) Cfr. supra c. 6.<br/>2) Cfr. supra c. 9. p. 417. not. 2,<br/>et. c. 15.</p> | <p>post purificationem ejus, loquitur.<br/>Cfr. <i>Rothe</i>, Anf. p. 596.<br/>4) I. e. mons hic eos significat,<br/>qui crediderunt, sed postea fidem</p> |
|---|--|

sunt, ac nefanda in Dominum loquentes, et proditores servorum Dei. Illis proposita mors est, poenitentia non est; ideoque nigri sunt, quia genus eorum scelestum est. De secundo vero monte glabroso: <sup>1</sup> ficti sunt, qui crediderunt, et doctores sunt nequitiae; et hi proximi sunt superioribus, non habentes inter se fructum aequitatis. Sicut enim mons eorum sterilis est ac sine fructu, ita et hujusmodi homines habent quidem nomen, fide vero inanes sunt, neque est in eis ullus fructus veritatis. His tamen data est poenitentia, si cito eam sequuntur; sin autem tardant, erunt et ipsi mortis priorum consortes.“ „Quare,“ inquam, „domine, iis quidem aditus est ad poenitentiam, prioribus vero non est? Paene enim eorum eadem sunt admissa.“ „Ideo,“ inquit, „est his per poenitentiam regressus ad vitam, quia nihil in Dominum suum locuti sunt nefandum, neque proditores servorum Dei fuerunt; sed per quamdam habendi cupiditatem fefellerunt homines, ducentes eos secundum cupiditates peccantium; ideo dabunt quamdam ejus rei poenam; sed tamen iis proposita est poenitentia, quia nihil in Dominum suum dixerunt nefandum.“

XX. „De tertio vero monte, qui spinas et tribulos habebat: tales sunt, qui crediderunt, divites quidam, quidam autem plurimis obstricti negotiis; tribuli enim divitiae sunt, <sup>2</sup> spinae vero, qui multis obligati sunt negotiis. <sup>3</sup> Hi ergo, qui plurimis obligati sunt negotiis variisque rebus, non adjungunt se servis Dei, sed aberrant, ab his negotiis revocati, a quibus suffocantur. Etiam et hi, qui divites sunt, ipsi difficiles se ad conversationem servorum Dei praebent, metuentes, ne quid poscatur ab illis; <sup>4</sup> hi ergo difficile in regnum Dei intrabunt. Sicut enim exalceatis pedibus difficile in tribulis ambulatur, sic et hujusmodi homines difficile est in regnum Dei intrare. Sed et eis omnibus datur ad poenitentiam regressus, si tamen cito redierint ad illam; ut,

abnegaverunt. De his proditoribus similia leguntur Simil. VIII, 6: *quorum virgae aridae et putridae re-  
pertae sunt etc.*

1) Hi sunt *pseudodoctores*. Similia reperies Simil. VIII, 6: *qui*

*aridas et non putridas tradiderunt etc.*

2) Cfr. Matth. 13, 22.

3) Idem describuntur Vis. III, 6

et Simil. VIII, 8. 9.

4) Cfr. Matth. 19, 23. 24.

quia prioribus diebus cessaverunt ab opere, repetito aliquid boni facere possint. Acta igitur poenitentia, si opera bonitatis, vivent; sin autem in admissis suis permtradentur mulieribus illis, quae eis auferent vitam.“

XXI. „De quarto vero monte, habente plurimam cujus superior pars viridis erat, ipsae vero radices aridae etiam a solis ardore tactae arescebant: hujusmodi quidam <sup>1</sup> dubii, qui crediderunt, et quidam alii, in latum, non in corde ferentes. Ideoque aridae sunt, e fundamentum habentes herbae eorum; verbis enim tantum vivunt, opera vero eorum mortua sunt. Hi ergo nec sunt nec vivi, et dubii similiter sunt. Ipsi enim dum virides sunt, neque aridi; id est, nec vivi, nec mortui enim herbae eorum sole viso aruerunt; ita et dubii, audiverunt persecutionem, incommoda metuentes, redierunt simulacra, et rursus servierunt eis, et erubuerunt Deo ferre nomen. Hujusmodi ergo homines nec vivi, nec mortui sed et hi possunt vivere, si cito egerint poenitentiam; sin jam traditi sunt mulieribus illis, quae auferent vitam eo

XXII. „De quinto vero monte aspero et virides habente: hujusmodi sunt, qui crediderunt, fideles quidem difficile credentes, et audaces, ac sibi placentes; volente cuncta scire, nihilque omnino scientes. Propter hanc audaciam sensus discessit ab illis, et intravit in eos te arrogancia. Sublimes autem se gerunt, et veluti prudenter quum sint stulti, cupiunt doctores videri. Propter hanc stultitiam dum se magnificant, multi eorum exinaniti sunt. Magna <sup>2</sup> daemonium est audacia et confidentia inanis. Ex his multi abjecti sunt. Alii autem agnito errore suo poenitentiam egerunt, et subdiderunt se habentibus sensum. Sed et horum similibus proposita est poenitentia; neque enim fuerunt, sed insipientes potius et stulti. Hi ergo, si poenitentiam, vivent Deo; sin minus, habitabunt cum mulieribus illis, quae nequitas suas exercebunt in eis.“

1) Idem describuntur Simil. VIII, 7. | *daemonia*. Cfr. Mand. II.

2) Vitia a Patribus saepe vocantur | not. 2.

XIII. „De sexto vero monte, habente scissuras majores  
 fores: hujusmodi sunt, qui crediderunt. <sup>1</sup> Et hi, in quibus  
 rae minores erant, hi sunt, qui inter se habent lites, et  
 querelas suas in fide languent; sed multi ex iis egerunt  
 penitentiam, idemque caeteri facient auditis mandatis meis; exi-  
 nim sunt lites eorum, ac facile ad poenitentiam recurrent.  
 qui majores habent, sicut lapides pertinaces erunt; simul-  
 et offensarum sunt memores, iracundiam inter se exer-  
 Hi ergo abjecti sunt a turri, et a structura ejus re-  
 ; hujusmodi ergo homines difficile vivent. Deus et Dominus  
 , qui dominator omnium rerum, et creaturae suae univrsae  
 potestatem, offensas meminisse non vult, sed ab his, qui  
 ta sua confitentur, facile placatur. Homo vero, quum sit  
 idus, mortalis, infirmus et repletus peccatis, homini <sup>2</sup> per-  
 ranter irascitur, tamquam <sup>3</sup> conservare eum possit aut perdere.  
 autem vos moneo, nuntius et praepositus poenitentiae, ut,  
 amque propositum tale habetis, deponatis illud, et ad poeni-  
 lam recurratis; et Dominus medebitur prioribus delictis  
 his, si ab hoc daemone vos purificaveritis; sin minus, ad  
 dem trademini illi.“

XXIV. „De monte vero septimo, in quo <sup>4</sup> virides et hilares  
 herbae, et totus mons fertilis erat, omneque genus pecu-  
 carpebant pabulum ex herbis montis ejusdem, et quanto  
 herbae illae carpebantur, tanto laetiores revirebant:  
 modi sunt, qui crediderunt, simplices et boni semper, et  
 habentes inter se dissensiones; sed laetantes semper de  
 vis Dei, induti spiritum virginum harum, et semper in omnes  
 nes ad faciendam misericordiam prompti, et de laboribus  
 cunctis hominibus facile tribuentes sine improprio et de-  
 ratione. Visa igitur Dominus simplicitate et omni infantia  
 am, auxit eos in laboribus manuum suarum, et dedit eis in  
 ni opere gratiam. Ego autem hortor vos, praepositus poeni-

) Cfr. de iisdem Simil. VIII, 7 et  
 III, 6.

) Eccli. 28, 3.

) Jac. 4, 12.

4) Cfr. Simil. VIII, 3: *Hi vero,  
 qui virides, sicut acceperant, tra-  
 diderunt, modesti sunt atque justii*  
 etc.



tentiae nuntius, in eodem proposito permanere, quicumque estis huiusmodi, ne eradicetur semen vestrum in aevum. Dominus enim vos probavit, et conscripsit in nostrum numerum, et omne semen vestrum cum Filio Dei <sup>1</sup> habitabit; de spiritu enim ejus estis omnes.“

XXV. „De octavo vero monte, in quo plurimi erant fontes, in quibus adaquabatur omne genus creaturae Dei; tales sunt, qui crediderunt Apostolis, quos misit Dominus in totum orbem praedicare; et quidam doctores, qui caste et sincere praedicaverunt ac docuerunt, nec quidquam omnino subscripserunt malae cupiditati, sed assidue in aequitate ac veritate ambulaverunt. Hi ergo inter angelos conversationem habent.“

XXVI. „De nono autem monte deserto ac serpentes habente: huiusmodi sunt, qui crediderunt, sed et maculas habebant. Hi sunt ministri, male ministerium agentes, diripientes viduarum bona et pupillorum, sibi, non aliis ex his, quae acceperunt, ministrantes. Hi, si permanserint in eadem cupiditate, morti se tradiderunt, nec ulla erit in eis spes vitae; quodsi conversi fuerint, et caste consummaverint ministerium suum, poterunt vivere. Qui vero scabrosi reperti sunt, ii sunt, <sup>2</sup> qui nomen Domini abnegaverunt, nec ad Dominum rursus redierunt, sed agrestes evaserunt atque deserti, non applicantes se ad Dei servos, sed separati ab eis, pro parva sollicitudine vitam suam amiserunt. Sicut enim vitis aliqua derelicta in sepe, cui nulla cultura contingit, disperit et suffocatur ab herbis, et agrestis tempore efficitur (desinit enim utilis esse domino suo), sic et huiusmodi homines de se ipsis desperantes, exacerbati, Domino suo inutiles esse coeperunt. <sup>3</sup> His ergo demum datur poenitentia, si non ex praecordiis inventi fuerint denegasse; quodsi quis ex praecordiis inventus fuerit denegasse, an vitam assequi possit, ignoro. Ideoque dico, ut in his diebus, si quis negavit,

1) Ita codex Bodl.; quam lectionem secutus est Fellus in edit. Oxon. Vulg. ditavit.

2) Cfr. Simil. VIII, 6: *hi sunt transfugae, qui . . . nomen ejus negaverunt*, et supra c. 19. p. 426. not. 4.

3) Qui tormentis tantum coactus, non ex corde, fidem abnegavit, ad poenitentiam admittatur.

ad poenitentiam revertatur; nam fieri non potest, ut <sup>1</sup> nunc Dominum suum quis abnegans postea assequi possit salutem; sed illis reputatur proposita poenitentia, qui <sup>2</sup> olim abnegaverunt. Accelerare enim, qui acturus est poenitentiam, debet, antequam peragatur aedificatio turris hujus; sin minus, a mulieribus illis trahetur ad mortem. Qui vero <sup>3</sup> curti, dolosi sunt, et alius in alium comminiscetes, hi sunt serpentes in eo monte mixti. Sicut enim mortiferum est hominibus serpentum venenum, ita et verba talium inficiunt homines, atque perdunt. Curti sunt igitur a fide sua, propter hoc genus vitae suae, in quo morantur. Aliqui vero eorum accepta poenitentia assecuti sunt salutem; sed et caeteri hujusmodi homines aequae assequuntur, si egerint poenitentiam; sin minus, morientur cum mulieribus illis, quarum vim possident ac potestatem.<sup>4</sup>

XXVII. „De decimo vero monte, in quo arbores erant tegentes pecora: tales sunt, qui crediderunt, <sup>4</sup> quidam episcopi, id est, praesides ecclesiarum. Alii vero, hi lapides, qui non ficto, sed alacri animo semper in domos suas servos Dei receperunt; et deinde, qui praesides sunt ministeriorum, qui et inopes et viduas protexerunt, et castam perpetuo conversationem habuerunt. Ergo hi homines a Domino proteguntur. Haec quicumque egerint, honorati sunt apud Dominum, et inter nuntios locus eorum est, si perseveraverint usque in consummationem parere Domino.“

XXVIII. „De undecimo monte, in quo erant arbores aliis atque aliis <sup>5</sup> fructibus oneratae: hi sunt, qui crediderunt, et propter nomen Domini mortem obierunt, et animo prompto passi sunt, et ex toto corde suo animas suas tradiderunt.“ Et dixi: „quare

1) I. e. in fine, postquam ecclesiae aedificatio consummata est.

2) I. e. ante consummationem structurae turris.

3) Cfr. Vis. III, 6: *Qui vero curti sunt* etc.

4) Cfr. Vis. III, 5. Hic de *vivis*, capit. vero 15 (ejusdem similitudinis) de *mortuis* ecclesiae praesulibus et

patribus sermo erat. Cfr. *Hilgenfeld*, l. c. p. 156.

5) Cfr. Sim. VIII, 1: *Alii afferebant virgas suas virides, ex quibus excreverant pampini earum, qui pampini quosdam fructus adferebant.* Ibid. c. 3: *quicumque luctati cum diabolo vicerunt eum.*

ergo, domine, omnes hae arbores habent quidem fructus, sed earum quaedam pulciores? „Audi,“ inquit: „quicumque propter nomen Domini passi sunt, honorati apud Deum habentur; et omnium eorum delela sunt delicta, quia propter nomen Filii Dei mortem obierunt. Quare autem fructus earum dispares sint, et excellant quidam inter illos, audi: quicumque enim, perducti ad potestates, interrogati non negaverunt Dominum, sed prompto animo passi sunt, honoratiores sunt apud Deum; qui excellunt igitur fructus, eorum sunt. Qui vero timidi et dubii fuerunt, et deliberaverunt in corde suo, utrumne faterentur an negarent, et passi sunt; horum fructus exiguiore sunt, quoniam haec cogitatio ascendit in corda eorum; mala enim ac nequam est hujusmodi cogitatio, perinde ac si quis servus neget Dominum. Cavete igitur vos, qui hujusmodi cogitationes habetis, ne permaneat haec mens in vobis, et Deo moriamini. Vos igitur, quicumque propter hoc nomen mortem obitis, Dominum honorare debetis; quod dignos vos habet Dominus, ut nomen ejus feratis, et omnia peccata vestra redimantur. Nonne ergo vos potius felices existimatis? Putate potius, si quis ex vobis patitur, magnum opus perficere. Vitam enim vobis donat Dominus, nec intelligitis. Delicta enim vestra vos gravabant; et nisi passi essetis hujus nominis causa, propter peccata certe vestra mortui eratis Deo. Haec igitur vobis dico, quicumque deliberatis de confessione aut de abnegatione. Confiteamini igitur vos habere Dominum Deum, ne forte negantes tradamini in vincula. Si omnes enim gentes servos suos puniunt, quicumque dominum suum negaverunt, quid putatis vos Dominum vobis facturum, qui universorum habet potestatem? Removete igitur de praecordiis vestris has disputationes, ut in perpetuum vivatis Deo.“

